28, 13. *melphomene* c. III 30, 16. IIII 3, 1. I 24, 3. *feruit* c. IIII 2, 7. *lauat* c. II 3, 18 (A′B). *enipheus* c. III 7, 23. *oscinen* c. III 27, 11. *distinget* c. II 5, 11. *eloquuta* c. III 3, 17. *laumedon* (A′α2) c. III 3, 22. *tingere* c. IIII 12, 23 (A′Bλ′gσu). *uulgatas* c. IIII 9, 3. *uulcanus* c. I 4, 8 (Aλ′g). *quindecem* c. s. 70. *uultus* epod. 17, 18. *penitet* epod. 11, 8. *coherceat* epod. 9, 35. *uiscendus* c. II 14, 17 (A′1).

De quarundam formarum bonitate dubitandum est: *ilethyia* c. s. 14. *oblicum* c. III 27, 6 A′λ′q (R *obliquom*). *dio* c. III 2, 5 (A1 Ac). *nausiam* epod. 9, 35 (etiam apud Caes. b. ciu. III 28, 4H.).

Arta inter A et B coniunctio multis locis elucet: c. I 37, 28 *cūbiberet* B *cŏmbiberet* A. c. IIII 14 et 15 in AB unum carmen sunt. c. III 29, 8 *iūra* pro *iŭga* A′B′. c. IIII 12, 13 *uergili* recte in AB (CR desunt). c. IIII 2, 27 *auis* pro *apis* A′B′; epod. 5, 65 falso *noua* pro *nouam*; epod. 14, 10 A′B: *Non acreonta.* epod. 15, 23 exemplar codicum AB′ *Eheu heu* pro *Heu heu* habuerat. epod. 16, 33 *rauos* AB′ (plerique codices *flauos*). c. II 12, 22 AB falso *pingues.* c. II 18, 8 AB soli recte *clientae.* c. III 12 in disponendis uersibus consentiunt soli A′B.

In tertia primi carminum libri parte ex primi ordinis codice quodam lectiones uidentur in A′ inrepsisse: c. I 19, 11. 20, 5. 21, 13. 14. 26, 3. 28, 15. In epistulis A′, ut supra docuimus, totus primo ordini adnumerandus est neque quidquam commune habet cum ordine secundo.

λ

Mauortianorum secundus est codex λ′ = λ + l, quatenus non ad III ordinem pertinet. In epodon libro et in carminibus λ′ inter III (stirpem F) et II (Mauortianum) ordinem fluctuat, in reliquis Horati scriptis constanter cum III classe facit. λ′ est = λ + l; λ = Parisinus 7972, anno fere CM Mediolani scriptus auctore Ludouico Traube mon. Germ. poet. III fasc. 3 p. 754 sq.; olim Mentelianus, idest ex bibliotheca Io. Iacobi Mentelj[1]), medici Parisini, a. 1670 in bibliothecam regiam delatus (de Iacques Mentel uid. Corlieu in: annales de la société archéologique de Château-Thierry, année 1872 p. 126).

Est 0,299 × 0,212 m., foliorum 145, 27 uersuum in singulis paginis. Horatium totum continet, sed inde a s. II 1, 1 alia manu et binis columnis exaratum. Specimen uide apud Chatelain I tab. LXXIX = fol. 83^v = epod. 17, 67 — c. s. 6.

Insunt: uita Horatiana (*Q. Horatius flaccus uenusinus patre* q. s.), carm., a. p., epod., c. s., epist., serm.

Inter epod. et c. s. fol. 83^v subscriptio Mauortiana (uid. Chatelain l. l.). Inter c. s. et epist. sunt duo folia continentia carmina de monacho, de asino ad episcopum ducto, de auro, de capra, quae

1) Sic scriptum in cod.

edidit A. Holder, neues Archiv f. ält. deutsche Geschichte I (1876) 414—416. Etiam epitaphia in Hludouicum $\overline{II}$ († 875) et Arnaldum 'sacerdotem' ex monasterio s. Ambrosii Mediolanensi.

In carminibus, a. p., epod., c. s. glossae Fλ adscriptae sunt. Sermones et epistulae glossas non habent. Codex ante a. 1812 nouam ligaturam induit. Inde a s. II 1, ubi nouus quaternio incipit, folia non sunt codicis originalis, sed alterius, qui codici l non tam arte adfinis erat.

λ et l plurimis locis mirum quantum ad uerbum consentiunt, Mauortianamque subscriptionem uterque exhibet.

λ′ in carminibus et epodis artissima cognatione cum A siue A′ iunctus est, et ii ipsi loci, quibus λ′ cum A et saepe etiam cum g et σ (uel q) consentit, maximi momenti sunt, quia certo pro Mauortianis lectionibus haberi possunt, ut:

c. III 3, 8 *impauidum*, non *inpauidum* Aλ′g, ergo Mauort.
c. III 5, 51 *propinquos* Aλ′g, ergo Mauort.
c. III 12, 11 *et* omis. Aλ′q, ergo Mauort.
c. IIII 8, 34 Aλ′g *duxit.*
c. IIII 9, 35 *que* omis. Aλ′gσ: quod quidem illius codicis mendum uidetur fuisse, quo potissimum Mauortianae lectiones nobis traditae sunt; propter rem metricam tolerari nequit. Eiusdem generis est epod. 5, 20 uerborum collocatio *strĭgīs nŏctūrnaē* pro *nŏctūrnaē strĭgĭs* (Aλ′σ); item epod. 11, 16 *uĕnŭs* Aλ pro *uĕntīs.*
λ compositus uidetur ex altero codice $\overline{II}$ et altero $\overline{III}$ ordinis. λ ipse refert a. p. 305 et 371 '*at liber*' . . . codicem fortasse B′ uel alium $\overline{II}$ ordinis librum respiciens, fortasse archetypum codicis A qui ad a. p. deperditus est, cf., si libet, addenda ex cod. B ad c. III 1 tit. (p. 441). Nonnullae $\overline{II}$ ordinis lectiones in solo λ, non in l seruatae sunt; ergo lectiones $\overline{II}$ ordinis in λ′ tantummodo adscriptas, non in textum receptas fuisse apparet; ut: c. I 7, 25 *parente* Fl,

c. II 13, 8 *colchica* ′pro *colcha* Fl,
c. III 7, 20 *mouet* pro *monet* Fl,
s. II 2, 13 *cedentem mera* pro *cedentem aera* Fl,
s. II 2, 59 *olet* pro *olei* Fl et multae aliae.

λ et l ex eodem codice (λ′) descripti sunt, non λ ex l aut l ex λ[1]. λ non ex l descriptus est, nam s. I 9, 54 *proximus* l, *proxumus* recte λl; l non ex λ descriptus est, quia l codicem λ aetate superat, et uid. s. II 5, 88, ubi l pro *institerat* archetypi scribit *intiterat,* λ nil nisi *titerat.* λ quam accuratissime e λ′ descriptus est; epist. I 11, 13 λ habet *f$\overset{y}{u}$rnos.* Hic *y* sensu plane caret; in φ autem signum est scholii marginalis; unde profecto codices φλ uel Fλ′ ex uno eodemque libro eadem scholia exhibente fluxisse elucet. λ solus quamquam etiam aduersante codice l interdum ueram $\overline{II}$

---

[1]) tit. epod. 16: ALTERNA recte; AT TERNA λ AL$\overline{T}$NO *l.*

ordinis lectionem repraesentat, plerumque nullius pretii est, nec ullam in assimilandis aut dissimilandis ut dicunt litteris fidem habet, cf.: *conpos, impatriam, inpiae, inpios, inperas, inperium, conpedibus, quamdo, quamtus, ridemtem, loquemtem, quimtilium, decenbris;* s. I 10, 24 *commista;* c. I 22, 10 *lalagem et ultra;* c. s. 21 *ut denos* pro *undenos.* Itaque caue in textum introducas *studiossa* c. III 27, 29 et c. II 1, 6 *periculossę.* Etiam lectiones priuae codicis λ′ uel eae, quae primum in λ′ apparent, omnes reiciendae sunt, ut *profluunt* c. IIII 3, 10. *uirtus nomen* pro *nomen uirtus* s. I 3, 42. *hypolitum* c. IIII 7, 26. s. I 3, 142 *priuatim,* fortasse emendatum ex lectione *priuatum* (u). epist. I 14, 21 *fornis* (uolgari sermone) pro *fornix.* c. III 5, 12 *incolomi.* c. III 27, 54 *succus.* c. IIII 15, 24 *tanaim.* a. p. 397 *puplica.* epist. II 2, 15 *in scolis.* epist. II 2, 152 omnium primus exh. *dii* pro *di.* s. I 4, 108 *parassem.* a. p. 349 *remuttit* pro *remittit.* a. p. 147 *troiae sortitur ab ouo* pro archetypi lectione *troianum orditur ab ouo:* illa est male correcta tertii ordinis lectio *troianum sorditur ab o.* (*π*). a. p. 223 *inerat et* pro *inlecebris erat et,* pro quo tertius ordo legebat *incelebris erat et.* epist. I 18, 45 *quotiens quoque ducit* pro *quotiensque ducit* tertii ordinis; archetypus *quotiensque educet* exhibuerat. serm. II 3, 317 λ *sufflans sic* praebet, quia ordo III (cum l) pro uero *sufflans se* habuit *sufflans si,* quod erat prorsus absurdum. Inde patet illum, qui codicem λ′ scripsit, ubicumque corruptelam inueniebat, nullo meliore codice altero adhibito infelices suas cogitationes pro ueris Horati lectionibus uenditare non dubitasse et codicis λ quoque librarium (cf. serm. II 3, 317) ad hunc modum textum mutauisse.

Nescio an ipsi Mauortio attribuendae sint hae lectiones λ′ propriae: c. IIII 14, 35 *alexandria* (λ′q) pro *alexandrea* archetypi; serm. II 6, 44 *thrax* pro *thraex* (λ′*gσ*); epod. 3, 3 *allium* (λ′g); epod. 16, 6 *allabrox* pro *allobrox* (λ′σ); epod. 9, 17 *adhuc* (λ′1σ); c. II 3, 28 *cymbae* (λ′g); epist. II 2, 32 *opimis* pro *honestis* (gql uar.).

l

Codex l, bibliothecae publicae Leidensis 28 saec. VIIII, membr., codicis λ quasi frater germanus. 133 foliorum (antiquitus 136, quorum nunc tria [fol. 27. 38 et 136] desunt), 0, 315 × 0, 20 — 23 m., in singulis paginis 27 — 33 linearum.

Fuerat ecclesiae cathedralis sancti Petri Bellouacensis. fol. 1ʳ saeculo XIII inscriptum est: *Sc̄i pet̄ belvacensis. Q. XVI.* Beluacum dioceseos Remensis erat, memorandumque est codicem F, arta propinquitate cum l iunctum, Remis oriundum esse. Bentleius cod. l attingit in praefat. Hor. ed. Amstelod. 1728: ‘Alterum supparis [codici δ] aetatis in bibl. Leidensi contulerat ὁ κριτικώτατος Nicolaus Heinsius . . . . uarias lectiones descriptas manu Heinsii, coniecturis quoque eius identidem interpositis, disertissimi uiri Petri Burmanni comitate nactus sum’.

Carmina Horatiana hoc ordine in l se excipiunt: carm., a. p., epod. (cum subscriptione), carmen saeculare, epistulae, sermones.

Pulchre scriptus est ad codicis semuncialis (c. IIII 13, 25 *cornitis* l pr. pro *cornicis*) exemplar, ex parte dictatus; id quod probant permutationes litterarum *l* et *r*, *f* et *v*: s. I 3, 130 *f uafer* (linea per *f* ducta ipsius scribentis manu); c. IIII 5, 23 *plole* pro *prole* lpr.; c. IIII 12, 15 *criens* pro *cliens* lpr.; c. IIII 14, 14 *plęliū* l pr. pro *proelium*. In his partibus etiam assimilatio perperam tractatur: epist. II 1, 265 *impeius*.

Aliis uero partibus codex l descriptus est idque non sine magna cura; uid. *bra chia* c. I 13, 3 = *bracchia, nequi quam* c. I 3, 21 et I 15, 13 = *nequicquam*. Altera manus copulandi signa adiunxit.

I longa saepe in uerborum initiis scripta est: c. I 12, 47 *Inter,* c. I 25, 2 *Iuuenes,* c. I 30, 4 *In aedem,* c. IIII 2, 7 *Immensus*. Notabile est *quI* serm. II 1, 45.

Neumas inuenis fol. 111r; scripturae specimen apud Chatelain Ī p. 23 tab. LXXVIII = fol. 77 = epod. 17, 70 — c. s. 13.

Uno loco l solus ueram formam seruauit: epist. I 6, 20 *nauos* l1. Distinctionem diligentissimam esse et uerisimiliter Mauortianam supra ostendimus.

Cum praeter c. II 16, 1—19, 4. serm. II 8, 59—95 hiatus non sint, codex tantum non integer est.

l in carminibus et epodis inter II et III ordinem fluctuare, in sermonibus, epistulis, arte poetica tertii ordinis esse, codicem λ′ tractantes iam supra exposuimus.

g

Quartus codex subscriptione Mauortiana insignis est g, solus inter omnes chartaceos Horati codices dignus, quem hic memoremus.

Est bibliothecae ducalis Gothanae cod. chartaceus B 61, 0,21 ×0,14 m., in lyricis uersuum 30—31, in epicis 16 in singulis paginis, post med. saec. XV in Germania meridionali scriptus: inest glossa Theotisca *haspelzug*. g permultas abbreuiationes habet, quales posteriore aeuo adhiberi solebant; inde multa peruersa de quibusdam lectionibus ferebantur, ut g exhibere *puris* pro *pueris,* quo nisus Lucianus Müller temere audacissimas coniecturas in lucem emisit. *g* fol. 28r — 206r totum paene Horatium continet: desunt c. III 10, 4 — 15, 16 et ars poetica. Contra bis legimus c. IIII 7. Repetitur enim post c. s. fol. 205v in extremo toto Horatio, alia ac priora manu scriptum. Altera manus carmina lyrica scripsit et inscriptiones epist. I 8 (fol. 92r). 9. 10 (fol. 93r). g igitur compositus est ex duabus partibus, quae a diuersis manibus exaratae sunt; prior continet sermones et epistulas, in posteriore, quattuor uacuis foliis

(f. 143—146) a priore remota, carmina, epod., carmen saeculare insunt. Epodon libro inscribitur: *.V. carminum* (f. 193^r). Quamquam prior et altera partes etiam in orthographicis rebus aliquantum inter se discrepant, tamen utraque, quia cum cod. V mirum quantum consentit, ab eodem codice originali repetenda est. Descriptus est g ex codice litteris minusculis picto, ex parte dictatus, idque in Germania: c. III 16, 41 *migclonus* pro *migdoniis* c. I 17, 17 *uir educta* pro *in reducta;* epist. II 1, 60 *arco* pro *arto;* c. II 1, 38 *ueniae* pro *neniae* (gv pr.); c. s. 25 *feraces* pro *ueraces*; epist. I 1, 80 *uenere* pro *fenore.* Correctos locos paucos exhibet g, sed ubicumque sunt, g2 ueram lectionem illius exemplaris repraesentat, unde g ipse descriptus est; ut s. I 2, 110 *illi* g1 *tolli* g2 cum BV, aduersantibus ceteris ordinibus, ubi *pelli* extat.

g descriptus est ex exemplo peruerse ligato; inde fit, ut totae partes falsis locis reperiantur saepiusque sententiarum hiatus deprehendatur insulsissimus. Ita, ut duo afferamus exempla, fol. 71^r a s. II 6, 93 ad epist. I 16, 67 et fol. 55^v a s. I 9, 29 ad s. II 3, 129 transilitur. Paginatim transpositas esse partes nec nos fugit nec Mauricium Schmidtium; Ribbeckius uero, cum non intellexisset hanc codicis g condicionem, et de archetypo et de Horatio ipso miras excogitauit alucinationes, quas etiam edidit in libello 'Episteln d. Hor.'.

Lyrica pars in g inter $\overline{\mathrm{III}}$ et $\overline{\mathrm{I}}$ et $\overline{\mathrm{II}}$ ordines fluctuat neque ad aliud quidquam utile est, nisi quod ad restituendum $\overline{\mathrm{II}}$ ordinem auxilii aliquid inde petere possumus. At in sermonibus quidem et epistulis, ubi $\overline{\mathrm{II}}$ ordinis est, g haud parui momenti esse facile fatemur. Est ubi g solus ueram lectionem seruauit: s. II 3, 208 *ueris sceleris* pro *ueri sceleris* (AB′ deficiunt, de V parum liquet, uide nostrae editionis uol. $\overline{\mathrm{II}}$); praeterea uerae sunt formae hae: s. II 1, 17 *dero.* s. II 3, 265 *seruŏs.* epist. I 20, 11 *uolgi:* quae omnes solo codice g memoriae proditae sunt. Nescio an etiam serm. II 3, 129 *seruosue tuo* (pro *tuos*) *quos aere pararis* uera lectio sit; an iis adsentiendum est, qui et s. II 3, 208 et s. II 3, 129 non ueram archetypi lectionem, sed uiri docti cuiusdam correcturam ingeniosam ac felicem in g praeberi opinantur?

Orthographica illa exempla certo genuina sunt; quamquam in g solo etiam improbanda quaedam id genus reperiuntur, ut epist. I 18, 3 *meritrici*, et dubia, ut s. II 3, 55 *rupīs*; serm. I 6, 84 *opprobrio;* s. II 4, 59 *cochlea;* epist. I 15, 32 *quidquid.* Certo falsae sunt lectiones priuae s. I 6, 122 *scripto* pro *lecto*; s. II 8, 11 *detersit* pro *pertersit;* epist. I 6, 59 *transferre* pro *transire;* epist. II 1, 36 *adhinc* pro *abhinc.* Etiam *mule* (= *mulae*) s. I 5, 47 pro *muli* superuacua cuiusdam grammatici est mutatio. In carminibus atque epodis g ut magnam adfinitatem cum stirpe *u′* prae se fert, ita aliquot lectiones Mauortianas exhibet et celebratam illam Mauortii

subscriptionem. Quodsi summam spectamus, codicis g origo in carminibus et epodis repetenda est a stirpe *u′*, sed is liber originarius et Mauortianae classis et primi ordinis uariis lectionibus hic illic adnotatus erat. Praesertim in quarto carminum libro et in epodis g ad construendas Mauortii lectiones adhibere licet, cum ad alias tum ad has (cf. Epilegom. p. 786 sqq.): c. I 7, 15 et epod. 2, 23: noui carminis initium; c. II 13, 28 distinctio Mauortiana, item c. IIII 4, 29; c. IIII 4, 65 *mersus;* c. IIII 8, 34 *duxit;* c. IIII 10, 6 *in speculo;* c. IIII 13, 14 *clari;* epod. 5, 3 *aut;* epod. 5, 15 *illigata;* epod. 7, 15 *albus ora pallor;* epod. 17, 11 *luxere;* epod. 17, 18 *relatus.* Orthographia posterioris aetatis et prauae rationis est: c. I 36, 1 *thure* (gv); c. II 19, 23 *hroetum* (g); c. III 4, 2 *caliope* (g); c. III 5, 7 *proh* (g).

V

Proxime ad g accedit codex V, uetustissimus ille quattuor codicum Blandiniorum Cruquii, de quibus fusius relatum est Epileg. p. 800 sqq. Quorum codicum et uirtutes et aetatem nimiis laudibus efferre ante nos prope omnium communis mos fuit. Nimirum a Bentleio (ad serm. II 3, 189) omnium Horati codicum ueterrimus et optimus praedicatus erat, quod quidem si uerum esset, inter annos 800 et 850 scriptum eum esse oportebat; at si Blandiniani coenobii historiam respicimus, ante a. 878 codex V Gandaui fuisse uix potest, testibus annalibus (cf. annal. Blandinienses ed. Bethmann, mon. Germ. ss. V p. 24 sq.) ad a. 878: ʻmonasterium sancti Petri et sancti Bertini a Nortmannis incensum est 5. Kal. Aug.ʼ et ad a. 975: ʻdedicatio aecclesiae Blandiniensis ab Adalberone Remensi praesuleʼ. Porro, si scripturam *d'est* habuisse recte dicitur, quod quidem disertis uerbis Cruquius ipse narrat, ante saeculum $\overline{\mathrm{X}}$ uel $\overline{\mathrm{XI}}$ V scriptus esse nequit. Huic argumentationi adstipulari uidetur P. Hoehn, qui codicem saeculo $\overline{\mathrm{X}}$ uel $\overline{\mathrm{XI}}$ attribuit, de cod. Bland. antiquissimo, Ienae 1883 p. 54, cf. Epileg. p. 802. Codicum uero ante $\overline{\mathrm{X}}$ saeculum scriptorum habemus copiam permagnam: A′δ‴B′δ″δ′λ′π′Fδξ′σ′BD′β″alu′; quibus accedunt ii qui saeculo $\overline{\mathrm{VIIII}}$ uel $\overline{\mathrm{X}}$ picti sunt ut Rπd λuα′. Quo iure igitur V omnium ueterrimus dici potest? Et hoc ipso ἐπιθέτῳ improbe petito quot editores, quot adulescentes, qui Horati carminibus student, capti et obstupefacti sunt!

Quattuor illi codices Gandaui in abbatia s. Petri in monte Blandinio (au mont Blandin) a Iacobo Cruucke ($\mathrm{M^{re}}$ Iacques Cruucke) inuenti sunt. Cruucke, qui se ipse Cruquium appellat, natus erat Messinis (Messines, Meessen) in Flandria, Louanii studiis litterariis incumbebat, uxorem duxit ʻCatharinam Vutens alias Podeʼ, quae ei filium Cornelium Cruucke peperit; Iacobus a. 1544 apud Brugenses litterarum professor publicus factus est; diem supremum

obiit inter Kalendas Ian. a. 1582 et ante diem XVII Kalendas Sextiles a. 1588 (cf. archives de Bruges, état des biens 1e série nr. 369. Paquot, memoires pour servir a l'histoire litteraire des dixsept provinces des Pays-Bas III p. 650 sq. Louvain 1770). Inter Cruquianas editiones diplomaticum quod dicunt aliquod pretium habent hae:

1. Q. Horatii Flacci carminum liber quartus, ex antiquissimis manuscriptis codicibus . . . opera Iacobi Cruquii Messinii . . . editus. Brugis Fland. ex officina Huberti Goltzii, 1565.

2. Q. Horatii Flacci epodon liber, ex antiquissimis septem codicibus manuscriptis cum commentariis antiquis emendatus opera Iacobi Cruquii Messinii etc. Antuerpiae ex officina Chr. Plantini 1567.

3. Q. Horatii Flacci satyrarum, seu potius eclogarum libri II. Ex antiquissimis undecim codicibus manuscriptis, cum antiquis commentariis, post omneis qui hactenus editi sunt, infinitis locis purgatis, et clarius explicatis opera Iacobi Cruquii Messinii, apud Brugenseis politioris litteraturae professoris publici. Eiusdem in eosdem commentarii. Antuerpiae, ex officina Christophori Plantini prototypographi regis. 1573.

4. totus Horatius cum titulo: Q. Horatius Flaccus, ex antiquissimis undecim lib. m. s. et schedis aliquot emendatus etc. Antuerpiae, ex officina Chr. Plantini 1578.

Hae editiones notabiles esse uidentur propter lectiones quattuor illorum codicum Blandinianorum, qui a. 1566 incendio absumpti sunt. Eorum ipsorum autem solus V reuera aliquod pretium habet, sed summe cauendum est, ne nimium ei tribuamus. Höhnius enim, qui 'de codice Blandinio uetustissimo' subtiliter scripsit et 606 codicis V lectiones ex editionibus Cruquianis magna diligentia collegit, falsarum tantam copiam repperit, ut alios habeamus Horati codices multo meliores (cf. Häussner, Cruquius und die Horazkritik p. 9 et Epileg. p. 835). Adde quod Cruquii relationes non solum de codicibus a. 1566 incendio deletis, sed etiam de iis, quos post a. 1566 facillime retractare licebat, tam incertae fidei sunt, ut de omnibus dubitandum esse Häussner l. l. p. 54 censuerit. Et haec quidem sententia probatione minime caret. Alfredus Holder enim unum Cruquianorum codicum, etiamsi non Blandinianum, Diuaei dico librum siue Carrionis, eundem esse ac Bentlei Zulichemianum eumque adhuc in bibliotheca Leidensi integrum extare optime intellexerat. Est cod. membranaceus 127 A, olim bibliothecae Hulsianae saec. XII, foliorum 116, uersuum 30—31 in unaquaque pagina. Primus accuratissime contulerat Holder, postea, cum Holderi conlatio periisse uideretur, denuo me ipso adhortante suscepit negotium Häussner isque firmissimis argumentis demonstrauit ne de Zulichemiano quidem cum fide relatum esse a Cruquio. Mihi quidem luculentissimum leuitatis Cruquianae argumen-

tum semper fuit iste locus c. IIII 1, 10 ubi in prima editione, quam ante deletam bibliothecam Blandiniam fecerat, coniecturam suam in libris non inueniri clare fatetur, in altera uero editione, post incendium illud facta, cum iam non timeret, ne a quoquam refelleretur, audacter contendit se emendationis suae aperta uestigia in codicibus Blandiniis repperisse. Vide excerpta Cruquiana in hoc nostro uolumine p. 360. In editione Brugensi (1565) haec legimus: '*sine ullo scrupulo eam dictionem, purpureis, ut genuinam et Horatianam in sua sede statuendam putaui, tantisper dum illa cogeretur alii suum locum concedere: quod profecto nemo mihi facile persuaserit futurum, nisi uelimus Horatium uel ignorasse purpuram uel nescisse olores esse candidos. Non eo inficias illius loco reponi licere Porphyreis, uicinitatemque litterarum inter Porphyra et purpura uon difficulter errori patrocinium inuenturam, sed reclamantibus uel antiquissimis codicibus nolui in uenerandam antiquitatem saeuire temere: quis enim non ad colorem purpureum, sed ad insulam Porphyrim Veneri sacram non uideat allusisse poetam? ut purpurei olores sint Cytheraei hoc est Veneri sacri.*' Contra in editione Antuerpiana (1578) audacter scribit: „*reuersus ad Bland. codices quod antea non obseruaram, uidi in τὸ purpur apertas maculas τοῦ porphy., quare sine ullo scrupulo τὸ porphyreis ut genuinam et Horatianam dictionem in sua sede statuendam putaui, allusione ad insulam Porphyrim Veneri sacram, ut sint porphyrei olores, id est Veneri sacri*“. Combusti erant codices Blandinii a. 1566.

Cui hic locus de friuola ac suspecta Cruquii fide oculos non aperuerit, eum doceri posse omnino desperandum uidetur.

De uniuersa quaestione Blandiniana has fere commentationes inspiciendas esse censemus: F. Matthias, quaestionum Blandinianarum capita tria, diss. Hal. Saxon. 1882. W. Mewes, de codicis Horatiani, qui Bland. uetustissimus uocatur, natura atque indole. Berol. s. a. (quem quidem libellum erroribus et mendis admodum laborare Rich. Kukula[1]) philol. Rundschau II nr. 32 demonstrauit) et 'über den Werth des cod. Bland. uetustissimus für die Kritik des Horaz', Beil. z. Progr. des Friedrich-Werderschen Gymnasiums, Berlin 1882. P. Höhn, de codice Blandinio antiquissimo, dissertat. Ien. 1883; inprimis uero Ios. Häussner, Cruquius und die Horazkritik, Bruchsal 1884. Accedit quod easdem quaestiones in seminario philologico Pragensi optimis discipulis iterum iterumque discutiendas proposui, qui et Cruquio magnam fidem tribuendam et codicem V in praestantissimorum codicum numero ponendum esse

---

1) Hunc bibliothecae Pragensis praefectum (Richardum Kukula) noli confundere cum professore Richardo Cornelio Kukula, qui Blandiniorum codicum excellentiam intempestiua quadam commentatiuncula tueri conatus est.

ad unum omnes prorsus negauerunt. Qui postremus eius generis tractatum composuit, Iosephus Hampel, de codicum BRV ad recensenda carmina et epodos auctoritate et de M. Hertzii editione, post subtilissimas disquisitiones ad hanc summam peruenit, ut diceret: 'Locis 89 BR genuinas habent lectiones. Si eosdem locos spectamus, cod. V 69 genuinas praebet scripturas, falsas 20. Vndeciens BR falsas exhibent lectiones; quibus ubique adsentire uidemus codicem V, excepto uno loco (c. III 14, 11 *ominatis*)'. Hertzium non iure, sed iniuria in carm. et epod. libris edendis codicem V praeposuisse codicibus BR argumentis comprobat firmissimis.[1]) Itidem quilibet alius philologus, dummodo sine ira et studio omnia perpenderit, non poterit non iudicare. Quare codicis V lectiones in ipsum apparatum inferre non ex re esse duximus, utpote quae in errorem inducere possint lectorem; uerum enim uero, ubicumque adnotatio critica Cruquii extat, in apparatu signum () adposuimus. Omnia eiusmodi autem huius uol. p. 343 sqq., ubi ad antiquissimarum optimarumque editionum fidem ab Holdero composita sunt, uno tenore legere licet. Quid quod etiam in classium discriptione V et V′ (= Vg) constanter comparent?

Si Cruquii adnotationes pro ueris ac sinceris habemus, quales quidem non omnes sunt, haud paucos inuenimus locos, ubi g et V inter se consentiunt, quas pro certioribus codicis V lectionibus habere possumus et in discriptione classium signo V′ illustrauimus. Aliter se habent eae lectiones, quas solus V praestitisse dicitur.

Ac primum quidem lectiones V′(Vg) inspiciamus (uid. discript. classium). In carminibus igitur et epodon libro V′ mirum quantum a secundo ordine abhorret; cf. *publicum* $\overline{\mathrm{I}}$ cl. et V′ c. III 24, 4 aduersus $\overline{\mathrm{II}}$ classis *ponticum*. s. II 8, 88 V′ *anseris albae* habet pro archetypi lectione *anseris albi*. Simillimum in modum *fecundae leporis* pro *fecundi leporis* in Vσ2m serm. II 4, 44 et *mule* (= *mulae*) pro *muli* serm. I 5, 47 in g. Hae omnes originalis lectionis mutationes ad eam regulam factae sunt, qua in animalium nominibus femininum genus pro communi iubebant adhiberi. *manibus* serm. II 3, 303 in V′σ2m reliquorum codicum lectioni *demens* minime est quod praeferamus, uid. Epileg.; s. II 6, 10 *ille* in V′m est mendum absurdum ex iteratione ortum; *futidius* pro *fufidius* s. I 2, 12 V′mB ex scriptura capitali apparet explicandum; epist. I 15, 16 *dulcis* V′Ev pro *iugis* etiam iis uiris doctis, qui codici V iusto maiorem fidem habent, prorsus improbatum ut Wilkinsio in epistularum editione laude digna; epist. II 1, 167 pro *inscite* V′mvEqL exh. *in scriptis:* quae quidem inter inficetas tritioresque uarias lectiones numeranda est. Omnibus his locis ipsas litteras uerae lectionis ex

1) Alius seminarii nostri socius in epistulis 103 ueras, 45 falsas 7 dubias, in a. p. 23 ueras, 7 falsas, 2 dubias lectiones codicis V effecit, cf. Prager Studien nou. ser. fasc. VI.

parte seruatas uidemus; ueri igitur simile est saepius uocem aliquam iam parum facilem lectu fuisse, ut *demens (manibus), fufidius (futidius), iugis (dulcis), inscite (inscriptis);* neque aliter loco illo celebratissimo serm. I 6, 126 res se uidetur habuisse. Lectio *fugio campum lusitque (lusumque) trigonem* nata est ex *fugio rapidosi tp̄ū signi*[1]) uel ex *fugio ṛāpīdọſirp̣̄ạṛignị̄*. *r, o, p, a* legi iam non poterant, pro *d* librarius *cl* legit, ergo pro *id ul,* pro *ſ* legit *r*, pro *i* suspicatus est *e*; lineolas[2]) superscriptas lectionibus minus claris pro abbreuiandi signis habuit; hac igitur ratione ex *āpūl . ſit . . rignˉ* per coniecturam factum est *⟨c⟩āpūl⟨u⟩sit⟨q.t⟩rig⟨o⟩nē̦*; (ita g); deinde consulto emendatum: *campum lusumque trigonem* (in V). Primus coniecturae gradus (in g) non indignus est qui adseratur coniecturis *diuolsusque prementibus* pro *diuolsus querimoniis* in δzπ *gloss.* λφ c. I 13, 19; *largiri potis* pro *large reponens* c. I 9, 6 al. Sed etiam alter gradus coniecturae (in V) neque Latinum sermonem sapit neque ex ueris legibus grammaticis explicari potest[3]); quo factum est ut essent qui *inuisumque trigonem* aut *nudumque trigonem* emendare uellent. Quo uix quicquam cogitari potest peruersius. Immo uero cum ceterorum omnium codicum auctoritate standum et uerba optime tradita sic interpretanda sunt ut in Epilegom. p. 483—488 ubertim demonstratum est.

Apertum γλώσσημα habes epist. I 10, 9 in Vσimvq: *effertis* pro *fertis.* Denique quaecumque lectiones aut V + g (V′) aut V + σm aut V + σ2m aut V + m fere solis memoriae proditae sunt, sine dubio uidentur esse damnandae.

Nec melius res se habet, ubi V solus singularem lectionem praebet. Sicut enim lectiones codice g solo traditae, exceptis una uel duabus, ut demonstrauimus, falsae habendae sunt, ita etiam eae quas Cruquius in V uel in Blandin. solis deprehendisse sese narrat. Falsae igitur sunt lectiones *menteis* epist. II 2, 36 *prona* pro *prima* epist. II 2, 98, *d'est* cum apostropho epist. I 12, 24 pro *dest, flexus* pro *uictus* (γλώσσημα) c. IIII 6, 21, *rixatus* pro *rixatur* epist. I 18, 15, *l̄iuidumque* pro *l̄iquidumque* c. I 35, 20, *quaere* pro *quaero* serm. II 3, 188, *ponendaque domo* pro *ponendaeque domo* epist. I 10, 13 (codd. Bland.).

Verae lectiones sunt nullae nisi epist. I 16, 43 *quo res spon-*

1) Ad lectionem *rapidosi* quam Gi2 aliique praebent, redeundum esse bene uidit Holder, uid. Herm. XII 501.

2) quales in saeculi X̄ codicibus et postea saepe inueniuntur, uid. Epileg. p. 484.

3) cf. A. Waltz in diligentissima Horati editione Francogallica, Par. 1888 p. 275: Rabiosi tempora signi] Texte donné par tous les manuscrits existants, sauf celui de Gotha, qui a une leçon inintelligible: *fugio campum lusitque trigonem.* D'après les Blandinii un grand nombre d'éditions ont la uariante *campum lusumque trigonem*, d'une latinité très douteuse, soit qu'on fasse de *trigonem* un adjectif pour *trigonalem*, soit que l'on prenne *lusum* pour un participe ou pour un substantif apposé.

sore pro reliquorum codicum *quo responsore* et *cubĭtal* pro *cubĭtale* s. II 3, 255, ubi lectionis *cubital* etiam Porphyrion testis est et codex g non *cubital*, sed *cubitale* habet. Ex Porphyrione Cruquius qui scholiis studiose operam dabat, lectionem illam cognouisse eamque ut codici V1 propriam uenditasse putandus est. Nec minus illud '*quo res sponsore*' ipsius Cruquii bonam coniecturam esse ueri est simillimum.

His lectionibus adnumerare licet eas, quae in tribus codicibus Blandiniis inuentae esse feruntur falsissimae: epist. I 18, 19 *dolichos*, epist. I 15, 24 *phaegax*, carm. IIII 1, 10 *porphyreis*. Item illud quod Cruquius ad c. III 5, 27 refert, in codicibus suis ubique exhiberi formam *dampnum*.

Solis iis locis, quibus V cum singulis ex melioribus secundi ordinis testibus consentit, aut cum B aut cum C aut — in epistulis — cum E, secundi ordinis codex ante oculos ponitur admodum antiquus, librorum BCV aut EV quasi pater, qui uel aduersantibus prima tertiaque classibus ueras nonnumquam testatur lectiones. At summa iniuria codex V ipse potissimum in critica Horatiana factitanda lucem praebere putatur, siquidem, ut ego numeraui, in sexaginta lectionum numero undeuicenis, ipso Hauptio auctore duodenis uel ternis denis, falsis inquinatus est, quae sane tristissina condicio est; multo melius sequemur BR, qui in sexagenarum lectionum numero falsas exhibere solent ternas, ita ut hac ratione illa altera, qua V praeferendum censent, quater superetur. Eodem ferme modo res se habet, quando classis $\overline{\text{I}}$ et $\overline{\text{II}}$ contra $\overline{\text{III}}$ consentiunt; nam inter sexagenas lectiones ternae falsae occurrunt. Consentientibus classibus $\overline{\text{II}}$ et $\overline{\text{III}}$ inter sexagenas lectiones prauae sunt senae, consentientibus $\overline{\text{I}}$ et $\overline{\text{III}}$ septenae.

Quodsi famosum illum locum, ubi pro uera lectione *rabiosi tempora signi* altera ista *campum lusitque (lusumque) trigonem* interpolata est (serm. I 6, 126, cf. ea quae modo exposuimus), diligenter consideramus, ex corrupta uera lectione, quae in classibus $\overline{\text{I}}$ et $\overline{\text{III}}$ et in σ′u′V uar. integra seruata erat, non sine audacia nouam aliquam uidemus fabricatam, quae, si sermonem spectas, medii aeui redolet barbariem. Ergo minime audiendi sunt ii, qui propter hunc ipsum locum inter Horati codices plurimi aestimant codices Vg. Immo uero codex V omnino ad rem criticam minimum ualere putandus est, quippe cuius lectiones nimis parce parumque diligenter a Cruquio memorentur Cruquioque ipsi ubique fidem habere non possimus. Id unum tenendum est, in sermonibus, epistulis, arte poetica codicem V secundi ordinis fuisse, cum in carminibus ne unam quidem $\overline{\text{II}}$ ordinis lectionem propriam, in epodis unam (16, 33) habeat; cf. discript. classium. Item g in sermonibus et epistulis secundi ordinis est, in arte poetica uero prorsus deficit. Itaque si codicis V accuratam, diligentem plenam-

que haberemus collationem, in arte poetica primariis secundi ordinis testibus itemque sine dubio in sermonibus et epistulis adnumerari posset. Denique si omnia perpendimus, V in sermonibus, epistulis, arte poetica secundi ordinis codex est sane memorabilis; sed cum secundum ordinem ut unicum ducem sequi nequeamus, etiamsi V integer ad nostram aetatem uenisset aut religiose conlato eo uti liceret, tamen multum abesset, ut criticae artis Horatianae 'lucem et ducem' eum haberemus.

q

In eorum codicum numero, qui Mauortianam subscriptionem exhibent, nominandus est etiam

q = codex Parisinus 8216 membranaceus saec. $\overline{XII}$, olim Colbertinus, 0,235×0,12 m., foliorum 140, in singulis columnis 21—34 uersuum. fol. 137[r] scribitur '*Th(eodori) Marcilii*' (qui natus est a. 1548, obiit 1617). Huius libri archetypus seriem habuerat ordinariam: carm., a. p., epod., c. s., epist., serm. In ipso codice q ars poetica non ante epodos, sed ante epistulas inuenitur. Apud Chatelain $\overline{I}$ p. 24 tab. LXXX subscriptionis Mauortianae et c. s. 1—15 imago extat.

Codex q duabus de causis dignus est qui memoretur, primum propter subscriptionem Mauortianam et lectiones Mauortianas passim inspersas, deinde ut codex primarius familiae u′q, quae a propria quadam recensione medio aeuo facta originem capit. Notabiles igitur sunt et ii loci, ubi q cum aliis codicibus Mauortianis consentit et ii, ubi q cum v facit.

Inter codices nostros Mauortianos q cum A′ et l potissimum congruit. De librorum q et v adfinitate in tertio ordine describendo disputabitur, cum de v sermo erit.

Bruxellensis.

Bruxellensis 9776—9778 saeculi $\overline{XI}$ exeuntis, 0,285×0,181 m., 133 foliorum, 29 linearum in singulis paginis; continet Horati carmina, artem poeticam, epodos cum subscriptione Mauortiana, c. s., epist. I. II, serm. I. II; serm. II 7, 45 et quae secuntur manu saec. $\overline{XV}$ suppleta sunt. Desunt praeterea: c. III 29, 32—IIII 3, 57 = duo folia, epod. 8, 17—12, 18 = 2 folia; epist. I 15, 46—II 1, 128 = octo folia manu saec. $\overline{XV}$ suppleta. In libri Bruxellensis exemplari originario carmen saeculare sermones exceperant, sicut in u quoque factum est; namque fol. 70[r] post finem c. s. rubrica picta uidemus haec uerba: *Horacii flacci ſermonum liber. II. explic̄. Incipit ep̄tar. lib̄.* Deinde incipiunt epistulae (I 1, 1).

Hic codex sola subscriptione Mauortiana et quibusdam locis insignis est, ubi cum aliis Mauortianis codicibus consentit: *optat*

pro *aptat* epist. I 1, 69. *catenis* pro *catena* epist. I 2, 63. *monstrat,* non *monstret* epist. I 2, 65. *cibaria* pro *diaria* epist. I 14, 40. *ducet* pro *ducit* epist. I 6, 57. *pectore* pro *corpore* serm. I 3, 34. serm. I 3, 96 Bruxellensis et Reginensis nouum sermonem incipiunt. Etiam orthographica nonnulla bene seruauit Bruxellensis, ut multos accusatiuos in *-is* exeuntes, sed idem inter tres ordines ita fluctuat, ut indignus sit qui praecipue adhibeatur. Scripturae imaginem inuenies apud Chatelain Ī tab. LXXIX = fol. 68^{v} = epod. 17, 66 — c. s. 11; idem uir doctissimus suspicatur cod. Brux. eundem esse ac Pulmanni Gemblacensem; sed refutatur eo, quod c. I 12, 13 Gemblacensis prorsus singularem lectionem *parentem* exhibuisse fertur, in Bruxellensi uero legimus *parentum.*

Reginensis.

Similis est cod. Reginensis = Oxoniensis, Queens college P2, quem Ioannes Luidus 12. Nou. 1595 collegio Regineo dedit; folia non sunt numerata; in singulis columnis 25 lin.; est formae quartae mai., saec. X̄, membr. Continet carmina, artem poeticam, epodos cum subscriptione, carmen saeculare, sermones, epistulas, eadem serie qua cod. u. In usum uocatus est a Bentleio.

Cum libris Mauortianis consentit aliquotiens ut epist. II 1, 180 *ac* pro *aut* (cum qy). serm. II 8, 48 *quoquitur* (cum λ). s. I 3, 96 nouus sermo incipit (cum Brux.). s. I 3, 34 *pectore* pro *corpore* (Regin. 2 cum λlqj Brux.). s. I 3, 142 *priuatim* pro *priuatus* (Regin. 2λl). epist. I 1, 69 *optat* pro *aptat* (cum gl Brux.). epist. I 7, 51 *resecantem* (cum g, similiter E). Nescio an huc referendum sit *oleamue* pro *oleamque* epist. I 8, 5, coniectura consulto facta, in Eμ Regin.

Quod ad orthographiam q. d. attinet, praeter lectionem illam, quam iam notauimus, *quoquitur,* memorabiles sunt *febrīs* epist. I 7, 9 Regin. 1 R 1 πε. *plurīs* serm. II 3, 149 (Regin. 1, solus; BR πACδ alii deficiunt). *partīs* (Reg. 1 alii) a. p. 326.

In extremo codice scriptum est: *explicit liber Incipit pastus.*

Taurinensis.

Taurinensis regiae bibliothecae uniuersitatis I. VI. 2. membr. 0,21×0,13 m., 84 foliorum, in singulis p. 30—38 lin. Forma picta est apud Chatelain Ī tab. LXXX = fol. 30 = epod. 17, 62 — c. s. 20. Hic codex non sine magna cautione adhibendus est, siquidem multa folia posteriora genuinis intermixta sunt; genuina sunt ars poetica, epod., carmen saeculare, sine lacunis; praeterea s. I 1, 1—2, 17; originario ordine collocata erant ita, ut artem poeticam epodi exciperent. Nam ad artis poeticae calcem inscriptio inuenitur: Q. hORATII DE ARTE POETICA. EXPLICIT. INCIPT EIVSDẼ. EPOδON. Subscriptio Mauortiana margini apposita est characte-

ribus minimis scripta non ab eo, qui contextum, sed ab eo, qui titulos exarauit. Hic illic orthographica q. d. bene seruata sunt ut *auernalīs, inanīs,* alia eiusdem generis.

Codex genuinus inter III (stirp. Rπ) et I (stirp. aγ) ordinem fluctuat et iis mendis scatet quae auditu excipientium esse solent, ut epod. 16, 10 *aquuta* pro *acuta,* a. p. 168 *cūmissise* pro *commisisse,* a. p. 192 *nec arta* pro *nec quarta* Taur. 1, a. p. 205 *nundū* pro *nondum* Taur. 1 aut pr., a. p. 235 *pysones,* a. p. 243 *sunptis,* 259 *aparet* al. Vere Horatianam scripturam *messallae* exhibet a. p. 371, cum Porphyrionis cod. W (*messalle* R). Scriptus est codex Taurin. saec. X—XI; tituli litteris uncialibus pulcherrime picti sunt.

σ

Maioris momenti ad II classis et familiae Mauortianae lectiones inuestigandas sunt codices σ et x, quorum commune exemplar subscriptionem habuisse uidetur Mauortianam.

σ = Sangallensis oppidanus 312, saec. X, ex bibliotheca membr. Vadiana, 0,215×0,16 m., foliorum 158, 25 uers. in singulis paginis. Formam libri uides apud Chatelain I tab. XC = codicis p. 37 = c. II 2, 1—20. Codex duabus partibus constat: 1) carminibus et epod. 1, 1—16, 66. 2) Aliis manibus exarati sunt 'poeticus liber' (= ars poetica), sermones, epistulae. Fol. 60^v tituli desunt, quattuor lineis uacuis relictis. Fol. 72^v in epod. 16, 66 contextus subito abrumpitur, septem lineis uacuis relictis. Vnde concludere licet, in originario huius codicis exemplari (σ'') singula poemata ordinaria serie (ut in classe III et I) se excepisse: carmina, artem poeticam, epod., c. s., sed eius libri, unde σ descriptus est, auctorem ad secundi ordinis modum epodos post carmina posuisse omissa arte poetica. Ita accidit, ut quattuor uersus fol. 60^v uacui relinquerentur: subscriptio enim, quae post carmina addita erat, iam non conueniebat, siquidem ad artem poeticam spectabat.

In exemplari codicis σ deerat epod. 17 cum subscriptione Mauortiana, qua de re sis conferas quae de codice A disputauimus. Vnum folium ex libri σ archetypo excisum fuisse neminem fugiet.

Petropolitanus.

Pro libri σ nepote, ut hac similitudine utamur, codex Petropolitanus accipiendus est, quem in epistulis tantum et arte poetica adhibere placuit. Scriptus est saec. XIV in membranis formae octauae; sunt folia 88, in singulis paginis 48 fere uersus; continentur carmina, ars poetica, epodi, carmen saeculare, epistulae, sermones, uita Horatiana, expositio metrica. Oriundus est e monasterio sancti Germani in Pratis. Exemplar originarium, unde σ et x et Petropolitanus in carminibus, epodis, arte poetica olim

descripti sunt, seriem habuerat ordinum $\overline{\text{III}}$ et $\overline{\text{I}}$ et indolem stirpis δ'''. Secundo loco lectiones $\overline{\text{I}}$ ordinis, tertio denique loco, idque in carminibus, epodis, arte poetica, etiam $\overline{\text{II}}$ ordinis lectiones accedunt. In sermonibus autem atque epistulis secundi ordinis adeo praeualere uidemus indolem, ut facere non possimus, quin hic quidem secundum ordinem pro fundamento accipiamus. Ex σ aut x Petrop. non descriptum esse docemur a. p. 171: *omnis* Petrop. recte, *omnes* falso σx, cf. gramm. Aufsätze 295.

x

Codicis σ quasi frater minor est codex x = Oxoniensis Bodleianae bibliothecae Dorvillianus, ms. Lat. 198, saec. $\overline{\text{XI}}$, membran., ex libris I. P. d'Orville, oriundus e bibliotheca S. Vincentii Laudunensis (Laon in Lotharingia), ut uir doctissimus Arturus B. Poynton uerisimiliter coniecit, cuius liberalitati ac diligentiae conlationem debemus accuratissime factam. Constat 126 foliis, in singulis paginis 29 uersuum; continet Horatium cum scholiis *Γ* et quaedam fragmenta, ut fol. 32 aliquot uersus ex Publilio Syro detractos. Inest etiam epistula Adalberonis Laudunensis episcopi (977—1030) ad Fulconem Ambianensem (993—1030) scripta. Reperiuntur etiam quinque glossae Theotiscae (mitteldeutsch): c. I 14, 6: *antemnae] segalrŏdon,* c. I 23, 7 *lacertae] ydehsun,* serm. I 1, 11 *uadibus] burgun*, serm. II 2, 16 *promus] sceinco,* serm. II 4, 81 *scobs] theotisca lingua dictum est urpora.* Horatianorum carminum ordo est hic: carmina, epodi, carmen saeculare, ars poetica, sermones, epistulae.

Subscriptionem Mauortianam olim in codice x fuisse suspicatur Poynton: '*at the end,* inquit, *of the Carmen saeculare there is no subscription, but evident marks of the erasure of four lines of writing. I hardly think that in the eleventh century the Mavortian subscription would stand there.*'

σ′(σx)

Codices σ et x ex uno exemplari (σ′) duxerunt originem, libro fortasse saeculi noni. In σ′ ars poetica *POETICVS LIBER* (sic σ ineunte et exeunte arte poetica) uel (ut x extrema arte poetica) *LIBER POETICVS* nuncupabatur isque post carmen saeculare et ante sermones positus erat (sic in σx), id quod cum codice B conuenit, in quo et ipso a. p. inter epod. 17 et serm. I posita est eique inscribitur '*POETICA*' omisso uoc. '*ars*'. Codex σ′ in carm. et epodis inter omnes tres ordines fluctuat. Quod quidem ad lyrica attinet, librum σ′ e stirpis δ''' codice quodam ad primi ordinis normam frequenter emendato fluxisse ex multis lectionibus falsis plane intellegitur. Verum etiam e $\overline{\text{II}}$ ordinis codice quodam haud paucas lectiones Manortianas insertas deprehendimus, eaque ipsa de causa codex σ′

ne in carminibus et epodis quidem prorsus spernendus est, cf. has lectiones Mauortianas: c. III 8, 4 *cespite* (σx) pro *in cespite.* c. IIII 4, 65 *mersus* (σx) pro *merses.* epod. 1, 34 *nepos* (σx) pro *ut nepos.* — Multis aliis autem locis modo x solus, modo σ solus Mauortianam emendationem aut in contextum recepit aut ut uariam lectionem adscripsit. Ergo ex codice quodam Mauortiano haud paucas lectiones rariores in cod. σ′ uel σ″ adscriptas fuisse negari non potest. Ex eodem illo $\overline{\text{II}}$ ordinis libro Mauortiana quoque subscriptio, quam in σ″ fuisse putamus, originem duxit, sicut et tituli epodon in σx. In sermonibus et epistulis et arte poetica σ′ (= σx uel σ2x) inter meliores secundi ordinis testes est, itaque hos codices in discriptione classium constanter exscriptos inuenies.

Codices σx in carminibus de stirpe δ pendere congruis lectionibus efficitur permultis (ut *altricis, reddidit, securim, rex* pro *dux* al.); praeterea cf. c. II 1, 1 *ciuium* xz1; c. II 1, 25 *et* omis. δ pr. x; c. IIII 2, 6 ad uoces *quem* ... *aluere* cod. x adnotationem facit '*alii cum saliere*', quae quidem est lectio stirpis δ‴. Primi ordinis lectiones propriae in σ′ sunt cum aliae tum c. I 4, 16 *et manes* pro *manes*, c. I 12, 15 *et,* c. I 22, 2 *nec,* c. II 3, 11 *quo* pro *quid,* c. II 4, 18 *delectam* pro *dilectam,* c. IIII 14, 11 *brennos,* epod. 1, 5 *si* omis. epod. 5, 55 *formidolosae.*

σ et x artis uinculis inter se cohaerere ex innumeris locis patet, uid. c. II 1, 19 *fulgur* σx pro ceterorum codd. *fulgor,* c. I 3, 20 *acroceraunia* σ *achroceraunia* x, c. III 24, 4 lectio priua *punicum* (al. *ponticum, publicum, apulicum*) in σ2x. Saepe codicis x lectio eadem est quae σ2; sic c. I 18, 5 *ettollens* σ1 *extollens* σ2x.

In sermonibus et epistulis genuinarum secundi ordinis lectionum haud exiguus numerus codicibus σx traduntur; ut epist. I 15, 18 *uenio* pro *ueni* σxmLrα; serm. II 5, 78 *nequiere* σxvrMα; plura uide in discriptione classium.

Admodum crebri sunt loci quibus σ2 uel σ *corr.* ueram huius stirpis secundique ordinis lectionem exhibet: ut serm. II 3, 163 σ2 uar. xgv *et* pro ceterorum ordinum *aut.* epist. I 2, 41 *qui recte uiuendi* σ2xgEj pro ceterorum *uiuendi qui recte.* epist. I 6, 50 *laeuum* pro *saeuum* σ2xE. serm. II 3, 69 *nerio* pro *a nerio* σ corr. xg. serm. I 9, 3 σ corr. xgG *occurrit* pro *accurrit.* serm. II 3, 303 σ2gjmiV *manibus* pro *demens.* serm. II 4, 44 *fecundae leporis* σ2xmV pro *fecundi l.* Quaecumque nota σ2 signauimus, ab ipso librario addita esse uidentur, quamquam alio atramento scripta sunt, itaque nescio an omnia melius fuerint notanda σ corr.

Priuae codicum σx lectiones fere omnes medio aeuo ortae esse uidentur, licet interdum uerum praebeant ut serm. II 5, 36 *cassa* (σ2x) pro archetypi *quassa*; item epist. I 3, 33 *seu* ... *seu* peruersae archetypi lectionis *(heu ... heu)* bona emendatio est in σx. Superuacuum uidetur *crustis* pro *frustis* epist. I 1, 78

in σx Petrop.; serm. I 5, 67 is, qui recensionem σ′ fecit, lectionem arti metricae repugnantem *nihilo deterius* in principio hexametri emendabat in *nullo deterius* (σx); Horatius ipse *nilo deterius* scripserat. epist. I 16, 3 *iuncta* σx pro *amicta*. 66 *uiuit* pro *uiuet* σxj. epist. I 17, 21 mutauit *uerum* in *rerum* (σxjμs1), quod quidem multi in textum receperunt. s. II 3, 128 codicis σ′ auctor lectionem quam non intellexerat *tun sanus* in *tum sanus* mutauit (σxβ). Particula *quatenus* coniunctiuum modum poscere ratus serm. II 4, 57 *petat* correxit pro *petit* (σ2xmα). s. II 5, 103 non intellectum *est* = *licet* deleuit (σ2xa2). serm. II 6, 30 quomodo coniunctiuum *pulses* intellegeret desperans scripsit *pulsas* (σx). Proprium scribendi genus praebent epist. I 11, 16 *iccirco* (σxn), ut etiam a. p. 265 *iccirco* (B′σj). *ungi* epist. I 2, 183 σx. Constanter si de capitis parte agitur σx *tympora* scribunt pro *tempora:* c. I 7, 23. III 25, 20. IIII 8, 33.

Notabilis est lectio a Bentleio postulata *cyclius* (*ciclius* σ) pro archetypi *cyclicus* a. p. 136; nec minus memorandum uidetur codice σ nullum antiquiorem uersum interpolatum epist. I 18, 91 in ipso textu exhibere. In x in margine adscriptus est, sicut sine dubio etiam in σ′.

Vt multi loci sunt, quibus σ solus sine x secundi ordinis lectiones seruauit, sic etiam x compluribus locis melior testis est lectionum $\overline{\text{II}}$ ordinis propriarum quam ipse σ: ut epist. I 2, 31 *somnos* x (*somnum* E g pr. V) pro *curam* et epist. I 7, 51 *resecantem* g E corr. pro *purgantem*.

Eorum codicum numero, qui ut σx ad $\overline{\text{II}}$ ordinem restituendum adhiberi possunt, porro attribuendi sunt libri moiGjμc. Gioxm2 mirum in modum in uno errore consentiunt, qui in aliis antiquissimis Horatianis codicibus, exceptis λl, a nobis obseruatus non fuerat, in falsa lectione *curiosius* pro *curiosus* epod. 17, 77; in σ et j haec textus pars deest; sine dubio etiam horum librorum exemplaria item legerunt.

Inter hos codices maxima constantia cum $\overline{\text{II}}$ ordine faciunt m et o.

m

m = codex Monac. Lat. 375 membranaceus foliorum 169, 0,224×0,151 m., in singulis paginis 25 lin.; carm., ars poet., epod., c. s., epist., serm., uita. Scholia habet medio aeuo composita; insunt etiam nonnullae glossae Theotiscae, de quibus uid. A. Holder in Germaniae uol. XVIII p. 73—75. Steinmeyer-Sievers, althochd. Glossen $\overline{\text{II}}$ p. 336—338. In carminibus et epodis propter nimiam inconstantiam spernendus; in epist. I 10—II 2 extr. inter $\overline{\text{I}}$ et $\overline{\text{III}}$ ordinem fluctuat; in sermonibus, epist. I 1—10 arteque poe-

tica II ordinis codicibus adnumerari potest, uid. discript. classium. Inprimis adfinis est codicibus σ′g. Olim fuit m Frisingensis, sancti Corbiniani 34, saec. XI—XII.

Quod ad rem orthographicam q. u. attinet, aliquot bonae frugis lectiones insunt ut c. II 10, 4 *iniquom* m pr.; s. I 1, 84 *uolt* (in solo m seruatum); *paruola* s. I 1, 33 alia.

o

o = Argentoratensis II = C. VI. 19 saec. X—XI, membranaceus, Oberlini B. 65 fol. 1 col. 26 lin., combustus a. 1870; originarium exemplar continuerat carm., a. p., epod., c. s.; ars poetica quidem in codice ipso ab Holdero conlato deerat; sed fol. 53^{r} scriptum erat: *Q. H. F. DE ARTE POETICA EXPLIC̄.* ‖ *INCIPIT EPODON. ad mecenatē.* Ergo in codice originario ars poetica solito loco posita erat inter carmina et epodos. fol. 64^{v} post carminis saecularis finem scriptum fuit: *Q. H. F. carminis LIBER .IIII. EXPLICIT; LIBER //////.* Deerant serm., epist., ars poetica, praeterea lyricorum pars. Quo tempore Holder codicem contulit, inerant: carm. I 1, 1—35, 29. II 13, 19—IIII 15, 32. epod. 1, 1—9, 8. 14, 12—17, 81. c. s.

Notanda uidetur lectio c. I 28, 4 *tibi quicquam* cum Bλ′1 pro *quicquam tibi.*

In carminibus et epodis o saepe ad II ordinem restaurandum adhiberi potest; uid. discr. classium.

E tribus codicibus oiG multis locis codex originarius restitui potest cum lectione priua *curiosius* epod. 17, 17, sicut etiam λ′ exhibet. Hic codex originarius inter I et II ordines fluctuabat, nec scio an VIII saeculo fuerit scriptus.

i

i = Florentinus Laurentianus plut. XXXIV 1, membr. saec. X 0,259 × 0,178 m., foliorum 140, 29 lin. in singulis paginis, a Petrarca, qui eum Ian(uae = Genuae) 28. Nou. 1347 emerat, notis adspersus. '*Liber francisci petrarcae laureati qui post obitum eius remaneat penes heredem suum.*' Formam uide ap. Chatelain I tab. LXXXVII. fol. 27^{v} = c. II 20, 7 — III 1, 9. Insunt: Horatii uitae, carm., ars poetica, epodoe, carmen saeculare, epistulae, sermones. i constanter inter I et II ordines fluctuat, uide discr. classium. Lyricas partes contulit Nicolaus Festa, Florentinus, reliqua A. Holder.

In hoc codice multos accusatiuos reperimus in *is* desinentes, ut *calentis, celeris, crinis, fugientis, inanis, leuis, omnis, tygris, uolantis* alios; memoratu dignum est etiam *fulgora* c. II 10, 12. Penitus extirpatae sunt formae in *uŏs, uom, quos, quom* et multae aliae, neque inueniuntur *uoltus, uolnus,* alia eiusdem generis.

G (et i′)

Codex i arte cohaeret cum G, ita ut multis locis i′ = i + G construi possit, qui liber saeculi noni fuisse putandus est, uide discr. classium. In carminibus et epodis et arte poetica G saepe ad constituendum II ordinem adhiberi potest, in sermonibus inter II et III ordines fluctuat, in epistulis inter I et III; uide discr. classium.

G = Gronouianus bibliothecae academiae Lugduno-Batauae siue Leidensis F 15 saec. XII—XIII membr. 0,28 × 0,14 m., foliorum 63, binarum columnarum, 26 uers. in singulis columnis. Insunt: uita et expositio metrica, carmina, epodoe, carmen saeculare, ars poetica. Deinde scribitur:

hR̃. F. EPSTOL. LIB. II. EXPt. INCIP SERMONV·I· Secuntur serm. I II. epist. I. II. Ex quo efficitur in codice originario sermones epistulas secutos esse.

Adscripta sunt scholia nullius pretii. G nonnullis locis dictatus est: *missorum* pro *mysorum* epod. 17, 10. *purchrior* c. IIII 4, 65; hic illic apices habet (*uéneat* s. II 2, 25); oriundus est exemplo minusculis litteris picto: *cliaria* pro *diaria* epist. I 14, 60. G non est idem, quem Pulmannus Gemblacensem appellauit, nosque in priore editione sigillo G notaueramus. Sane c. I 12, 13 et in Gronouiano et in Gemblacensi peculiaris inuenitur lectio *parentem;* sed in Gronouiano *ẽ* in eraso *is* scriptum esse apparet, aliisque locis (ut c. III 4, 10. 10, 18. 27, 48 al.) hi ambo codices minime inter se consentiunt.

j

j = codex membraneus seminarii archiepiscopalis Pragensis saec. XI nitide scriptus, 0,210 × 0,132 m., foliorum 48, 42—53 uersuum in singulis paginis; nihil continet nisi artem poeticam, sermones, epistulas, deinde uitam, expositionem metricam, alteram uitam. Intercedente Leone Schneedorfer collega amicissimo factum est, ut domi hunc codicem liceret excerpere.

Diuersis manibus scriptus est a compluribus eiusdem aetatis librariis; sic serm. I 4, 35 in medio uersu a uocibus *parcet amico* altera, sed aequalis manus incipit, atriore atramento usa et maioribus litteris. Scholia uilissimi generis sunt neque cum Porphyrione neque cum aliis scholiis, quotquot nobis adhuc innotuerunt, consentiunt. Fol. 1^v incipit ars poetica; fol. 1^r prorsus alia manus fragmentum uitae sanctae Afrae scripsit.

Quae scripta erant non reuisebantur neque errores cum diligentia corrigebantur. Permultae uoces falso diuisae sunt. Absurdissima menda hic illic manserunt, ut *locluples, scrabrum, consuueris, sollititis, uirt'us = uirtusus, fomidine, falendi, disscrepat.*

Quamquam singulae litterae unciales, ut Ϻ = m finalis, occurrunt, minusculis litteris exemplar exaratum fuisse infitias ire nemo potest; habemus enim ſ pro *f (sratrum)*, *d* pro *cl* et *cl* pro *d* (*damides* j1, *clame* j1, *clama* j1). Haud scio an pars dictata sit idque in media Germania: unde *plateras* j1, *pleps, epur* j pr., *theanū, fulgi* j1 aut pr. bis, *maistro, traica.* Ad mediam Germaniam spectare uidetur, quod *g* omittitur in *maistro* et *traica* et *f* saepius ponitur pro *v* et *pl* pro *bl*.

Notabiles sunt formae *uolgi* j1 serm. I 4, 72, *uacuō* serm. II 3, 10, *haut* epist. I 8, 4 et multi accusatiui in *is* exeuntes, qui saepe aut ab altera manu aut ab ipso scriba in *es* mutati sunt. Est ubi circumflexus inuenitur, ut epist. II 1, 226 *eô* (aduerb.), serm. I 3, 104 *inuenêre* (ne legatur *in uenĕre*). serm. I 3, 81 *iûs* (ne interpreteris = *uis*) cf. p. VI.

Quod ad classium indolem attinet, j inter omnes tres ordines fluctuat, utpote qui ortus esse uideatur e codice $\overline{\text{III}}$ ordinis, nonnullis $\overline{\text{II}}$ ordinis uariis lectionibus adsperso et postea ad codicis cuiusdam $\overline{\text{I}}$ ordinis normam satis diligenter correcto et ab omnibus fere $\overline{\text{III}}$ ordinis mendis purgato.

μ

μ = codex Montepessulanus (Montpellier) scholae medicae nr. 425, olim Pithoeanus, membr. 0,202 × 0,152 m., 129 foliorum, 30—35 linearum in singulis paginis; continet uniuersum Horatium: carmina, epodos, carmen saeculare, artem poeticam, epistulas, sermones.

Neumae reperiuntur c. IIII 11, 1—24, quarum imaginem pictam uides in catalogue général des bibliothèques publiques des départements, Paris 1849. t. I p. 454 sqq.

μ, inter tres ordines fluctuans, praesertim in tertium inclinat (ϱRδπ). Pretium habet lectionibus quibusdam secundi ordinis propriis inspersis (uide discriptionem classium et apparatum epist. I 8, 5. 10, 37. 17, 21) et quibusdam rebus q. u. orthographicis, ut *omnīs* epist. I 6, 44 et *artīs* epist. I 5, 18. 6, 17 in solo μ conseruata sunt.

Ceterum inter haec etiam dubia quaedam deprehendimus ut serm. II 3, 18 *posquam* (in solos μ). *karus* (c. I 36, 5 μ. epist. I 20, 10 μ. c. IIII 13, 14 μ uar. *mixerit* art. poet. 471 (μ). Nonnullae lectiones medio aeuo audacter excogitatae sunt, ut *sermonibus* (μ uar.) pro *monitoribus* epist. II 2, 154. *proiectus* pro *porrectus* (μ) s. II 3, 112. *ueluti si* (μ) pro *uelut illis* serm. II 8, 94. *quique* pro *quaeque* c. s. 49. *non* pro *num* (μ uar.) c. I 24, 15. *muneris* pro *muneri* (μ uar.) c. IIII 8, 12.

Codicem c iam supra tractauimus p. XVII.

Denique ad restituendum secundum ordinem conferantur schema et discriptio classium; etiam stirps u′ bene adhiberi potest, de qua, quia magis ad $\overline{III}$ ordinem pertinere uidetur, ubi de ordine $\overline{III}$ agemus, sub finem disseretur.

Ordo $\overline{III}$.

Hic plerisque codicibus traditus est. In quo numero sunt Fδ‴πbε et maximam partem λ′u′Rβ′, ergo φψδdzTπbελluvRβf. Accedunt magnae partes librorum νLrαζhk. Duae stirpes discerni possunt: Fλ′ et δπu. Constantissime tertii ordinis uestigia premunt φψδdzTπbε. Inter ordines $\overline{II}$ et $\overline{III}$ fluctuant λluvk, inter $\overline{I}$ et $\overline{III}$ RLrναβfhζp. Series operum Horatianorum in codice originario (Fλ′δ‴Rπ′br) eadem erat quae in $\overline{I}$: carmina, ars poetica, epodi, carmen saeculare, epistulae, sermones.

Hanc classem uel obiter contemplantibus magnus numerus pinguium errorum occurrit, qui non aliter explicari possunt, quam si in codice originario librorum Fλ′δ‴πRu′ haud paucis locis litteras quasdam sumimus euanuisse. Hae partes non adhibito altero eoque meliore exemplari ita mutabantur, ut Latini sermonis species quaedam quamuis uana existeret. Tali ratione eiusmodi mendorum magnus numerus ortus est, qui, si aut rem metricam aut sermonem Latinum aut sententiam spectas, mira conspiciuntur absurditate. Hoc modo pleraeque tertii ordinis peruersae lectiones iudicandae sunt. In solo codicis R exemplari (= R′) primi ordinis liber isque bonus ad corrigendos multos locos adhibitus erat, item in libro originali u′ iam uetustissimo tempore haud paucae secundi ordinis (Bgm) lectiones uariae insertae sunt; exemplari λ′ uero praecipue in carminibus et epodis Mauortianae stirpis (A) lectiones permultas uidemus esse admixtas. Exempli causa liceat afferre hos locos:

carm. I 2, 18 uocis *ultorem* pars nondum poterat legi, unde *uelorum* factum est in Fλ′δzTπ, non in Ru′.

carm. I 7, 22 ex $\overline{tn}$ = *tamen* ortum erat $\bar{t}$, unde *ter* FδzTπv, non Ru.

carm. I 9, 6 ex *LARGEREPONENS* factum fuerat *LARGIRIPOII..S,* unde *largiri potis* FδTπ; neque codicis R′ auctor uerba *large reponens* clare legere potuit; itaque R scribit *large repones.*

Nec aliae quidem huius loci uoces in $\overline{III}$ ordinis codice originario plane ac dilucide legi poterant, ut *ligna,* unde *luna* fac-

tum est in FTπ uar., et *deprome,* pro quo *depone* scriptum est in F1δzTπ.

carm. I 27, 14 quia uox *te* parum legi poterat, excidit in F1δzπ, non in Ru′.

carm. I 35, 26 *fugiunt* pro *diffugiunt* scriptum est in Fδzπ (eadem de causa), non in Ru′.

carm. II 5, 20 *gies* pro *gi..es* = *giges* (= *gyges*) in Fδzπ, non in Ru′.

carm. II 7, 7 ex *coronatus,* quod parum clarum factum erat, contra omnem rationem metricam ortum uidemus *comptus* in Fδ zπv, non in Ru.

carm. II 13, 23 ex *discr.tas* pro *discriptas* natum est *discretas* in Fλ′zbv, non in Ru.

carm. II 14, 24 ex *ulia* pro *ulla* factum est absurdum *uita* in Fλ′zπ, non in Ru′.

carm. II 15, 10 ex *i.tus* pro *ictus* factum est *itus* in Fλ′ uar. zu1 (?), non in R (δ deficit).

carm. II 17, 25 *alas* aut omnino oblituerat aut parum dilucidum factum erat in codice originario librorum FδzπRb. Inde in Fδ *te* natum est, ex *tc̄* = *tunc* (b); Rπ corr. z1 Ac. exhibent
ttc *ttū*
tum. Ordinis tertii igitur auctor *tū* aut *tc̄* scripsisse uideatur.

carm. III 9, 8 *ilia* obscurius factum erat, unde *illa* 1π (etiam r), *ulla* Fδzϱ.

carm. III 10, 6 in *satū* litterae *a* prima pars oblituerat, unde *situm* FδzLu′α′, non R.[1])

carm. III 14, 8 *uitta*: *ui.ta, uita* λ′R (etiam Lr), *tuta* Fπϱp.

carm. III 19, 27 uocis *rhode* nihil nisi *.ho.e* legi poterat, unde aliquis coniecit *chloe,* ut legimus in Fδzπu′, non in R.

carm. IIII 5, 13 *omnibus* pro *ominibus* (*om.nibus*) F1δzTπu′, non R.

carm. IIII 5, 18 *nutritura* pro *nutrit rura* (*nutrit..ura*) FδzTπ, non Ru′.

carm. IIII 6, 17 *captis* exciderat, quia fortasse euanuerat, quare omissum uidemus in FδzTπ, etiam in bμϱp et in exemplari u′, non in R.

carm. IIII 8, 25 *aequum* pro *aecum* (*ae.cum* ex *aeacum*) Fδ zTπ uar., etiam Lrbϱp, non Ru′.

carm. IIII 12, 11 archetypus *delectantque,* unde primum *delectant.e,* deinde *delectante* πu′, tum per prauam emendationem *delectantem* FδzTϱb; R deficit.

epod. 1, 21 *ut sit auxilii* (*ut... sit auxilii*) pro *ut adsit auxilii* uel *auxili* FδzπRu′.

---

1) Haec quidem lectio aliter quoque explicari potest, itemque quod modo memorauimus *discretas*.

epod. 1, 29 *tangens* pro *candens* ex *can.ens*, unciali *c* male intellecta tamquam *c* esset: Fδ′R et b.

epod. 11, 21 ex *ĕt heu* parum claro *heu* factum fuerat (Rπ); ex quo Ffπ corr. fecerunt *ēheu.*

epod. 13, 9 ex *cyllenia* uel *cyllenea* facta sunt *cyllen.a, cyllena* Fδ″πuR2.

epod. 14, 3 ex *ut si* factum est *ut.i, uti:* Fδ″Ru, etiam bβf, similiter *v*.

carm. saec. 51 ex *impetret* factum est *imperet* in Fδ″Ru1.

serm. I 2, 12 in *fufidius* una linea transuersa oblituerat, unde ortum est scriptura unciali *fufidius* in Fλ′δ″πu′, non in R.

serm. I 3, 92 *ante me* pro *ante mea* in Fλ′z, etiam in β″μ Pph., non in Ru′.

serm. II 2, 99 *trauius* pro *trausius* (*trau.ius*) FlzPph. Porph., etiam νGζ, non Ru; *tranlius v*.

serm. II 3, 96 *contraxerit* pro *construxerit* ex *con.truxerit:* Fλ′ β′νvb; Rδ″πu desunt.

serm. II 3, 142 *opimus* pro *opimiūs* (*opim.us*) Fλ′gPph′. (plerique codices meliores deficiunt).

serm. II 4, 60 *illis* pro *hillis* (*.illis*) Fλ′G; item epist. I 6, 9 *is* pro *his* Fλ′δzj.

epist. I 16, 59 pro *clare clare* semel *clare* habent Fλ′zRπ′b.

epist. I 17, 28 *ioca* pro *loca* Fλ′Rπr; item a. p. *iocis* pro *locis* Fλ′δzπu; *Iocis* R.

epist. I 18, 45 uerba *quotiensque educet* parum aperta ad legendum erant; itaque *quotiensque educit* Fz, *quotiensque ducit* π′, ac per coniecturam *quotiens quoque ducit* λ′. Etiam v scribit *educit.*

epist. I 19, 13 ex *textore* factum est *ex.ore* (*textore*) in Fλ′ zεπ′bβ; *extore* R1.

epist. II 1, 27 ex *dictitet* factum est *dicit et* Rπε, unde euasit *dicat et* Fλ′dz.

epist. II 1, 226 ex *EOREUENTURĀ* factum est *FORĒUENTURĀ* (*forem uenturam* stirps Rπ), deinde *forē uenturam, fore uenturum,* tum *item fore uenturum* (Fλ′z), inserta uoce expletiua *item,* ut epist. II 1, 46 in Fλ′dε.

Ex hoc loco apparet codicem archetypum III ordinis, qui ante Priscianum scriptus erat (uid. Epileg. ad carm. III 17, 4), litteris capitalibus exaratum fuisse; nisi quod pro V scribebatur U: id quod demonstratur lectione *imuſ* pro *unuſ* in Fλ′zr ut uid.

a. poet. 111 etiam *et certi* (Fλ′zTRπb1) pro *effert,* ex *etcert.* facillime explicatur, si scripturam capitalem sumimus: ETCERTI ex EFFERT.

a. p. 154 *plus oris* et *plusoris* in Fλ′δzTπb ortum est ex *plausoris* (*pl.usoris*).

a. p. 349 ex REMITTIT factum est REMUTIT (Fδ), oblit-

terata linea horizontali primae T; deinde λ′ ex *remutit* fecit *remuttit.*

Praeter eiusmodi locos, quibus ex iis litteris, quae parum dinosci poterant, falsae emendationes originem duxisse credendae sunt, magnus etiam earum mutationum reperitur numerus, quas glossematicas uocamus uel grammaticas; uide Epilegomena ad locos laudatos.

carm. II 13, 8 *colchica* pro *colcha* Flzπ′u′, non R.

carm. II 13, 23 *discretas* pro *discriptas* Fλ′zbv, non Ru.[1])

carm. II 20, 3 *in terra* pro *in terris* Fδzπ′u′, non R.

carm. III 5, 53 *clientium* pro *clientum* Fλ′δzπ′ϱb, non Ru′.

carm. III 9, 5 *aliam* pro *alia* lδzϱbu′g, non R.

carm. III 9, 21 *quamuis* pro *quamquam* Fδzπ′ϱbu′, non R.

carm. IIII 12, 16 *mereberis* pro *merebere* FδzTπϱbu′; R deficit.

epod. 6, 3. 4 *quin ... uerte ... et ... pete* pro *quin ... uertis ... et ... petis* Fδzbu′, non R.

epod. 6, 15 *oppetiuerit* pro *petiuerit* Fδπ′b, non Ru′.

epod. 9, 9 *uincula* pro *uincla* Fλ′δp, etiam R.

epod. 17, 17 *circe* pro *circa* (uide gloss. *Γ*) FlTu′α′ consent. δ″π, non R.

epist. I 7, 93 *dicere nomen* pro *ponere nomen* Fλ′δzπ′bvR νεGm.

epist. II 2, 22 *ueniret* pro *rediret* (uid. gloss. *Γ*) in Fλ′vα, non R.

Longe plurimum ualebant glossae *Γ*, quae in codice admodum pretioso (Fλ′v) ad marginem scriptae fuisse putandae sunt. Cuius rei testis est codex ε, qui glossas *Γ* continet et cuius adhuc seruata nota scholiastae ħ in arte poetica in ipsum nomen *telephus* incidit ita, ut inde *thelephus* extiterit in FlβLσ.

In multorum huius ordinis codicum textum etiam famosa illa et magna interpolatio (octo uersuum ante serm. I 10) inrepsit, quae nihil aliud est quam γλώσσημα, uiri docti cuiusdam supplementum audacissimum, quod addendum censuit propter uocabulum *Nempe* u. 1.

Quid quod etiam eiusmodi lectionum uariarum, quales in omnibus fere codicibus et apud omnes scriptores redire solent, quasque nos dicere solemus mutuas (Wechselvarianten), in tertio ordine ingentem deprehendimus farraginem, ut carm. I 5, 14 *humida* pro *uuida* (etiam Porph.). carm. II 3, 28 *exitium* pro *exilium.* c. II 6, 22 *ubi* pro *ibi.* carm. II 17, 19 *letalis horae* pro *natalis horae.* carm. III 4, 31 *arentis* uel *arentes* pro *urentis.* carm. III 5, 51

1) Nisi aliam praefers interpretationem, cf. quae modo de hac lectione exposuimus.

amicos pro *propinquos*. carm. III 10, 6 *situm* pro *satum*. carm. III 13, 16 *nymphae* pro *lymphae* (etiam Porph.). epod. 2, 25 *riuis* pro *ripis*. epod. 6, 2 *aduersus* pro *aduersum*. serm. I 1, 38 *sapiens* pro *patiens*. serm. I 2, 127 *metuo* pro *uereor*. serm. I 3, 34 *sub pectore* pro *sub corpore*. serm. I 9, 16 *prosequar* pro *persequar*. serm. I 10, 7 *deducere* pro *diducere*. serm. II 1, 4 *diduci* pro *deduci*.[1]) Omnibus his locis codex R ueriorem praebet lectionem, itaque, siquis in tertii ordinis archetypo haec menda fuisse neget, a uero non procul abesse uideatur.

Quamquam etiam ipse codex R (aduersante ordine primo), cum ceteris nonnullos eius generis errores exhibet, unde efficitur eos ad archetypum tertii ordinis esse referendos, ut carm. III 14, 7 *cari* pro *clari* in Fδzπϱ Pph.R, adscripta uaria lectione *clari* in φπδz. epod. 16, 48 *nympha* pro *lympha* in Fδ″bRL. epod. 17, 5 *defixa* pro *refixa* in Fλ′δ″πbu′R. serm. I 5, 1 *excepit* pro *accepit* Fλ′zu′ν consent. R. epist. I 2, 4 *plenius* pro *planius* Fλ′δzπbvRrεG. epist. I 19, 47 *ille* pro *iste* Fλ′δzπνgvR. epist. II 1, 153 *lex* . . . *nata* pro *lex* . . . *lata* Fλ′dzπεGR. epist. II 2, 11 *excludere* pro *extrudere* Fλ′dzπbRεG. a. p. 203 *paruo* pro *pauco* Fλ′δzTbR. a. p. 319 *iocis* pro *locis* Fλ′δzTu′R. Quo fortasse accedit *arto* pro *alto* c. III 12, 11 in Fλ′δzπϱbu′R.

Inprimis eae lectiones uariae, quae etiam in Ru′ occurrunt, ut *defixa, excepit, iocis*, sine dubio ei codici, quem antiquissimum restituere possumus tertii ordinis, uidentur attribuendae esse. Huius generis sunt etiam *pardus* pro *pagus* (c. III 18, 12), quae lectio secundum ueteris testamenti locum ficta est (Isai. 11, 6), in Fπϱ bu′Rδ uar. z uar. et serm. I 4, 110 *barus* (*barrus* u) pro *baius* Fλ′z Rgβ′ cons. Lu.

serm. I 4, 30 *patet* pro *tepet* in Fλ′zuRν a maiuscula scriptura repetendum uidetur mendum, sane dignum quod rideatur; item a. p. 402 *pyrceus* (Fδπv) et *dyrteus* (R1) pro *tyrtaeus*.

Verum paene omnes illae absurdae, ne dicam pueriles, emendationes ac menda stupida, quibus tertii ordinis codices scatent, nondum occurrunt in codice R. Liceat afferre aliquot exempla, ubi plurimi uetustiorum tertii ordinis codicum (non solum stirpis Fλ′) mendosas lectiones exhibent, quae non leguntur in cod. R: c. I 12, 36 *lectum* pro *letum* in Fδπ; hic R habet *litum*, unde efficitur in codice originali *LETUM* scriptum fuisse, idest *LETUM* deleta parte litterae *E*, fortasse ita ut oblitterata media exigua lineola appareret uox *LITUM* indeque scriba quidam insipidam lectionem *lectum* faceret. carm. II 13, 38 *somno* pro *sono* Fλ′zL rbhu. c. III 14, 8 *tuta* Fπϱp et gloss. Fλ pro *uita* (uide p. XLVIII). c. III 20, 3 *post paulum* pro *post paulo* Fδzπ′ϱbvgphr. carm. saec. 23 *potiens* pro *totiens*. serm. I 3, 29 *actus* pro *aptus*. serm.

1) Quod quidem etiam ex deleta litterae E parte explicari potest.

I 3, 65 *modestus* pro *molestus*. serm. I 8, 12 *ciprus (cyprus)* pro *cippus*. serm. I 9, 13 *ficos* pro *uicos*. serm. II 2, 128 *instituistis* pro *nituistis* (R deficit). serm. II 3, 21 *faber* pro *uafer* (R deficit). serm. II 3, 30 *modicum* pro *medicum* (R deficit). epist. I 1, 6 *exornet* pro *exoret*. epist. I 11, 7 *glabiis* pro *gabiis*. epist. I 15, 9 *glabios* pro *gabios*. epist. I 15, 45 *alio* pro *aio*. epist. I 15, 46 *uallis* pro *uillis*. epist. I 19, 23 *patrios* pro *parios*. epist. II 1, 159 *peperere* pro *pepulere*. a. p. 18 *fluuius* pro *pluuius*. a. p. 20 *expers* pro *expes*. a. p. 43 *aut* pro *ut*. a. p. 55 *uaro* pro *uario*.

Absurdi constructionis errores sunt hi: c. II 16, 13 *paterno* pro *paternum* (non R). c. IIII 4, 65 *mersae* pro *merses* (non R). epod. 9, 25 *africano* pro *africanum* (non R). serm. II 2, 114 *metatū* pro *metato* (R deficit). serm. II 3, 286 *uolgo* pro *uolgus* (R deficit).

Neglegentioris scribae repetitiones hic illic occurrunt ut *regibus* pro *rectius* epist. I 17, 19 (non R). *urget* pro *angit* serm. II 3, 39 (R deficit). *insanit* (etiam R) pro *insanus* serm. I 4, 49 (ex u. 24). serm. I 2, 99 *nam te* pro *palla* (in R nec *nam te* nec *palla* inuenitur).

Posteriorum temporum uolgarisque sermonis formae in $\overline{\text{III}}$ ordine frequentes sunt, sed plerumque aduersante codice R: c. I 21, 3 *suppremo* uel *subpremo* pro *supremo* (non R). carm. I 37, 5 *antehanc* pro *antehac* (non R). carm. III 6, 36 *annibalem* (non R). carm. IIII 9, 25 *agamennona* (non R). serm. I 1, 105 *beselli* pro *uiselli* (non R). serm. I 2, 27 et I 4, 92 *gorgonius* pro *gargonius* (non R) (uide grammatische Aufsätze 247). epist. I 16, 2 *herum* pro *erum* (non R). a. p. 334 *iocunda* pro *iucunda* (non R).

Accedunt antiquissimorum $\overline{\text{III}}$ ordinis codicum metrici errores permulti, quorum ut maxima pars in R non inuenitur, ita nonnulli etiam in hoc codice occurrunt, ut c. III 16, 4 *adulteriis* pro *ab adulteris*. c. IIII 5, 13 *omnibus* pro *ominibus*. epod. 1, 21 *ut sit auxilii* pro *ut adsit auxili*. epod. 9, 9 *uincula* pro *uincla*. epod. 11, 17 *nihil* pro *nil*. epod. 15, 12 *uīrĭum* pro *uĭrī*. epist. II 1, 92 *tĕnēretque* pro *tĕrĕretque*. a. p. 400 *honōs* pro *honŏr*. Sed multo maior pars in R non reperitur: c. I 4, 20 *omnēs* pro *omnĭs*. c. I 5, 11—16 uersus falso diuisi. c. I 7, 7 *olĕam* pro *olīuam*. c. I 7, 22 *ter* pro *tamen*. c. I 10, 17 *animas laetis* pro *laetis animas*. c. II 5, 20 *gīes* pro *gȳges*. c. II 7, 7 *comptus* pro *coronatus*. c. II 7, 14 *sustulit ab aere* pro *sustulit aere*. c. II 13, 38 *somno* pro *sŏno*. III 13, 11 *fessos sub uomere* pro *fessos uomere*. III 19, 11 *munere* pro *murenae*. III 19, 14 *ter noster attonitus cyathos petet* pro *ternos ter cyathos attonitus petet*. IIII 8, 25 *aequum* pro *aeacum*. IIII 12, 11 *delectantem* pro *delectantque*. IIII 13, 22 *breuis* ad sequentem uersum traductum. epod. 2, 18 *extulit agris* pro *agris extulit* (λ′δzπ). epod. 5, 11 *haec et trementi* pro *haec trementi*. epod. 5, 21 *colchos* pro *iolcos*. epod. 5, 34 *īnmĕmŏrī* pro *ĭnēmŏrī*. epod. 5, 57 *quo omnes* pro *quod omnes*. epod. 6, 3 *uertĕ minas*

pro *uertīs minas.* serm. I 3, 92 *ante me* pro *ante mea.* epist. I 18, 45 *quotiensquĕ ducit* pro *quotiensque ēducit.*

Hanc paene immensam stolidorum mendorum seriem contemplans miraris fortasse, cur tam deprauatum codicum ordinem non prorsus praeterierimus. At inter omnes uiros doctos, qui usque ad hunc diem apparatum nostrum excerpserunt, ne unus quidem tertium ordinem omnino omittere ausus est, nec Gow nec Spontini nec Wilkins nec alii. Quamquam enim, si cum primo et secundo ordine eum comparamus, mendosarum lectionum longe maximo foedatus est numero, tamen haud paruus est eorum locorum numerus, ubi hoc ipsum librorum genus ueram Horati lectionem seruauit, primus autem ordo et secundus nos fallunt, uide in discriptione classium carm. I 7, 27. 32, 1. 35, 17. II 11, 24. III 1, 44. 2, 22. 15, 8. 24, 4. 25, 17. 27, 55. epod. 9, 1 al. Inprimis etiam multa eiusmodi, quae ad orthographiam q. u. attinent, eaque certissima solis tertii ordinis codicibus seruata sunt, ut carm. I 2, 13 *flauom.* 2, 26 *imperi.* 40 *uoltus* (F solus). 9, 21 *intumo.* 27, 5 *acinaces.* II 11, 11 *uoltu.* 13, 32 *uolgus.* 16, 40 *uolgus.* III 3, 3 *uoltus.* 4, 59 *uolcanus.* 5, 44 *uoltum.* 22, 7 *obliquom.* 25, 14 *naiadum,* non *naidum.* IIII 5, 6 *uoltus.* 9, 43 *uoltu.* serm. I 5, 45 *proxuma.* 9, 54 *proxumus.* 10, 19 *caluom.* 51 *quaeso.* item s. II 3, 183. serm. II 6, 33 *uentumst* (F1 solus). epist. I 6, 39 *mancupiis.* epist. I 15, 41 *uolua.* epist. I 18, 28 *uolt.* epist. I 18, 29 *paruola.* a. p. 187 *procne.* a. p. 197 *timentis.* a. p. 348 *uolt.* a. p. 447 *transuorso.*

Omnes hi loci eiusmodi sunt, ut de lectionum solo $\overline{\text{III}}$ ordine traditarum ueritate uix possit dubitari. Praeterea uero extat quaedam Horatianorum carminum pars, ubi ad contextum restituendum tertii ordinis propriae lectiones maximi momenti sunt, sub finem inquam sermonum, ubi optimorum codicum magnus numerus omnino non extat: serm. II 7, 97 F solus cum g et Pph. *pacideiani,* unice ueram lectionem, exhibet, non *placideiani:* deficiunt codices BC(B′) Aa(A′)DRπδ′ alii. Hic rerum status iam a s. II 3 incipere uidetur. serm. II 3, 1 Fλ′ recte habent *scribis,* non *scribes;* serm. II 3, 28 *emouit* Fλ′, non *et mouit*; serm. II 3, 50 *utrique* Fλ′, non *utrisque;* serm. II 3, 114 *uescatur* Fλ′, non *uexatur* uel *pascatur*; serm. II 3, 140 *electran,* non *electram;* serm. II 3, 183 *et* Fλ′, non *aut;* serm. II 3, 235 *uerris* fortasse uerum Fλl uar. bνj, non *uellis;* serm. II 3, 291 *mane* Fλ′ν Pph., non *magne;* serm. II 4, 18 *responset* Fλv, non *responsat* uel *respondet;* serm. II 8, 4 *da* Fλzv, non *dic,* alia.

Itaque non admodum raris locis solus uerum exhibet ordo tertius; sed multo crebriores sunt ii loci, ubi inde, quod tertius ordo aut cum primo aut cum secundo consentit, inter duas lectiones dinoscimus ueriorem, uide discriptionem classium.

Hominem illum doctum, qui iam ante medium aeuum quasi auctor tertii ordinis extitit, antiquarum formarum fuisse videmus

studiosissimum, sicut etiam Porphyrion fuerat, cuius lectiones proxime ad tertium ordinem accedunt. Attamen hunc scholiastam ipsum non est quod huius ordinis redactorem nuncupemus, nam, quod est maximum tertii ordinis κριτήριον, magna illa ante s. I 10 interpolatio, a Porphyrione originem non ducit, siquidem illi octo uersus in Porphyrionis scholiis non reperiuntur. Haec interpolatio autem alio tempore excogitari non poterat, nisi cum iam in eo esset, ut prosodiae scientia collaberetur; nam optimi testes mendum exhibent prosodiacum quod mea quidem sententia per emendationem tollere non licet. Congruere mihi uidetur quod a. p. 400 in tertio ordine intolerabile deprehendimus *honŏs,* cum c. s. 57 recte traditum sit *honōs.* Huc trahere placet etiam c. III 17, 4 *fastūs* (pro *fastos*), quam quidem iam Priscianus Horatianam uariam lectionem testatur (uide testim. c. III 17, 4). Hoc et *honŏs* in R quoque inueniuntur. Non extant in R, sed ab antiquo tertii ordinis codice archaizante q. u. oriundae sunt lectiones c. I 7, 2 *epheson* pro *ephesum,* c. I 31, 18 *letoe* pro *latoe;* c. III 17, 13 *potis* pro *potes;* c. III 23, 9 *alcido* pro *algido;* c. III 25, 16 *fraxinūs* pro *fraxinos* (non Porph.); c. III 28, 14 *paphon* pro *paphum;* c. III 18, 7 et serm. II 4, 80 *creterrae* (etiam Porph.); serm. I 8, 48 *caliandrum* pro *caliendrum* (etiam Porph.); fortasse etiam *inquoquere* (Fλf) s. II 8, 52.

Idem ille redactor, quem ante medium aeuum uixisse sumimus, supplementi instar ante *Nempe* serm. I 10, 1 octo istos uersus e coniectura adscripsit, qui postea a scribis quibusdam in textum recepti sunt. Idem inuenisse uidetur inscriptiones codicum Fλ′, ut c. III 24: *licet omnia facias, moriundum est;* ubi notabilis est archaizans q. d. forma *moriundum.*

Libro utebatur prorsus alio atque eo, unde $\overline{\text{I}}$ et $\overline{\text{II}}$ fluxerunt ordines. Itaque interdum dubitari potest, an uerum habuerit liber tertii ordinis originalis, idque iis potissimum locis, ubi etiam R cum hoc ordine facit, ut c. III 12, 11 *arto* — *alto.* Sed quantumuis R ualeat, tamen, quia inter $\overline{\text{I}}$ et $\overline{\text{III}}$ ordinem fluctuat, prius eas stirpes memoremus oportet, quae constanter ad $\overline{\text{III}}$ ordinem pertinent, primoque loco eam, quae plurimas monachorum retractationes perpessa est, familiam dico Fλ′ = codices φψλl; F est = φψ.

φ

φ = codex Parisinus membr. bibliothecae nationalis 7974 saec. $\overline{\text{X}}$ in., Puteanus, olim Remensis (Rheims). fol. 1^{v} scribitur: *Liber Sancti Remigii Rhemensis,* LXIII. et fol. 45^{v} 46^{r} iterum: *Liber $\widetilde{\textit{Sci}}$ Remigii* ‖ *Francorum apti.* Codex fratribus Dupuy dono datus erat a Dionysio Gothofredo (Godefroy) med. dr. (nato a. 1549, † 1621). Est 0,33 × 0,25 m., 163 foliorum, 26—27 linearum in singulis columnis. Horati opera cum glossis Fλ continet; scriptorum ordo hic

est: uita Hor. (*'Horatius poeta lyricus'* etc.), carm., a. p., epod., c. s., epist., serm., uita Hor. (*'Q. Horatius Flactus libertino patre natus'* etc.), expositio metrica (*'decem et nouem tantum'* etc.).

Scripturae imaginem habes apud Chatelain $\bar{\text{I}}$ tab. LXXXIV = fol. 31ʳ = c. II 20.

φ nitide exaratus est, sed a monacho parum erudito. Qui quanta fide exemplar descripserit, cum aliis locis intellegitur, tum carm. IIII 15, 5: *re tulit* φ = *re//tulit* = *rettulit,* et carm. III 11, 37 *mar to* = *mar. to* = *marito,* euanida facta *i* in exemplari. Codex ψ ex eodem exemplari descripsit *retulit* et *marto.*

ψ

ψ = codex Paris. membr. 7971 saec. $\bar{\text{X}}$ in. olim Remensis. Abbatiae Floriaco ad Ligerim ab Herberto († 992), Gerberti in schola Remensi discipulo, dono datus est. Fol. 3ʳ litteris maiusculis scriptum est:

Hic liber est Benedicte tuus uenerande per aevum
Obtulit Herbertus. Seruus et ipse tuus
Quem tibi s̄c̄e pater tali pro munere poscens
Liber in [sic] *aeternam possideat* [?] *patriam.*

In tegumenti folio legimus: *Iste liber est S̄c̄i ftien'* (?) *fcl* (?) *F . . ac. (= Rem⟨igii⟩ apti Francorum). quicūq, eum furatus fuerit. ut sustraxit. anathema sit.* Altera pagina tegumenti legitur:

Constancius malus puer siue bonus liber s̄c̄i Benedicti abbatis monasterii floriacensis quem siquis furatus fuerit damnatus sit cum iuda proditore anna et et [sic] *caipha.*

Codex ψ Remis Floriacum ad Ligerim delatus est; inde Bliaudifontem (Fontainebleau), ubi signatus erat DCCCCLXXXII; ibi iterum conligatus et insignibus ornatus, regnante Carolo IX († 1574); quo spectant duae C (CC); postea Bliaudifonte Parisios uenit, ubi nunc in bibliotheca nationali seruatur; est 0,24 × 0,185 m., foliorum 221, linearum 19 in singulis paginis; continentur uita, carmina, ars poetica, epodoe, carmen saeculare, epistulae, sermones, exp. metr., uita. Expositionem metricam edidit et a Seruio confectam esse dixit Heinricus Keil (gramm. Lat. $\bar{\text{IV}}$ p. 468—472).

Adscriptae sunt glossae Fλ. Imagines codicis habes apud Champollion, paléogr. des classiques latins (1837) tab. 5 = c. I 1, 1—19, et apud Chatelain $\bar{\text{I}}$ tab. LXXXIII = fol. 42ᵛ = carm. II 20, 11—III 1, 4.

F

Codices φ et ψ per totum Horatium paene ad singulas uoces et litteras inter se consentiunt, ita ut codex F (Remensis) = φψ facillime restitui possit, quem illo scripturae genere, quod semun-

ciale uocant, exaratum fuisse compluribus indiciis probatur: uelut in exeuntibus uocabulis librarius syllabam *us* signo ' reddere solebat (c. II 4, 23 *cui* pro *cui'* in Fl) et *f* confundebat cum *ſ* (c. II 4, 14 *philli difflauae* F pro *phillidis flauae*).

Fλ'

Proxima adfinitas intercedit inter F et λ' (= λl)[1]) exceptis iis locis, ubi λ' cum Mauortianis libris facit. Inscriptiones quoque eaedem esse solent, nec minus singularium lectionum magna copia ut c. I 7, 25 *parentes* pro *parente* Fl, c. II 4, 23 *cui* pro *cuius* Fl, c. II 13, 8 *colchica* Fl, c. II 13, 38 *somno* pro *sono* Fλ', c. III 7, 20 *mouet* pro *monet* Fl, serm. I 3, 35 *insederit* Fλ'β', serm. I 4, 54 *uerbum* pro *uerbis* Fλ', serm. I 5, 45 *proxuma* Fλ', serm. I 6, 96 *si* pro *sibi* Fλ', serm. I 8, 1 *dignum* pro *lignum* Fλ', s. I 10 init. magna interpolatio, serm. I 10, 19 *caluom* Fλ', serm. I 10, 75 *milibus* pro *uilibus* (ψλ'f), serm. II 2, 13 *cędentem mera* pro *cedentem aera* Fl, serm. II 3, 224. 247. 266. II 4, 60. epist. I 7, 86. II 2, 49. 86 multa alia, uide discriptionem classium et editionum nostrarum apparatum criticum.

Praesertim menda absurdiora qualia *parentes, cui, somno, uerbum, olet* pro *olei* (serm. II 2, 59), *philippis* pro *philippi* (epist. II 2, 49) et posterioris aeui formae quales epist. II 2, 86 *connectere* artissimam codicum F et λ' adfinitatem euincunt. Firmissimum quoddam huius rei argumentum iam in describendo cod. λ commemorauimus: epist. I 11, 13 enim λ habet $\overset{y}{\mathit{furnos}}$. Hic littera *y* sensu prorsus caret; in φ uero est nota ad scholia pertinens; ex uno eodemque igitur libro isdem scholiis resperso ambo codices φλ descriptos esse nemo non uidet.

Haec prima antiquissimorum tertii ordinis codicum stirps eam ob rem magni aestimanda est, quod et uetustissima est et fere sine lacuna per totum Horatium porrigitur.

Septimo uel octavo saeculo libros λ' et F, librum originalem codicum Fλ' fortasse circiter anno 600 p. Ch. scriptum putamus; interpolatio uero illa (ante serm. I 10, 1), Ausoniana (c. 350) ni fallor aetate excogitata, iam ante saeculum sextum margini adscripta esse et paulatim in ipsum textum Horatianum inrepsisse uideatur. Extant isti octo uersus in Fλ (l deficit), etiam in vμqβ'', non in RLr (π deficit) aut z (δd deficiunt) neque in u. Stirpes δ igitur et Rπ interpolatione carebant. De stirpe u' in dubio sumus; aut omnino non habuit interpolationem (ut u) aut uersus in margine positi erant.

Denique stirpem Fλ', quamquam peruersis lectionibus abundat et praesertim F solus stultissimis mendis conspicuus est, ut serm. I 1, 43 *conminuas* pro *comminuas,* serm. II 4, 1 *habenti* pro *aucnti,*

---

1) Vide supra p. XLVII sqq.

s. II 6, 72 *nĕc lēnĕ pōst* pro *nĕcnĕ lĕpōs,* a. p. 233 *propteruis* pro *prŏteruis,* tamen non modo non prorsus contemnere licet, sed etiam, sicut supra demonstrauimus, in una parte Horati permagni pretii est: inde a serm. II 3, unde paene omnes libri ueteres deficere incipiunt.

Fürstenbergensis.

E posteriorum temporum codicibus ad hanc stirpem pertinet Fürstenbergensis, membr. saec. XIII, 40 linearum in singulis paginis. Totum Horatium continet: carmina, epodos, carmen saeculare, artem poeticam, epistulas, sermones. Et tituli et pleraeque lectiones cum Fλ' concinunt; etiam isti uersus interpolati ante serm. I 10 in textu leguntur; epist. I 18 u. 91 quoque in textu apparet; uide Ioh. Kelle, klass. Handschriften in Prager Bibliotheken p. 15 sq.

δ'''

Altera tertii ordinis stirps constat ex codicibus δ'''ε. Quorum antiquissimi δdε admodum manci sunt, maxime εd.

Ex libris δdzT(uric.) per breue spatium restitui potest δ''', certo unus ex antiquissimis omnium codicum Horatianorum, quotquot ad hanc aetatem innotuerunt. δ' ipsum = δ + d saeculo VII ortus esse uidetur, δ''' (δ + d + z + Turic.) autem saeculo V uel VI. Quod quidem exemplar in sancti Symphoriani monasterio apud Mediomatricos minimum ter descriptum est, unde nati sunt codices δ, d, z.

δ

δ = codex Harleianus 2725 Londini in museo Britannico adseruatus; olim fuit Ioannis Georgii Graeuii, professoris Ultraiectensis, discipuli Io. Friderici Gronouii.

Bentleius hunc codicem Graeuianum appellat eique quam plurimum confidebat, utpote antiquissimo Horatianorum qui ipsi innotuerant codicum. Saepe eius lectiones laudat, sed nonnumquam falsas; ac ne Broukhusius quidem, cuius conlatione ad carmina a. 1864 edenda usi sumus, eam diligentiam adhibuerat, quae nunc non immerito requiritur, sed cum alia peccauit, tum inde a c. II 13, 5 usque 16, 19 supplementum saeculo XIII scriptum pro genuina codicis parte habuit.

Imagines codicis reperies in 'catalogue of ancient manuscripts in the British Museum', part 2, Latin. London 1884 tab. 60 = c. II 4, 15—5, 16 et apud Chatelain I tab. LXXXIII = fol. 80ᵛ = epod. 17, 74 — carm. saec. 17. Est 0,24 × 0,20 m. foliorum 97, uersuum 27. Scriptus circa annum 850 uetustissimis Horatianis libris est adnumerandus. Continetur Horatius cum glossis Fλ: uita, carmina, ars poetica, epodoe, carmen saeculare, epist.,

serm. I 1, 1—2, 113. Codex admodum mancus est. Desunt enim c. II 13, 5—16, 19. serm. I 2, 114—II 8, 95. epist. I 8, 8—II 2, 19. Graeuius librum δ Coloniae a bibliopola quodam emit (cf. Bentlei epistol. ed. Friedemann p. 115).

δ recta uia fluxit e libro semuncialibus litteris exarato: unde *demens* pro *clemens* (δz) c. III 11, 46; *adanteus* pro *atlanteus* (δ) c. I 34, 11. Saepe praepositiones cum nominibus coaluerunt. Reperiuntur nonnullae N. Etiam compendium ꝰ = us dignum est quod memoretur.

Complures huius familiae codices, praesertim δ et z, ad Ī ordinis quendam codicem constanter correcti sunt. Is corrector (δ′2 = δ2 + z2) ueteres formas, ut accusatiuos in *is* exeuntes, funditus delere studebat. Lectiones δ′2 uel δ2 uel z2 sunt ordinis primi, cf. quae supra p. XIII exposuimus.

d

Proxime codici δ cognatus et aetate paene par est codex d, multo quidem magis mancus, quam δ. d = Harleianus 2688 = nr. 30 catalogi Graeuiani, scriptus c. a. 900; 24 foliorum 0,319 × 0,256 m., 28 linearum in singulis paginis; imaginem uides apud Chatelain Ī tab. LXXXVIII = fol. 29 = epod. 17, 74 — carm. saec. 17. Continet nihil nisi epod. 8, 12—17, 81. carm. saec. epist. I 1, 1—102. 18, 47—II 2, 216. serm. I 1, 1—2, 65. Prorsus igitur deficiunt carmina et ars poetica et serm. liber secundus. Magna illa quae inter epist. I 1, 102 et 18, 47 conspicitur lacuna iam in ipso codicis d exemplari fuisse putanda est; nam post epist. I 1, 102 in eadem pagina (fol. 32r) sine hiatu epist. I 18, 47 sqq. secuntur, ibidemque in margine antiqua, sed altera manu scriptum est: *Quod deest quere in prima t̄ .... a p̄tore dati rerum tutela m .... quod sequitur pone in. b̄. īq .... hunc uerū scriptum ....* Cum diuersis aliis Latinorum auctorum fragmentis saec. VIIII — XI exaratis in unum uolumen conligatum esse constat per Wanleium. Alterius manus correcturas continet paene nullas, in hoc quidem abhorrens a libris δz. d ex δ descriptus esse nequit, quia in titulo quintae decimae epodi d *S* habet, δ *I;* illa autem unice uera est scriptura nec quisquam eam emendationem consulto factam esse contendere potest. Nec magis δ ex d descriptus esse potest, quia epod. 14 d in titulo exhibet *L*, quod quidem est falsum, δ recte *I,* quamquam codicis δ librarius earum litterarum quas hic descripsit minime intellexit sensum. Ergo nec d ex δ, nec δ ex d descriptum, sed utrumque codicem alterius tamquam fratrem habendum esse constat. Etiam d et δ saepenumero maiorem *N* inter ceteras minusculas quas dicunt litteras scribit et praepositionem et nomen in unam uocem conglutinat, cf. serm. I 1, 31: *ſeɴeſ ut inotia tuta receda Nſ*. carm. saec. 58 d solus ueram lectionem *neclecta* seruauit,

item epist. II 1, 265 *uoltu* (non *uultu*) in solis dzε inuenitur. Digna est etiam quae memoretur scriptura *alió* epod. 15, 23 (= aduerb.) in d.

z

z = Vossianus 21, saec. XII, cod. Leidensis 'ex Bibliotheca Viri Illust. Isaaci Vossii. 166', Bentlei Vossianus, oriundus e coenobio sancti Symphoriani Mediomatricensis, scriptus saeculo XII. *LIBER SCI SYMPHORIANI MR. // SI QVIS EVM ABSTVLERIT // ANETHEMA SIT.* Miniatoris quoque nomen comperimus ad c. IIII 13 in. (fol. 51r): '*Constantin' Mettensis*'.

Genuinus codex continet: carm. I 1, 1—III 29, 56. IIII 2, 54—15, 32. art. p. 1—336. 457—476. epod. c. s. epist. serm. I 1, 1—II 3, 22. 6, 92—8, 95. Hic quoque codex exhibet praepositiones cum nominibus coniunctas isdem locis, quibus codex originarius (δ‴) habuerat, ut epod. 15, 4 *Inuerba* δ, *Inuerba* d, *Inueba* (r suprascr.) z; similiter epod. 15, 12 *inflaco* δd *inflacco* zT. Quem maxima diligentia z ab exemplari descriptum esse saepe cognoscimus: carm. II 4, 21 *uultum* δ, *uoltum* z; hic igitur z uetustam formam accuratius seruauit quam δ; carm. I 31, 14 *at lanticum* z, *atlanticum* δ; δ′ *athlanticum* habuisse uidetur; epod. 12, 12 z recte testatur *rumpit*, δd falso *rupit*, T *rūpit*. Codex z ideo potissimum haud parui aestimandus est, quod paene integer admodum mancorum codicum δd Turic. multis locis supplementum praebet exoptatum. Sic supplentur carm. II 13, 5—II 16, 19 (ubi deficit δ); c. II 14, 5 inter uerae lectionis *trecenis* (pro plurimorum *tricenis*) testes paucissimos conspicitur z. Maxime notandae sunt etiam lectiones *optumus* s. I 5, 27 (z et Regin.) et *uetulam* c. III 15, 16 (cum R; *uetula* δ). Exemplar codicis z, quem quasi fratris filium fuisse librorum δ et d credimus, minusculis litteris exaratum erat, quare saepius commutantur *d* et *cl*; a. p. 237 *clauus* pro *dauus*, epist. II 1, 163 *sophodes* pro *sophocles* (quod etiam in dε1bLj1 reperitur); saepe confunduntur *a* et *u*, ut c. II 14, 1 *fagaces* (zpr.), uid. Epileg. ad h. l.

T

Turic. siue T est ea codicis Turicensis Carolini 6 pars, quae cum primo ordine non facit: carm. I 1, 1—11, 5 (21 linearum in singulis paginis). carm. IIII 4, 6—9, 32 (21 lin. in singulis paginis). c. IIII 11, 13—14, 32 (20 lin. in singulis paginis), deinde ars poetica (21 lin.), tum epodoe exceptis epod. 1, 19—9, 36 (20 lin.); etiam c. s. 1—20 (21—fin. deficiunt). Contra ea pars, quae primi ordinis est et olim ad codicem prorsus alium pertinebat, c. I 11, 6—III 27, 55, 23 uersus in singulis paginis habet. Hanc signauimus τ, alteram uero partem, quae III ordinis est, Tur. siue T.

T, cod. membran. saec. X, insignis est constantia, qua tertii ordinis indolem tuetur; c. IIII 5, 31 *uenit* pro *redit* δzT (d deficit). IIII 5, 37 *rex* pro *dux* dz T al. In discriptione classium T ordine suo semper enarrauimus.

In epodon libro per breue spatium codicem originalem uetustissimum familiae δ (= δ''') ex quattuor codicibus δ (c. a. 850) *d* (c. 850) *T* (saec. X) z (saec. XII) construi posse modo diximus. Cuius rei ut aliquot afferamus exempla, epodon uersus ultimus in δ''', quem saeculo V uel VI scriptum esse suspicamur, sic legebatur: *Plorem artis inte* (sic δdz Tur.) *nihil* (pro *nil*) *agentis exitum* (non *exitus*). epod. 15, 9 *agitarit* pro *agitaret* δ'''. epod. 15, 12 *uirium* pro *uiri* δ'''. epod. 16, 10 *rursum* δ'''. epod. 16, 30 *iunxerit* falso scriptum in δ'''. epod. 17, 62 *si* pro *sed* δ''' al. Illud quidem dolendum est, quod adeo reuerendae uetustatis codicem, si qualitatem lectiorum spectamus, magni aestimare non possumus.

Familia δ stultissimas lectiones exhibet multas, ut carm. I 7, 14 *pomeria* pro *pomaria*. c. I 11, 5 *qui* (δz Tur.) pro *quae* (propter peruersam constructionem). carm. I 13, 19 *diuolsusque prementibus* pro *diuolsus querimoniis*. c. II 12, 13. 23 *liciniae* pro *licymniae*. c. II 12, 21 *archimenes* pro *achaemenes* (librarius *Archimedem* somniasse uidetur). c. II 15, 12 *forma* pro *norma*. c. II 18, 36 *reuinxit* pro *reuexit*. c. III 4, 38 *redditis* pro *addidit*. c. III 4, 74 *partum fulmine luridum* absurde pro *partus f.l.* c. III 5, 37 *aptius* pro *inscius* (qua lectione Bentleius ad coniecturam faciendam abusus est). c. III 9, 9 *riget* pro *regit*. carm. III 13, 11 *sub uomere* pro *uomere*. III 16, 2 *uigilium* pro *uigilum*. c. III 20, 1 *tumultu* pro *periclo* (infeliciter correctum ex *periculo*). c. III 20, 5 *quae* pro *cum* (deletur '*cum*' ante indicatiuum). c. III 27, 4 *pesta* (*festa* π) pro *feta*. III 29, 60 *syriae* pro *tyriae*. IIII 2, 58 *orbem* pro *ortum* (etiam λ'). carm. IIII 3, 24 *spero* pro *spiro*. c. IIII 4, 16 *uidet* pro *uidit*. c. IIII 4, 66 *proruit* pro *proruet* (falso a Bentleio praelatum). c. IIII 5, 31 *uenit* pro *redit*. c. IIII 5, 37 *rex* pro *dux*. c. IIII 15, 11 *dimouitque* pro *emouitque*. epod. 15, 9 *agitarit* pro *agitaret*.

In hac sola familia seruatum est c. II 14, 5 *trecenis* pro *tricenis* (etiam in *Ac.*) in z (δd Tur. deficiunt). Dubiae sunt scripturae *uiunt* c. IIII 9, 11 (δ1). *tempestium* (δ'') epist. II 2, 142. *uium* δ1 (etiam λpr. u). Accedunt bonae et rarae lectiones *umeri* a. p. 40 (δ1 et Ra), *opstet* epist. II 2, 71 (δ et R), *uolgus* c. III 1, 1 (δzπ), aliae.

ϱ

Stirpibus δ''' et F cognatus est ϱ, codex admodum mancus = Parisinus 8072 membranaceus saec. X—XI, olim Thuaneus, 0,34 >< 0,26 m., foliorum 113, uersuum 35 in sing. pag. Desunt carm. I 1, 1—19, 9. II 5, 11—III 2, 18. epod. 4, 4—extr., carmen saeculare, sermones, epistulae, ars poetica. (c. IIII 6, 38 *nocte lucem*

δz Tur. Fϱ. IIII 7, 19 *herebis* δzϱ. c. IIII 5, 18 *nutritura* δz Tur. Fϱ. c. IIII 5, 7 *et* pro *it* δz Tur. F?ϱ. c. II 3, 5 *mestus* δz Fϱ. 11 *quid* Fzϱ. 13 *breues* δzFϱ. 22 *nichil* zFϱ. 28 *exitium* δzFϱ. *cumbae* δ1z1Fϱ1. II 4, 3 *breseis* δzFϱ. 16 *meret* δzFϱ. 18 *dilectam* δzFϱ. c. III 5, 43 *ab* δzFϱ. 47 *merentes* δzFϱ. 54 *disiudicata* δzFϱ. c. III 6, 1 *inmeritus* δzFϱ. 9 *mones ses* φϱ. 10 *non auspicatos* δzFϱ. *contulit* z1Fϱ. 22 *artubus* δzFϱ. 27 *inpermissa* δzFϱ. 36 *durum* Fϱ (*dirum* δz). 43 *bobus* δ1zFϱ. 45 *inminuit* zFϱ al.). Artis metricae quam ignarus fuerit auctor codicis ϱ, luculentum exemplum est, quod carmen III 6 addita stropha finali locupletauit ex carminis III 7 titulo consarcinata:

Consolatur puellam
De coniugis sui desiderio
Simulque monet ne alterius
Specie aut blandiciis capiatur.

Si tertii ordinis codices rariores essent, ϱ, quoad extat, ad restituendum hunc ordinem optime adhiberi posset; ceterum id quoque animaduertendum est, codicem ϱ inde a c. IIII 13, 17 (fol. 82^{v}) alia manu scriptum esse ibique primae classis, non iam tertiae, indolem exhibere sinceram; uide discr. classium.

ε

Familiae δ proxime cognati sunt codex ε et familia π. Adfinitatem inter codices ε et δ‴ maximam fuisse sumendum est; id quod quominus pluribus exemplis probetur, eo sane prohibemur, quod ε ualde lacunosus est. Illius rei testimonia habes absurdissimum uerborum ordinem epist. I 18, 92 in dzr; uariam lectionem *uoltu* in solis codicibus dzεG epist. II 1, 265; omissam praepositionem *cum* in δzε a. p. 145; *uulsos* pro *auulsos* zε (et f); omissum uersum 66 epist. I 6 in εpr. z1; epist. II 1, 38 *excludet* ε *excludit* z (pro *excludat*). Codicum δ‴ε exemplar non capitalibus litteris scriptum fuisse intellegimus ex hac lectione: *sophodes* epist. II 1, 163 in dzε1bL.

ε = Einsidlensis (Einsiedeln in der Schweiz) nr. 361 saec. Ẍ, admodum mancus, e librorum tegumentis resarcinatus a reuerendo O. S. B. patre Gallo Morell, qui scholae Einsidlensis rector diem supremum obiit. Folia oriuntur e coenobio s. Geroldi ad montem Arulam Tiroliensem sito. Si integer esset, fortasse optimus foret totius tertii ordinis liber; habet enim admodum bonas lectiones, ut *contracta* (non *contacta*) epist. II 2, 80, *nanctus* epist. I 15, 38, *fastidia* epist. I 10, 25, *illius* epist. I 18, 37 (non *ullius*), *apstemius* epist. I 12, 7 (solus), *aurīs* (solus) epist. I 13, 17. Notabilia uidentur etiam *riuo* pro = *riuom, riuum,* epist. I 14, 29 et a. poet. 141 *pos* pro *post.*

art. poet. 96 signum scholiastae (*ħ*) seruauit, quod haud scio

an lectionis *Thelephus* pro *Telephus* in FlβLσ causa fuerit. Item epist. I 16, 14 uariae lectionis *aptus et utilis* in Rπ'b ex codice ε originem optime intellegimus; in ε enim alterum *utilis* est omissum. Archetypus habuerat *utilis utilis.* Compluribus epistularum locis secundi ordinis lectiones exhibet inspersas alias probandas, alias improbandas, uide discript. class. epist. I 2, 31. 6, 51. 7, 55. 10, 25. 42. II 2, 80. 2, 112.

Lectiones singulares eaedemque falsae in ε (et y) sunt serm. II 5, 11 *aliquid* pro *aliud* et epist. I 18, 93 *uapores* pro *tepores.*

In sermonibus ε tantum non deficit, epodoe et carmen saeculare omnino desunt. Carminum nihil continet nisi c. IIII 11, 10—13, 27 et in hac ipsa particula uersus maximam partem mutilati sunt. In summa sunt folia 44, in singulis pag. uers. 21; 0,210$\times$0,183 m.; fragmenta ex carminibus, arte poetica, epistulis, sermonibus.

Familia Rπ.

Ad restituendum archetypi textum, praesertim cum antiquiores formas spectamus, codices Rπ cum affinibus maioris momenti sunt quam F$\delta'''\varepsilon$. Longe plurimum ualent ipsi R et π, quorum alter (R) ut puram ordinis indolem parum seruauit, ita ueteres ac bonas formas plures seruauit quam π, alter (π) tertii ordinis indolem optime praestat. Ambo codices ad unum exemplar uidentur esse referendi. Alteruter nono saeculo scriptus est, ipsum exemplar, ni fallimur, septimo uel octauo.

R

R = codex Suecouaticanus 1703, membranaceus, saeculo $\overline{\text{VIII}}$ pulcherrime scriptus, 0,245 $\times$ 0,175 m., foliorum 145, in singulis paginis uersuum 28. Continet carmina, artem poeticam, epodos, carmen saeculare, epistulas, serm. I 1, 1—II 1, 16; unde recentior manus incipit. Imaginem codicis habes apud Chatelain $\overline{\text{I}}$ p. 26 tab. LXXXVII = fol. 25^v = carm. II 11, 14—12, 16. Fuerat olim monasterii ss. Petri et Pauli apostolorum Wisenburgensis (Weissenburg im Elsass), unde in bibliothecam priuatam Christinae Suecorum reginae uenit, regis Gustaui Adolfi filiae, quae catholicam fidem amplexa libros suos pontifici maximo testamento legauit.

Aliquot partes dictatae sunt (cf. epod. 12, 9: *nequilli* pro *neque illi*). Exemplar erat semunciale: saepe enim mutantur *ſ* et *r, d* et *cl* (*damor* R ante ras. c. III 24, 46). Multae sunt *I* maiores in initio uocum: *Iocoso, Inbuit, Inmare, Imperitare, Iapix.* Littera *a* saepe aperta est. Praepositiones cum nominibus saepissime in singulas uoces coaluerunt. Foliorum pars altera manu exarata est, cf. Epileg. ad serm. I 3, 45. sed haec quoque ex R1 descripta esse uidentur; l. l. legitur *parus* = *paruos* R, *paruos* B.

Permultas reperimus correcturas altera manu additas, partim

uiliores, partim memorabiles: ut epod. 1, 3 pro *caesaris* R2 emendauit *caesari,* quod quidem nostra aetate coniecerunt Bothe et Peerlkamp. Quid quod etiam tertiae manus deprehendimus correcturas, ut c. III 7, 23 *enipheus* R3. a. p. 114 *diuos* R1 *dauos* R2 *dauus* R3. Hae correcturae ex stirpe u′ originem ducunt.

Ubicumque prima, idest ipsius scribentis manus aliquid correxit, ea emendatio ueram lectionem fontis codicis R (R′) repraesentat, uide Epileg. ad epist. I 17, 31. Aliquotiens uero, quae prima fuerit lectio, uix potest indagari. Archaicas formas fere ubique aut erasas aut alio modo medio aeuo uidemus esse deletas.

Mirum quantum R1 uetustiorum formarum numerum optime conseruauit: *aruom, alioqui, apsumet, aequos, aequom, bracchia, cnidi, cnidius, cnosii, cumbae, coerces, conopium, deciens, dero, dest, dissupare, delmatico, diuŏs, ⟨e⟩quŏs, faenore, faenerator, fuluŏs, glaebas, hadria, inritat, intumo, l⟨a⟩euom, larisae, lacrumosa, leto, mesall⟨a⟩e, nanctae, nanctus, neclegens, neclecti, neruŏs, obliquom, optume, opstrepit, opstaret, opstat, paenitet, paelignas, paelicem, paelice, pompei, porsinae, perierati, praegnas, pinnis, postos, querqueta, querellas, riuŏs, riuom, scaenae, seruŏs, saeculo, scorpios, tricensima, uergilius, uergilium, uergili, umor, umerus, uoltis, uoluere. Veniast, ultrast, uenast, periculumst, puellast, falernist, mendosast, benest, mest, temerest. Aurīs, aequalīs, absentīs, breuīs, crinīs, cessantīs, dementīs, ferocīs, fulgentīs, febrīs, fustīs, ignīs, insignīs, imparīs, imbrīs, labantīs, mollīs, nouendialīs, obstantīs, omnīs, ouīs, potentīs, partīs, popularis, plurīs, renidentīs, rudentīs, syrtīs, stabilīs, securīs, trabalīs, turrīs, timentīs, tigrīs, uelocīs, uirīs, uitīs,* alia. Hae omnes formae optimae cum multis aliis integrae fuerunt in exemplari ordinis R, omnes traditae sunt in R1. At inueniuntur etiam dubia, ut *rutundioribus, retrosum, sinistrosum, prosus, mers, lans, pate fecit, ikari, ikariis, inbuit, feliciorīs, quodquod, gigans, laumedon, luctuossae, famossis, noum, urguet, urgues, karthaginis, kare, quincti* (epist. I 16, 1), *permunxerunt* pro *perminxerunt, excussatus.*

Profecto is, cui codicis R recensio debetur, uetustas formas summopere curauit tuendas; multae formae ut rariores, ita Horatiano aeuo congruae sola ipsius opera factum est ut ad nos peruenirent.

Aliae quoque quaedam res, quae ad morphologiam uel orthographiam minime pertinent, dignae sunt quae memorentur, ut *nireus* c. III 20, 15. *nirea* epod. 15, 22. Item serm. I 4, 39 uera lectio *poetis* in solis R1 et Acr. *v* extat et epod. 17, 42 *uicem* in solis RMAc.

Recensio R similis fuisse uidetur illi, ex qua iam Nonius ueteris sermonis exempla hausit: c. I 18, 5 *militiem* R1 et Nonius.

Iusta ordinis indoles in codice R eo corrupta est, quod a codice quodam antiquissimo, qui libro A′ in epistulis potissimum affinis erat, permultas primi ordinis lectiones mutuatus est, ita ut

inter primum ac tertium ordinem perpetuo fluctuet, magis autem cum tertio consentiat quam cum primo. Quid quod inueniuntur etiam loci paucissimi, ubi liber R aduersante π secundi ordinis lectionem in textum suum recepit: c. III 4, 10 *pulliae.* c. III 27, 55 *defluit.* epist. II 1, 16 *numen.* Cod. π aduersante codice R, si excipitur c. III 14, 6 *sacris,* nulla secundi ordinis lectione uidetur corruptus esse. Ceterum etiam in L aliquot huius generis lectiones occurrunt: s. I 10, 68 *dilatus.* II 7, 48 *incendit.* II 8, 70 *pueri recte.*

π

π = codex Parisinus 10310 membr. saec. VIIII—X, olim ecclesiae cathedralis Augustodunensis[1]), postea in seminario Augustodunensi (Autun), 0,25 × 0,235 m., foliorum 135, uersuum 24 in singulis paginis. Continet carmina, artem poeticam, epodos, carmen saeculare, epistulas, serm. I 1, 1—2, 70; reliqua desunt. Imaginem habes apud Chatelain I tab. LXXXVI = fol. 22 = c. II 1, 31—2, 12.

Codex π non dictatus est, unde fit, ut recte scriptum sit *agyieu* (cum a Pph.) c. IIII 6, 28; recte etiam *lacęnę* c. IIII 9, 16 (cum ceteri omnes exhibeant *lacenae, lacene, lacena*). c. II 14, 8 *geryonem.* c. III 5, 56 *lacedaemonium.* Itaque nescimus an recipiendum sit *opscenum* s. I 2, 26.

Nonnullis locis uerae uocabulorum formae solo π seruatae sunt: epod. 7, 4 *fusumst.* epod. 3, 10 *miratast.* c. I 28, 15 *omnīs.* c. II 13, 35 *aurīs* (fortasse etiam ψ pr.). c. I 9, 11 *deplīantīs.* c. III 1, 27 *seuŏs.* c. IIII 2, 31 *paruŏs.* epist. I 3, 21 *paruŏm.* epist. II 1, 148 *saeuŏs* (etiam Pph.). epist. II 2, 21 *saeuŏs.* Notabilia etiam a. p. 414 *astinuit* π (ortum ex *apstinuit*); testimonium lectionis *trecenis* c. II 14, 5, latens in uocibus mendosis *non sit recens* = *non si trecenis;* c. III 21, 19 *pos te* (π1 cum ψpr. z1bpr.).

Saepissime in tradendis formis antiquioribus congruunt π et R, ut epod. 12, 19 *neruos* R1π1. Huiusmodi exempla extant innumera. Item libris δ et π communes lectiones adeo multae sunt, ut eundem originem liceat suspicari.[2]). Cuius rei documento etiam id est, quod in carm. II 8 titulo π scribit: INMERE
TRI//CE.

δ nihil habet nisi INMERE, reliquam partem omisit.

L

L est = Lipsiensis, bibliothecae senatoriae reposit. I 4. 38, saec. X; codex membranaceus, integer ac pulchre scriptus. Cum

1) Hoc sagaciter inuestigauit Chatelain.

2) Paene omnes illae stultissimae lectiones, quas p. LX enumerauimus, non solum in δ, sed etiam in π reperiuntur, cf. discript. classium.

libro π tam saepe congruit, ut π′ = Lπ construi possit, codex ni fallor saeculi octaui. Quotiens L et π inter se conueniunt, tertii ordinis sunt; sin diuersa secuntur, L cum primo ordine facere solet. π igitur maioris momenti est, quia classis indolem melius seruauit; accedit quod orthographicarum q. u. rerum multo maiorem codici π debemus numerum quam L.

L continet carmina, artem poeticam, epodos, carmen saeculare, epistulas, sermones (‘*Oracius flaccus libertino patre natus*’ etc.); est foliorum 115; 0,24 >< 0,16 m; uersuum in singulis paginis 34. Primum folium deest; L incipit a c. I 2, 38. In fronte scriptum est: EGO SUM RADY/

Neumae inueniuntur fol. 1ᵛ et 10ᵛ. Quaternio $\overline{\text{VI}}$ = carm. IIII 8 — a. p. 263 altera manu et nigriore atramento scriptus est. Ectypum scripturae habes apud Chatelain I tab. LXXXVI = fol. 34 = c. III 28, 9—29, 25. Vide etiam Kirchneri nouas quaestiones Hor. tab. I 2 = serm. I 4, 1—8.

Codex L magnam partem dictatus est, quare caue ne nimio pluris aestimes quod solum in L traditum est *opscurus* c. I 34, 14 et II 5, 23 (L1); nam tamquam in altera lance impositas habemus scripturas *alphyus* epod. 2, 67 L pro *alfius;* c. I 8, 10 *iestat* pro *gestat* (L pr.); c. I 18, 13 *tiuum* pro *diuum;* c. II 4, 3 *priseis* pro *briseis;* c. II 1, 10 *puplicus* (L pr.); c. III 24, 42 et IIII 12, 7 *obbrobrium* (L); c. I 19, 12 *adtinet* (L1), quod quidem certissime damnandum est; c. III 4, 30 *bosforum* (etiam δrσ).

Minusculo q. u. scribendi genere illum usum esse, qui codicis L exemplar exarauit, compluribus locis docemur ut epist. I 16, 36: *damet;* 59: *dare* (pro *clare*); II 1, 163: *sophodes.*

Illud uero potissimum in cod. L magni aestimandum est, quod uix aliunde melius intellegitur, quomodo ex archetypi scriptura tertii ordinis falsae lectiones euaserint:

c. III 14, 8 *uitta* (archetypus)
uita LrRλ′
tuta Fπϱp.

c. IIII 2, 6 *Quem super notas aluere ripas* (archetypus)
Quem super notas saluere ripas L (uerba auribus male percepta)
Cum super notas saluere ripas F
Cum super notas saliere ripas δπ.

c. IIII 15, 11 *Iniecit emouitque culpas* (archetypus)
Iniecit demouitque culpas L (parum acute auditum)
Iniecit dimouitque culpas δzFπrα′σ′
Iniecit domuitque culpas u′.

cf. etiam epod. 2, 23 *sub antiqua ilice* (archetypus)
sub aliqua ilice Lrb
sub alta ilice C.

serm. II 3, 21 *uafer* (archetypus)
fafer L (parum acute auditum)
faber Fλ′rβ′.
serm. II 3, 41 *si erit* (archetypus)
siri& (ortum ex *si&* ^{ri}) L
siet Fλ′.
serm. II 5, 87 *elabi* (archetypus)
et labi L et l
et abi F.
serm. II 7, 79 *uti mos* (archetypus)
ut mos L
ut est mos Fλ.
a. p. 339 *poscat* (archetypus)
poscet Lr
posset Fδ.

Volgaris sermonis formae hic illic in L occurrunt: s. II 8, 26 *mostraret* L. c. III 13, 8 *soboles.* c. III 4, 80 et IIII 7, 28 *perithous.* c. IIII 14, 21 *pliadum.* epod. 1, 6 *iocunda.* epist. I 6, 20 *gnauus* (Lvλ2). epist. I 18, 69 *percunctatorem.*

Inmensus lectionum numerus codicibus L et r communes sunt. Quin etiam cod. r artiore propinquitatis uinculo cum L iunctus esse uidetur quam π, ita ut codicem L′ = Lr facile licuerit construere. Vt unum afferamus exemplum: a. p. 302 Lr *purger* praebent pro *purgor;* idem nostra aetate coniecit Peerlkamp.

r

Codices πLr arte inter se conexi sunt. Originarius librorum π′r codex lectionem habuit *danus* pro *daunus* c. III 30, 11. *Dani* autem primum memorantur a Iordane Get. 3, 23 (a. 551).

r = codex Parisinus 9345 membranaceus saec. XI, oriundus Erphesphurto (Erfurt), continet Horatium, abacum, Persium, Iuuenalem (hunc quidem proprie recensitum cum subscriptione singulari), Seruiolum[1]), Terentium. 0,425 × 0,325 m., in sing. pag. uers. 34. Ad Horatium pertinent haec (= fol. 1^{v}—94^{r}): uitae Horatianae, Diomedes armaticus (lege grammaticus) super metra Oratii, carmina, ars poetica, epodoe, carmen saeculare, epistulae, sermones. Continet etiam scholia Pseudacroniana eiusdem recensionis quae est in γv. uide R. Kukula, de tribus Pseudacronianorum scholiorum recensionibus.

Posteriore tempore eum exaratum esse quam L non solum ex litterarum forma intellegitur, sed etiam e quibusdam uariis

1) Seruiolus auctor est regularum de quantitate, quae in Basiliensi bibliotheca reperiuntur in cod. membr. E III, 7: 'Seruioli regulae grammaticales' (Haenel p. 521).

lectionibus ut s. II 2, 102: *quo sumere* L, *quod sumere* r, *quo insumere* archetypus; in u legitur *quo uincere.*

r non minus quam L ex libro minusculis litteris picto descriptus est: s. I 5, 47 inuenimus *ditellas* pro *clitellas.* s. II 7, 46 *clauum* pro *dauum.* s. II 2, 6 *addinis* pro *adclinis.* Medium aeuum redolent hae lectiones: epist. II 1, 173 *dorsennus* (rv). s. I 5, 36 *batillum* (rσ corr.). s. II 4, 57 *quatinus* (rβj). c. III 14, 22 *myrreum* (rvα).

At uno quidem loco, in altera illa secundi sermonum libri parte, ubi plerique boni codices deficiunt, r solus ueram uocabuli formam nobis tradidit, *uoltum* inquam s. II 5, 104. Praeterea duobus locis simul cum σ′ (= σx) singularem eamque, ni fallimur, ueram lectionem testatur: s. II 5, 78 *nequiere* (rσ′vMαc) et s. I 1, 81 *adfixit* (rσ′v uar.).

Cheltenhamensis.

Porro familiae Rπ adnumerandus est codex Cheltenhamensis Phillippsianus 16392 membranaceus saec. X. Intercedente Augusto Wilmanns summo bibliothecae regiae Berolinensis praefecto T. Fitz Roy Fenwick uir reuerendissimus, qua excellere solet beniuolentia, carminum epodonque aliquot locis diligentissime inspectis has nobiscum communicauit lectiones: c. III 6, 10 *non auspicatos* (cum Rπ); III 14, 6 *operata diuis* (cum Rπ); c. III 24, 4 *publicum* (cum Rπ); c. IIII 6, 10 *inpulsa* (cum Rπ); c. IIII 8, 15 *celeres fugae* (cum Rπ); c. IIII 9, 52 *perire* (cum Rπ); c. IIII 13, 14 *cari* (cum Rπ); c. IIII 14, 5 *sol* (cum Rπ), epod. 16, 65 *aere* (cum Rπ). Raro inspersas adgnoscimus lectiones Mauortianas ut c. III 3, 17 *eloquuta;* epod. 5, 15 *illigata.* At folium illud, ubi subscriptio Mauortiana iamnunc extat, ad iustum codicem non pertinet; ergo Cheltenhamensem excludere debemus ex Mauortianorum codicum serie; est potius stirpis Rπ.

Praeter hunc librum bibliotheca Phillippsiana duos alios continet codices Horatianos: nr. 15363 (Horatii opera) saec. X et nr. 18844 saec. X (carm., epod., c. s.). Hic codex idem esse uidetur, qui in auctione Libri quondam ueniit: tum quidem signatus erat nr. 285 foliorum 72 saec. VIIII.

α

Libris Lr et σ′u′ affinis est codex α = Halensis Yg. 21. 0,32 × 0,26 m. fol. 63 uers. 31; scriptus circa 1050—1100. Cum aliis indiciis, tum littera *N* frequenter usurpata ante XII saeculum exaratum eum esse probatur; multae quoque abbreuiationes uidentur exeuntis saeculi XI esse. Per Gottholdum Heine Barcinone (Barcelona)

emptus et Halas Saxonum (Halle) transportatus est, ubi nunc in uniuersitatis bibliotheca adseruatur. Hic solus Hispanorum Horati codicum usque ad hunc diem publici iuris factus est nec quisquam ex Hiberico quodam coenobio oriundum eum esse negauerit. Cum aliis proprietatibus conspicuus est, tum quod una eademque abbreuiatio usurpatur pro *in* et *im*, item pro *con* et *com*. Miro errore scribitur etiam *yhode* pro *rhode* c. III 19, 27, quod quidem natum est ex *ṙhode*, cf. Hageni gradum ad criticen 58.

Originarium codicem minusculis litteris pictum fuisse efficitur epist. I 14, 16, ubi legitur *fas* pro *scis*. Quam diligenter librarius munere suo functus sit, intellegimus ex epod. 15, 23 (*he heu* pro *heuheu*, ortum ex *heuheu*). Codex ipse bene conseruatus omnia Horatiana continet: c., a. p., epod., c. s., epist., serm., tantummodo sub finem epodon ordine aliquantulum turbato: epod. 1, 1—16, 61. 17, 1—17, 8. 17, 81. 17, 9—17, 80. 16, 62—16, 66.

α′ (αb)

Codici α adfinitate coniunctus apparet cod. b, ita ut ex α + b archetypus α′ cum aliis plurimis locis, tum in carminibus et epodis possit restitui, sed nec ante a. 900 uidetur esse conscriptus nec ad rem criticam faciendam maioris momenti est. Omnium primus cod. α′ exhibet recentem scripturam *poenitet* epod. 11, 8 et infelicem coniecturam *uestigia* pro *fastidia* (uar. *fastigia*) epist. I 10, 25. Vt magnus codicum α et b consensus facilius perspiciatur, documento utamur epod. 16 et 17: epod. 16, 4 *porsennę* α′. 8 *abominatus* α′. 14 *uideri* α′. 18 *execrata* α′. 29 *apenninus* α′. 33 *flauos* α′. 36 *omnes* α′. 37 *expers* α′. 51 *ouile* α′. 52 *nec* α′. 59 *sydonii* α′. 65 *aere. dehinc* α′. 17, 5 *defixa* α′. 17 *circa* α′. *tunc* α′. 18 *relapsus* α′. 22 *reliquid* α′. 47 *neque* α′. 53 nullum interuallum α′. 60 *proderit* α′. 64 *doloribus* α′. 72 *innectes* α′. 80 *poculum* α′. 81 *nihil* (*nichil* b) *arentis exitum* α′. Praeterea b 17, 11 exhibet *unxere* (α *luxere*). 17, 22 *amicta* (α *amica*). 17, 33 *uirens* b (αb2 *urens*). 17, 40 *sonare* b (α *sonari*). 17, 57 *sacra* b (*sacrum* αb2 uar.). 17, 62 *si* b (*sed* αb2 uar.). 17, 67 *alite* b (*aliti* αb2 uar.).

Eundem horum codicum esse fontem nemo non uidet, in b autem tertiae classis indolem puriorem manifestari. Codex α igitur in uiliorum codicum numero ponendus est, b ad restituendam $\overline{\text{III}}$ classem bene adhiberi potest eaque de causa in classium discriptione constanter memoratur.

b

b = Bambergensis nr. K2 (M IV 7) codex membranaceus saeculi $\overline{\text{X}}$, olim ‘in sacramentario Ratoldi Corb. nr. 587’, unde in bibliothecam capitularii Bambergensem uenit. 131 fol., 24 uers. in

singulis paginis; 0,285×0,215 m. Oriundus est ex Benedictinorum monasterio Corbeiensi (Corbie), quod situm est in Picardia. Sicut α etiam b, quamquam minus saepe, primi ordinis lectionibus deformatus est; idem tralaticia primi ordinis scholia — schol. Γ et gloss. Γ — continet, intermixtis quibusdam recentibus ac uilibus notis, ut c. III 19, 11 gloss. b: '*munere* (pro *murenae*)] *amore.*' Vt iam casu ualde mutilus est, ita eum in usum Delphini ut dicunt ex industria detruncantium perpessum esse uidemus iniurias, uide Epileg. ad c. III 6, 22. Hodie supersunt haec: c. II 9, 12—18, 26. III 1, 20—6, 14. 7, 14—IIII 1, 24. IIII 4, 39—a. p. 236. a. p. 334 — epod. fin. c. s. Sequitur altera codicis pars, non eadem manu qua prior scripta: s. I 1, 1—6, 79. 126—II 1, 23. II 1, 72—II 6, 80. epist. I 1, 1—II 1, 37. 51—61. (75—122 ab alio addita). 123—216. Descriptus est ex codice minusculis litteris exarato (c. II 18, 8 *dientes* b1 pro *clientes.* c. IIII 8, 23 *tatiturnitas*) et a monacho, qui $v = f$ pronuntiare solebat (c. IIII 11, 21 *te leuum* b1 pro *telephum*). Quam arta sit inter b et Rπ' cognatio, cum ex permultis locis, tum ex epist. II 2, 27 colligere licet: hic enim in Rπ'b uoces *dum noctu* omittuntur. Solus b seruauit notabilem scripturam *opstrepit* epod. 2, 27, quam quidem in archetypo tertii ordinis intactam fuisse suspicamur. s. II 3, 108 eodem libro b optime edocemur, quemadmodum ex archetypi lectione plurimorum tertii ordinis codicum ortum sit mendum. Legitur enim in archetypo *istis*
in b *isti*
in F$\lambda'\nu\beta$ *iste.*

ζ

Inter $\overline{\text{I}}$ et $\overline{\text{III}}$ ordinem fluctuat etiam fragmentum ζ = Parisinus Lat. membran. 10401 saec. $\overline{\text{XIII}}$. Continet cum alia fragmenta (fol. 13—34^v) ex uariis codicibus Horatianis, tum (fol. 35^r—43^v) s. I 8, 48—II 3, 317. In singulis paginis sunt 40 uersus. Olim erat in bibliotheca Nicotiana, signatus nr. 80. Multas huius fragmenti lectiones notauimus in discriptione classium.

β''

Sicut RLr$\alpha\zeta$ inter primam et tertiam classem fluctuat etiam codex β'' idest codex archetypus librorum βfh, uetustatis haud sane spernendae (saec. $\overline{\text{IX}}$).

Et primae quidem classis proprias lectiones cum alibi, tum hisce exhibet carm. et epod. locis: c. II 3, 11 *quo.* c. II 13, 38 *laborum.* c. III 1, 43 sq. *falernae uites.* c. III 5, 43 *a se.* c. III 10, 18 *animo.* c. III 21, 19 *nec.* c. III 27, 48 *tauri.* c. IIII 9, 19 *nec.* c. IIII 9, 20 *ue.* c. IIII 14, 28 *meditatur.* epod. 14, 15 *neque.* epod. 17, 17 *tum.* epod. 17, 40 *sonari.* c. s. 23 *tociensque.*

Cum classe tertia familiaque Fλ' codex β'' facit c. I 7, 15 unde nouum carmen incipit apposito hoc titulo: *AD PLANCVM HORTATIO AD BENE VIVENDVM.* c. I 18, 5 *increpat.* c. I 25, 5 *faciles.* c. I 28, 3 *litus.* c. I 31, 11 *cululis.* c. I 32, 1 *poscimur.* c. I 35, 17 *saeua* uel *seua.* c. II 13, 8 *colchica.* c. II 18, 8 *clientes.* c. II 18, 36 *reuinxit.* c. II 20, 13 *ocior* uel *otior.* c. III 4, 14 *acheruntiae.* c. III 9, 9 *riget.* c. III 30, 12 *regnator.* c. IIII 7, 17 *uitae.* c. IIII 7, 19 *herebis.* epod. 1, 10 *quem.* epod. 5, 1 *regis.* epod. 5, 21 *colchos* (fh) uel *cholcos* (β). epod. 5, 34 *inmemori.* epod. 6, 3 *uerte.* epod. 6, 4 *pete.* epod. 6, 5 *lacon.* epod. 14, 3 *uti,* gloss. *ueluti.* epod. 17, 5 *defixa.* epod. 17, 17 *circe* uel *circæ.* Ex dactylicis carminibus satis erit memorasse interpolationem illam magnam ante serm. I 10 adsutam.

Vnde efficitur codicem β'' magis cum tertia quam cum prima classe congruere. Permultis uero locis eas praebet lectiones, quae ut primae et tertiae classi communes sunt, ita non reperiuntur in secunda.

Quod ad scribendi rationem attinet, memoramus c. II 1, 16 *dalmatico* pro *delmatico.* c. II 3, 28 *cymbae* pro *cumbae.* c. II 9, 16 *frigiae* pro *phrygiae.* c. III 16, 41 *halyattici.* c. IIII 3, 14 *soboles.* c. IIII 7, 26 *hypolitum.* epod. 2, 55 *iocundior.* epod. 5, 52 *archana.* epod. 9, 25 *kartaginem.* epod. 12, 18 *chous.* Nec magis Horati aetatem sapiunt formae *tegmessae* c. II 4, 6, *gnidius* c. II 5, 20, *herum* c. II 18, 32 similia. β'' uetustissimus liber est ubi has uidemus lectiones prauiores: *letas* (*laetas*) pro *lectas* c. s. 6. *relegit* pro *redegit* epod. 2, 69. *corruget* pro *conruget* epist. I 5, 23 *importes* pro *inportes* epist. I 13, 5. *puteosque* pro *puteosne* epist. I 15, 15. *rationibus* pro *monitoribus* epist. II 2, 154. *plausoris* pro *plosoris* a. p. 154. Neminem igitur fugiet eiusmodi librum, quamquam ni fallor iam nono saeculo exaratum, tam parui esse pendendum, ut nulla ei tribuatur auctoritas ad uerum Horati contextum restituendum; nihil aliud esse β'' quam affinem familiae Fλ, cum aliis, tum iis uariis lectionibus immutatum, quae oriundae sunt a classe prima.

Iam uero describere libet tres illos codices βfh, ex quorum congruis lectionibus construere licuit librum originarium β''.

β

β = codex Bernensis 21 membranaceus, olim Bongarsianus, antea Petri Danielis Aurelianensis; ultimo enim folio scriptum est: „*Pour Mon^s Daniel aduocat A Ort*" (= *Orléans*). Inde a saec. XIII usque ad saec. XV hic liber fuit in abbatia sancti Dionysii (S. Denys) cf. Delisle cat. des mss. I 203—204. Chatelain, revue de philologie XII (1888) p. 18. Habet folia 123, 0,39 $\times$ 0,29 m., saec. X scripta eademque fere scholia continet quae Fλ.

Librorum ordo hic est: carm., a. p., epod., c. s., epist., serm.; sex ultimi sermonum uersus desunt.

f

Codici β proxime cognatus est liber membr. f = Franekeranus, nunc Leeuwardensis 45, olim Genauensis, pridem Cluniacensis, saec. XI uel XII, foliorum 112, 32 uel 35 uersuum in singulis paginis, 0,375 × 0,238 m. Exhibet interpretationes schol. Γ. Cod. f Geneuae (Genf) emptus est III Id. Nouembres 1628 a Roberto Koenigsmann — sic legitur fol. 1r. Huc autem per Hugenotos transportatus erat, qui permultos libros manu scriptos Cluniaco (Clugny) secum auexerant, uid. voyage litteraire de deux religieux Benedictins de la Congregation de Saint Maur, Paris 1717, I p. 227 sq.: '*Dans la bibliotheque (de Cluny) on voit encore un assez bon nombre de manuscrits, beaux et anciens, mais qui ne font qu'une bien petite partie de ceux qui y étoient autrefois, dont on a encore le catalogue ecrit il y a cinq ou six cens ans, sur de grandes tablettes, qu'on ferme comme un livre. On dit que les Huguenots les ont emportez à Genéve, et que c'est ce qui enrichit aujourd'hui la bibliotheque publique de celle ville.*' Cluniaci autem complures Horatianos codices satis uetustos extitisse scimus ex catalogo Cluniacensi inter a. 1158 et 1161 scripto, ubi (in cod. Paris. 13071, uide Delisle, cabinet II p. 479. 480) legitur: '*nr. 532: uolumen in quo continetur Horatius totus*' et '*nr. 546: uolumen in quo continetur Horatius totus.*'

Atqui cod. f reuera continet totum Horatium: carm., epod., carm. saec., a. p., serm., epist. Notae musicae reperiuntur c. I 33, 1—4 et epod. 2, 2. 3. Item ad c. I 33 adscriptas notas inuenimus in codice Horatiano Parisino 7979 = Colbertino 1723 = Regio 5079 saec. XIII; ibidem sunt notae musicae adpictae ad c. I 1. 3. 5. 15. 25. III 9. 12. 13.

Libri βf, itaque etiam codex originarius β′, paene nihil faciunt ad rem criticam, nisi cum aliis iisque melioribus codicibus consentiunt. Pariter ab archetypi scriptura atque a uera Horati consuetudine abhorret scriptura *inpiae* c. I 3, 23 (β). *inperium* c. III 1, 6 (β). *conparis* c. II 5, 2 (β). *impeius* epist. II 1, 265 (β). Item in codice f prauissime scribitur *apposcere* pro *adposcere* epist. II 2, 100. *acquirere* pro *adquirere* a. p. 55. Falsissimam lectionem eamque singularem exhibet β′ s. II 8, 43: *heros* pro *erus*. Vno loco β′ cum R1 ueram archetypi scripturam seruauit, epist. II 1, 247: *uergilius*. Semel β et u soli ueram praebent lectionem Horatianam, s. II 1, 31 *cesserat* pro *gesserat*. Contra s. I 2, 18 perperam exhibent β′u′ *in se* pro *ipse*. f uere Horatianam formam *aequalīs* testatur c. I 8, 6. Idem f solus hic illic consentit cum u′ (u uel v): s. II 5, 11 *primum* pro *priuum* (fv). s. II 2, 41

quoquite (fv). s. II 2, 57 *quinquennas* (fu). s. I 6, 42 *plaustra* (fu′). s. II 2, 99 *aes* pro *as* (f cons. u). s. II 2, 118 *at* pro *ac* (fu). f2 consentit cum v epod. 16, 6: *allobro[s]* f *allobros* v. Fol. 3r in f scriptum est *Ant. Molinius* ////

h

De codice h eiusque cum codice γ necessitudine iam supra, cum de prima classe loqueremur, disseruimus. Affinem fuisse quodammodo familiae u′ compluribus lectionibus euincitur ut a. p. 304 *sed ego* h pro *ergo; ego sed* u′. s. II 7, 14 *uortumnis* (hv). epist. I 1, 24 *gnauiter* (hv). epod. 14, 3 *ueluti* pro *ut si* (hv). epist. II 2, 170 *assita* pro *adsita* (hv). epist. II 1, 48 *ad* pro *in* (hv). epist. II 1, 167 *in scriptis* (hv). carm. I 12 in prima stropha h facit cum classe prima, in sequentibus cum u′ et b: hoc quidem mihi notatione uidetur dignissimum.

p

Inter primam classem et tertiam fluctuare uidemus etiam cod. p; hic illic utriusque classis lectiones in hoc libro leguntur, una in ipso contextu, altera supra uersum posita, ut c. I 18, 5 *crepat* p in contextu, *increpat* p uar. Cod. p est Paris. 8214 nitide scriptus saec. XI olim Colbertinus 4104. Picta est in hoc libro figura militis saeculi undecimi, cf. Hefner-Alteneck, Trachten des christl. Mittelalters I tab. 33. 65. 12, inprimis tab. 65. Congruunt cum illa pictura uestis armaque militis cuiusdam qualia in celebri opere musaico Gereonensi (S. Gereon) apud Colonienses expressa sunt, uide ausm Werth, Festschrift des Vereins der Alterthumsfreunde im Rheinlande 1872/73 tab. I nr. 10 et text. p. 7. Praeterea cf. Weiss, Kostümkunde des Mittelalters p. 522. 628 sqq.

p est cod. membran. 0,232 × 0,148 m., foliorum 129, uersuum 34 in singulis columnis. Nonnullis locis huius codicis auctoritate uti licet ad confirmandas aut primae aut tertiae classis lectiones; qua de causa et in editionibus nostris et in epilegomenis aliquotiens eius fecimus mentionem. Praeter multa folia, quae excisa sunt, cod. p uniuersum continet Horatium hoc ordine dispositum: carm., epod., c. s., a. p., epist., serm., item scholia marginalia et glossas interlinearias, expositionem metricam et uitam Horati Suetonianam. Fol. 83r rubro colore scriptum est: *Orac̄ Flacci eplarū lib. II. expt. Incip̄ ſermonū lib̄.*“ Infra nigro atramento a manu saeculi XI uel XII haec uerba addita sunt: ‘*Pene tertia pars deē in hoc libro.*’ Cod. p continet etiam auctoris ad Herennium librum I.

t

Item inter primam classem et tertiam fluctuat cod. t = Parisinus membran. 8219 saec. XIII—XIIII, olim Ludouici de Targny.

Sunt folia 64, uersus 36 in singulis paginis. Continet c. I 1, 1 — I 24, 6. II 8, 15 — epod. fin., c. s., a. p., s. I 1, 1 — I 9, 17. Ars poetica et in initio et in fine '*liber poeterie*' appellatur. Notanda uidetur rara lectio '*em*' pro '*eu*' a. p. 328, unde affinem esse apparet codicem t cum libris Rπ.

u′

Singularem locum inter libros Horatianos tenet stirps u′: quo siglo notauimus lectiones communes codicum u et v. Hoc archetypon u′ fuit classis tertiae multis secundae classis scripturis admixtis et propriis coniecturis.

u

u = codex Parisinus 7973 saec. $\overline{\text{VIIII}}$—$\overline{\text{X}}$, 0,259 × 0,201 m., olim Floriacensis, foliorum 88, uersuum 31—33 in singulis paginis, adscriptis gloss. Fλ. Fuit olim Petri Danielis (Daniel) Aurelianensis (Orléans), qui uixit inde ab anno 1530—1603; fungebatur munere aduocati Aurelianensis et 'bailli de la justice de Fleuri.'[1] Post eius obitum fuit in celeberrima bibliotheca Bongarsi[2], postea in Colbertina. Scriptus autem erat Floriaci apud Benedictinos (Fleury siue S. Benoist-sur-Loire): in prima pagina enim, ut Dorez intellexit, Stephani Baluzii manu adnotatum est '*S. Benoist*'. Anno 1562, cum cardinalis Odet de Coligny episcopus Bellouacensis (Beauvais) Floriacensium monasterium uastaret, Petrus Daniel haud paruam codicum manu scriptorum copiam inde abduxit. Francogallicae gentis librarium u fuisse ex multis indiciis apparet, ut ex scriptura *quantus* pro *cantus* c. s. 22 et *sancto* pro *xantho* c. IIII 6, 26. Quibus mendis etiam edocemur partes quasdam codicis u scribenti dictatas esse. Horati opera in u hoc ordine tradita sunt: carm., epod., carm. saec., serm. I 1, 1 — II 2, 131. Inde a c. III 1 usque ad finem carm. saec. nouam codicis u collationem eamque diligentissimam fecit nobisque humanissime transmisit uir doctissimus Henricus Lebègue Parisinus; item Ludouicus Duvau amicissimus Leoque Dorez Parisini et huius codicis et aliorum suorum librorum aliquot locos, sicubi quidam scrupulus restabat, identidem inspicientes gratia nos deuincire non destiterunt: quorum uirorum facilitatem comitatemque plurimis philologis optime notam non est quod hic multis uerbis celebremus. Intercesserat Michael Bréal, uir clarissimus, quocum iam dudum fidam habemus familiaritatem.

---

[1] fol. 1r legitur: '*Ex libb. Petri Danielis Aurelij 1564*' et fol. 88v: '*Petri Danielis Aurelij 1564*'.

[2] cf. voyage litteraire de deux religieux Benedictins de la Congregation de S. Maur, Paris 1717 I p. 66: *aprés sa mort ses héritiers rendirent les mss. a monsieur Petav conseiller au parlement de Paris, et a monsieur Bonghard.*

Quoniam cod. u, sicut diximus, adeo non integrum Horatium praebet, ut et serm. II 2, 132 — fin. et epistulae omnes desint, prospere euenit, quod etiam cod. v habemus, quasi fratris filium codicis u, ex quorum consentientibus lectionibus construere licet archetypon u′, scriptum fortasse iam saeculo VIII—IX (circa a. 800).

v

v = codex Parisinus 8213 foliorum 101, quorum unum uacuum est, uersuum 31—32 in singulis paginis, columnarum partim singularum, partim binarum, 0,189 × 0,126 m., membranaceus, saeculi XII exeuntis, olim Mazarineus, antea Lambinianus, ut ex fol. 1r apparet, ubi scriptum est '*Lambinj*' idque Lambini ipsius manu. Lambinus hunc codicem uidetur Iannoctianum uocare. Aut Aureliani aut Floriaci librum v scriptum esse suspicamur. Fol. 99v extat carmen uiginti uersuum, quorum primo ('*Orbis factor, pie rector, qui creasti omnia*') notae musicae adpictae sunt; uid. A. Holder, neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde I (1876) p. 416. Iuxta id carmen in margine legimus: 'ORATIO .R. aurelianensis ‖ facta dum tercianis grauaretur'. Scriptorum Horatianorum ordo hic est: carm., carm. saec., epod., a. p., epist., serm. Sed fol. 32r una columna et 32v totum folium post finem libri epodon uacua relicta sunt; ab a. p. nouus quaternio, insignitus V., incipit.

Cod. v quamquam arta propinquitate cum u coniunctus est, tamen non ex u descriptum esse cum ex multis aliis locis, tum inde efficitur, quod c. III 23, 12 cum δzbrgσ′s exhibet *securim*, u autem mendosissime *securum*.

w

Ex ipso cod. v uero descriptus est w, idest Basiliensis bibliothecae publicae F IV 26 saec. XIII liber membranaceus. Hic adhiberi potest ad eas lectiones codicis v restituendas, quae nunc erasae sunt. Scripturae exemplar inuenies apud Kirchnerum, nou. quaest. Horat. tab. III 14 = a. p. 1—9. Codex w est 90 foliorum, 34 uersuum in singulis paginis, et binarum columnarum in lyricis. Exhibet carm., carm. saec., epod., a. p., epist., serm. eodem ordine quo v. Adiecta sunt Vergili georg. et Ouid. ex Ponto I 1, 1—IIII 16, 26.

u′

In u′ (u, u2v, vq) multas coniecturas reperimus non magis audaces quam superuacuas, quales glossatorem q. u. potissimum uel grammaticastrum sapiunt, ut epod. 16, 2 *perit* u′ pro *ruit*. epod. 17, 65 *infidus* pro *infidi*. epod. 17, 36 *qui finis* pro *quae finis*. epod. 15, 17 *at* pro *et*. epod. 15, 15 *iratae* (u) pro *offen-*

sae. epod. 16, 11 *urbes* pro *urbem.* epod. 3, 3 *edat* pro *edit.* epod. 1, 26 *mea*[1]) (u2vq) pro *meis.* c. I 22, 11 *curis . . . expeditis* (uv uar. qϑ) pro *curis . . . expeditus.* c. III 29, 22 *horrida* (u′q) pro *horridi.* c. III 2, 18 *incontaminatis* (u) pro *intaminatis.* c. II 15, 10 *(a)estus* (u2vq) pro *itus* (class. III.) uel *ictus* (archetyp.). c. III 6, 28 *oscula* pro *gaudia* (u). c. I 22, 2 *mauri iaculis* pro *mauris iaculis* (u′q). c. III 16, 39 *contracta . . . cupidine* pro *contracto . . . cupidine* (u′gϑs). c. IIII 4, 17 *et* interpolatum inter *gerentem* et *uindelici* (vq). s. I 8, 16 *deformem* pro *informem* (u). s. I 8, 7 *insidere* pro *considere* (u Pph.′). s. I, 18 *in se* pro *ipse* (u′β′). s. I 2, 101 *clorin, clorim* u′ pro *cois.* s. I 3, 130 *olim* (u) pro *omni.* s. I 3, 133 *uellent* pro *uellunt* (uσ). s. I 9, 50 *umquam* pro *inquam* (uσ). s. II 2, 128 *uixistis* pro *nituistis* (pingui Minerua). s. II 2, 102 *uincere* pro *insumere* (u) s. I 9, 90 *opponere* pro *oppedere* (u cum E, ortum ex schol. Γ). epist. I 20, 7 *ubi quis* pro *ubi quid* (vq; u deficit). a. p. 18 *flumen rheni* (u′) pro *flumen rhenum.* a. p. 76 *iuncta est* pro *inclusa est* u′, uid. Epileg. a. p. 114 *dauus* vu uar. β′σ′ pro *diuus* (ineptissime). a. p. 116 *et* pro *an* u′ (ortum ex schol. Γ). a. p. 416 *nec* pro *nunc* (uy), speciosa, sed non necessaria lectio, uid. Epileg. c. IIII 6, 17 *uictor* u′ pro *captis.* Hoc loco auctorem familiae u′ tertiae classis quoddam exemplar, ubi uox *captis* omissa erat, ante oculos habuisse atque ex suo ingenio emendationem conatum esse plane intellegimus. Idem fecit c. IIII 15, 11, ubi pro falsa tertiae classis lectione *dimouit* aduersante etiam ipsa re metrica scripsit *domuit.* Illud quidem uix quisquam negauerit, stirpis u′ auctorem, exceptis iis locis, ubi uox quaedam prorsus exciderat, litteris traditis quantum poterat in emendando parcere studuisse, sicut c. IIII 15, 11. a. p. 76. s. I 2, 18. 101. I 3, 130. II 2, 128.

Ad morphologicas rationes siue ut multi dicunt orthographicas spectant hae formae: c. I 15, 2 *helenam* (ugαV). c. I 28, 30 *negligis* u′qgE). c. I 38, 7 *arcta* (u sol.) c. II 6, 16 *baccha* pro *baca* (u). c. II 12, 25 *fraglantia* (u′). c. II 13, 12 *capud* (u). c. III 9, 10 *dulces* (u′qαϑ). c. III 12, 5 *neubule* pro *neobule* (u′ *neubole* ϑ). c. III 12, 11 *arcto* (u′qα1). c. III 12, 10 *fugientes* (u′ qϑ). c. III 14, 22 *mirreum* pro *murreum* (u, *myrreum* ϑ). c. IIII 9, 8 *(s)ter(p)sicorique* uel similia (u′qσϑh). c. IIII 9, 15 *regales* (u′α′gϑ); accusatiui in *is* desinentes fere omnes in u′ deleti sunt. c. IIII 9, 17 *cydonio* (uασ). epod. 2, 36 *iocundior* (uetustissimi huius formae testes h. l. sunt u′α′), item s. I 5, 70 *iocunde* (u′β′σ). epod. 2, 67 *alpheus* pro *alfius* (uϱ). epod. 3, 3 *allium* pro *alium* (ŭ′λ′ν). s. I 8, 33 *hecatem* (u′); item a. p. 145 *antiphatem* (u′α′). s. I 8, 38 *minctum* pro *mictum* (u′).

Ex hac, quae facile poterat augeri, lectionum farragine nemo

---

1) Hoc multis editoribus, sed falso, probatum est.

non intelleget, etiamsi nonnulli loci extent, ubi singularem quandam lectionem in u uel u′ propositam uere Horatianam adgnoscere non dubitamus, tamen si in uniuersum iudicandum est, recensioni u′ multo magis diffidendum esse quam credendum. Veras autem lectiones habes s. II 1, 31 *cesserat* pro *gesserat* (uβ). c. I 23, 1 *uitas* pro *uitat* (u′nsϱ2 uar. et expos. metr. codicis γ). s. I 7, 17 *pigrior* pro *pulchrior* (u′σgα Porph. schol. Γ). s. II 2, 53 *distabit* pro *distabat* (u′y, uid. Epil.). c. I 18, 2 *c(h)atili* (vqσ2). s. II 5, 78 *nequiere* (vσ′rMα). c. III 5, 22 *bracchia* (u, cf. Epileg. ad c. I 8, 11). epod. 10, 22 *iuueris* pro *iuuerit* (vqu uar.).

Codicis v solius lectiones, quamquam, quicquid in epistulis et in extrema sermonum parte (inde a II 2, 132) de stirpe u′ scimus, in v potissimum nititur, omnino damnandae sunt, ut epist. I 15, 12 *stomachandus*. epist. I 17, 44 *prūdenter* pro *pŭdenter*. epist. I 18, 111 *haec* pro *sed*. epist. II 2, 171 *refigit* (emendatio cogitata). epist. II 2, 216 *licentius* pro *decentius*. c. IIII 6, 25 *achiuae* pro *argutae*. epod. 2, 69 *relegit* (cum ϱ). s. II 3, 317 *se inflans sic* pro *sufflans se*. epist. I 3, 32 *at* pro *ac*. epist. I 3, 31 *numatius* pro *munatius*, similiter c. I 26, 5 *mitridaten* pro *tiridaten*. a. p. 355 *ut* pro *et*. a. p. 382 *uersum* pro *uersus* (prorsus superuacua immutatio). Sicut in u′ uel u uerborum ordinem saepius temere mutatum uidemus (ut a. p. 31. 129. 240. 376), ita etiam in v solo: a. p. 260 *magno cum pondere* pro *cum magno pondere*. Omnia haec sunt improbanda; unica exceptio est in illa Horati parte, ubi deficientis u supplementum codex v praebet haud prorsus spernendum, formam dico *piscīs* s. II 8, 27: ibi non solum u, sed etiam A′BRπ alii desunt. Similiter factum est s. II 5, 78, ubi ueram lectionem *nequiere* in v et σ′rMα seruatam uidemus.


Propria codicis v orthographia aetatem sapit admodum recentem. Inuenimus enim *gnauus, gnauum, gnauiter, karus* (saepe), *allobros* pro *allobrox, lamma* pro *lama, competa, quoquere* (saepius), *percuncteris, succi, myrreum, yrcus* (epod. 16, 34 v sol.), *atquin* (s. I 9, 52 v sol.), *thure* (c. I 36, 1 gv sol.), *allabores* pro *adlabores* (c. I 38, 5 vL2 sol.), *arcto*.

B′u′

Stirps u′ arta necessitudine coniuncta est cum classe $\overline{\text{II}}$, scilicet cum codicibus B′EgV, inprimis cum B. Praeter eas multas lectiones, quas u′ in carminibus et epodis cum $\overline{\text{I}}+\overline{\text{II}}$ classe communes habet, ut *teucri* pro *teucro, acinacis* pro *acinaces, clari* pro *cari,* plurimae eiusmodi in uv inueniuntur, quae secundae classis et potissimum familiae B′ propriae sunt. Tales sunt c. I 13, 6 *manet* pro *manent* Bu pr. (C deest) c. I 25, 13 *cupido* pro *libido* Bu (in B superscr. ł *libido*) (C deest). c. I 28, 12 *nil* pro *nihil* Blu (C deest). c. II 12, 4 *aptare* pro *aptari* A′Bλ′v (C deest). c. III 3, 34 *ducere* pro *discere* in A′λ′vio (B′ deest). c. III 4, 38 *addidit,*

non *abdidit* aut *reddidit,* in Bui (C deest). c. III 6, 10 *inauspicatos* pro *non auspicatos* A′Bλ′Gimu (C deest). c. IIII 5, 34 *diffuso* pro *defuso* A′B′λ′σgu′io. c. IIII 6, 10 *impressa* A′B′λ′uio pro *inpulsa.* c. IIII 6, 38 *noctilucam* Bu′λ′σgcμ. epod. 1, 34 *ut* omis. A′B′λ′uGo. epod. 2, 6 *neque* A′B′uGog. epod. 2, 29 *aut* B′u′ (non Mau.). epod. 12, 22 *properabantur* B′u′ (opp. Mau.). epod. 16, 65 *aere* B′u′Gio (*aerea* Mau.). s. I 3, 4 *tigillius* pro *tigellius* Bgv. s. I 3, 74 *ignoscat* Bu′. s. I 3, 128 *qui* pro *quo* Buv uar. s. I 4, 79 *inquis* gσ′u′Gm (B desiit). s. I 6, 39 *e* pro *de* gσu. s. I 7, 17 *pigrior,* non *pulchrior,* gσ′u′GV. s. I 9, 3 *occurrit* pro *accurrit* guxσ corr. Gμ. s. II 2, 29 *haec* pro *hae* gu′. s. II 2, 112 *puer,* non *puerum,* gσ′u′imjμc. s. II 3, 163 *et* pro *aut* gvσ uar. xm (u desiit). s. II 3, 219 *natam* pro *gnatam* gvixc. s. II 7, 17 *pirgum* pro *phimum* gσ′vGjmμ (v *spirgum*). s. II 7, 48 *incendit* pro *intendit* gvGjmx corr. i uar. L. epist. I 2, 65 *monstrat* gσv mj pr. epist. I 6, 51 pro *fodicet* aut *fodiet* aut *fodiat* gσ′vjiμc. epist. I 10, 43 *urget* pro *uret* gσ′v corr. mj. epist. I 15, 16 *dulcis* pro *iugis* gvxEV. epist. II 1, 48 *ad fastos* vEμ. a. p. 369 *auctor* BuGc pro *actor.* a. p. 376 *duci* omisit B, transposuit u. a. p. 393 *rabidos,* non *rapidos* BσvimV.

Si omnia perpendimus, fundamentum familiae u′ ex codice quodam tertiae et ex altero secundae classis compositum fuisse suspicamur; pertinebat autem ille secundae classis codex ad stirpem B′. Itaque nescio an stirpis u′ imaginem sic liceat adumbrare:



Rossianus.

Huic familiae u′ adnumerandus etiam esse uidetur codex Rossianus saeculi XII — XIII in bibliotheca societatis Iesu Vindobonensi adseruatus, quem descripsit uariasque lectiones publicavit I. Wagner in programmate gymnasii Kalksburgensis 1896. Antea fuit in bibliotheca Rossiana (de Rossi). Ordo librorum Hor. hic est: carm., c. s., epod., c. s. (iterum), a. p., serm., epist.; epist. II 2 uu. 215 sq. abscisi et a manu secunda suppleti sunt. Etiam uersus illi octo interpolati ante serm. I 10 a secunda manu additi sunt. Ceterum et ipsas secundae manus correcturas ex familia u′ profectas esse cernimus, ut c. I 23, 1 *uita[s]*. c. I 28, 19 *dens[a]ntur* (item v). c. IIII 4, 65 *merse[s]*. epod. 12, 22 *properab[a]ntur*.

ϑ

Etiam ϑ = Sangallensis monasteriensis 864 membranaceus saec. XI, a Rittero conlatus et in editione prima hic illic adhibitus, stirpi u′ uidetur adnumerandus esse. Deficit inde a c. IIII 11, 36. Lectiones quasdam non Horatio, sed auctori familiae u′ tribuendas in cod. ϑ inueniri obiter supra docuimus. Reperiuntur etiam singulares aliquot lectiones uilissimi generis ut c. II 4, 19 *aduersam*. c. III 5, 25 *redemptus*. c. III 29, 42 *degit*. c. IIII 4, 21 *subarmet*. c. IIII 4, 45 *post hunc*. Ex Sueuia hunc librum in armarium Sancti Galli translatum eundemque esse, quem ducissa Hadwiga Duellii (Hohentwiel) Burchardo Ekkehardi II comiti quondam donauerit, Franciscus Ritter sibi persuasit (Q. Hor. Flaccus ed. Ritter Lips. 1856 I p. XXXVI sq.). Sed repugnare uidentur et temporum ratio et libri condicio nimis manca.

Porphyrion.

Sequitur, ut de scholiis, quae cum classe tertia cohaerent, aliquid dicendum sit, de Porphyrione et de tractatu Vindobonensi.

Fuerunt qui dicerent, siquis Horatium bene recensere uellet, Porphyrionis potissimum nitendum esse auctoritate, cui opinioni haud dubie adsentiri possemus, si scholiastae ipsius, quem iam ineunte saeculo tertio uixisse scimus[1]), uera ubique nobis uerba

1) Hoc ego statueram; Wessner, Landgraf, alii grauissimis argumentis probauerunt Sitteliique Vrbaeque aliorumque commenta, qui nostram de aetate et patria Porphyrionis opinionem impugnauerant, optime refutauerunt. Landgrafii conclusionis summa haec est: 'Wir sind am Ende unserer Untersuchung angelangt, die, so hoffen wir, einerseits das afrikanische Gepräge der Latinität des Porphyrio überhaupt, andrerseits die nahe Verwandtschaft seiner Sprache speciell mit den Hauptvertretern des älteren Africanismus, mit Apuleius, Tertullian, Cyprian, Arnobius und Lactantius, sowie mit den älteren Bibelüber-

tradita essent. At prorsus aliter res se habet. Sicut enim omnibus fere scholiis accidit, ita et Porphyrionis commentarii non solum permultis uolgaribus mendis, uocibus sententiisque corruptis deprauabantur, sed etiam ingenti interpolationum farragine, quo factum est, ut sententia ipsa saepe secum repugnaret. Lemmata quoque falsis lectionibus abundant; quibus si singulares sunt omnino diffidendum est exceptis formis quibusdam orthographicis; multa exempla dedimus in Epileg. p. 104 et 796 sq. Accedit quod Porphyrionis commentarii compluribus locis iisque interpretatione ualde indigentibus adeo exiles sunt, ut partes quaedam interiisse putandae sint, nos autem plane ignoremus, quid legerit auctor. Multa lemmata ex secunda codicum classe inrepsisse nemo non uidet, cf. c. III 10, 1. III 21, 10. IIII 7, 17. epod. 5, 3. 98. 7, 15. 13, 11. 17, 64. s. I 5, 15. 46. I 6, 18. 69. I 9, 3. II 1, 24. II 3, 212. II 7, 72. epist. II 1, 48. Ad interpretationes uero magnam uim habuit codex quidam classis tertiae, id quod cum aliunde apparet, tum ex c. III 10, 6. III 13, 16. III 14, 7. III 24, 60. epod. 11, 62. s. I 2, 121. epist. II 2, 83. Porphyrion igitur primum iis locis paucissimis maioris momenti est, ubi cum primae classis singularibus lectionibus congruit ut c. III 14, 11 (*ominatis*). IIII 14, 28 (*meditatur*). Deinde haud spernendus est in iis quaestionibus, quae ad orthographiam uel morphologiam pertinent ut s. II 3, 240 (*deciens*). s. II 3, 296 (*octauŏs*). epist. II 1, 148 (*saeuŏs*). c. III 12, 7 (*umeros*). s. I 1, 33 (*paruola*). epist. II 1, 29 (*optuma*) et s. I 4, 105 (*optumus*) al., quamquam nonnulla dubia sunt ut *ueemens* epist. II 2, 28. *formonsa* c. IIII 13, 3. *thensauro* s. II 6, 11. *domūs* epod. 5, 53. *fraxinūs* c. III 25, 16. *mensīs* c. IIII 6, 40 al. Denique Porphyrionis auctoritas non neglegenda est iis locis perpaucis, ubi duas diuersas lectiones per interpolationem inter se confusas ac mixtas uidemus, sed ita ut uerior ac pristina lectio etiamnum possit indagari, cf. epist. II 2, 80 (*contracta*). epod. 16, 37 (*expes*). c. III 14, 10 sq. (*ominatis*). c. III 15, 16 (*uetulam*). a. p. 402 (*tyrtaeus*). Plerumque uero ut nunc sunt Porph. interpretationes cum tertia classe faciunt nec pluris aestimandae sunt quam quilibet ex optimis huius classis codicibus.

Tractatus Vindobonensis.

Multo minoris pretii est tractatus ille Vindobonensis, codex bibliothecae Caesareae, signatus nr. CXLV, saec. XI. Nihil enim

setzungen klar erwiesen hat, so dass die Annahme, seine Lebenszeit sei in die erste Hälfte des dritten Jahrhunderts zu setzen, dadurch wesentlich gestützt worden ist, ja vielleicht den Grad der Gewifsheit erreicht hat, der unter den bestehenden Verhältnissen in dieser Frage überhaupt erreichbar ist.'

est nisi paraphrasis schol. *Γ* confecta uel ab Alcuino ipso uel a discipulo quodam huius magistri saeculo VIIII; lemmata sumpta esse ex libro aliquo tertiae classis demonstrauimus in Zeitschr. f. d. österr. Gymn. 1877 p. 516 sqq.

Postremos memorare debemus duos codices, qui ut certae classi nequeunt adscribi, ita propter singulares quasdam aut rariores lectiones aliquot locis haud inutiliter adhiberi possunt. Sunt autem Parisini n et s.

n

n = Nostradamensis Parisinus 184 ('à l'Eglise de Paris M. 9') membranaceus, saeculo XI exeunte scriptus, foliorum 123, 33 uersuum in singulis paginis. Fol. 1r legitur: '*Ex dono Dni Gagne de Perigny Canonici Parisiensis, anno 1734.*' Continet carm., epod., c. s., a. p., epist., serm. Scatet peruersis ac recentibus lectionibus, ut c. s. 71 *curet.* c. s. 49 *quique* pro *quaeque.* c. III 7, 22 *spernit.* epist. I 17, 52 *brundusium* pro *brundisium* (cum Mπ2). epist. I 18, 46 *aeoliis* pro *aetolis* (cum phf). epod. 17, 50 *partumeius* natum ex *partum eius* pro *pactum eius* (archetyp. *pactumeius*). Hic noster cod. n est Pulmanni B.

s

s = Sorbonensis Parisinus 1578 membranaceus saec. XII exeuntis, ex bibliotheca Contii. Continet 182 foliis expositionem metricam et uitas, carm., epod., c. s., a. p., epist., serm. In deteriorum librorum numero ponendus est. Exhibet c. I 3, 36 *perrupitque* pro *perrupīt* cum β2ϑ2ν2. epist. I 10, 24 *expellas* pro *expelles.* a. p. 18 *rhenus* pro *rhenum.* Etiam lectio *rerum* epist. I 17, 21 cum σ'uj2 pro *uerum* recentiori cuidam emendatori tribuenda uidetur; quem eundem fuisse suspicamur atque auctorem codicis σ''.

Codicum classes.


Iam uero postquam omnes eos codices, qui ad uerum Horati contextum eruendum alicuius momenti esse uidentur, recensuimus, in rem esse duximus de rationibus nostris criticis in uniuersum aliquantulum disserere idque ita ut non carmina modo, sed etiam sermones atque epistulas respiceremus.

Omnes libri diuisi sunt in classes tres, quas sic fere licet deliniare:


Prima classis = aγD$'$ (Dτ) ξ'(ξM) ubique;
in carm., serm., a. p. etiam E.
in epistulis A.
Accedunt R et ν ubi non tertiam classem repraesentant.
Item i ubicumque non cum secunda classe facit.

Secundae classis uide schema supra pictum p. XVIII.

Tertia classis = familiae Fλ' et $\delta\pi$.



Ceterum in lyricis λ' inter tertiam et secundam classem fluctuare supra monuimus.



Supplementi causa adhiberi possunt etiam σ' (= σx), qui saepe cum stirpe δ''' congruit, β''(βfh) et α, qui inter tertiam et primam classem fluctuant, et u′, qui, ut modo exposuimus, inter tertiam et secundam classem uacillat.

Prima classis ut paucissimis mendis laborat, ita nonnullis falsis lectionibus eius generis, quod ad rem grammaticam aut ad interpretationem spectat, deprauata est; formae illae priscae, quae poetae ipsius tempora redolent, euanuerunt paene omnes.


Eas quidem secunda classis melius conseruauit, sed eadem permultas praebet lectiones singulares easque speciosas, quarum minima pars ad ipsum poetam, maxima ad ueterem quendam uirum doctum, fortasse ad Mauortium, uidetur referenda. Magnam quoque huius classis singularium lectionum partem cum ex aliis locis tum ex maxime uexato illo sermonum uersu I 6, 126 ita explicandam esse apparet, ut, cum libri originarii uerba hic illic quodammodo expalluissent, corruptelas a monacho quodam ex suo ingenio, non ad ueterum exemplarium auctoritatem, correctas esse sumamus. Adde quod omnes huius classis codices aut mutilati sunt aut uacillant, id quod schemate supra picto p. XVIII docuimus. Itaque ii non sunt audiendi, qui ut Munro et Blandiniorum librorum admiratores hanc solam classem per totum Horatium sequi iubent.


Id quoque notare libet, opera Horatiana in hac classe aliter ordinata esse atque in ceteris: carmina enim liber epodon excipit, deinde sequitur carmen saeculare, tum ars poetica siue ‘liber poeticus’, tum sermones, tum epistulae (B′σ′Gβ′ cons. gjoA Porphyr.); prima et tertia classes uero hunc ordinem seruant: carmina, ars poetica, epodon liber, carmen saeculare, epistulae, sermones (aγ′ DE cod. origin. MiFλ′δ‴Rπ′rα cod. origin. b).

Tertia classis ut errorum multitudine ceteras superat, ita plerique eorum facillime dispiciuntur, quia inficetos ac stupidos prodere solent auctores, nec tamen prorsus desunt loci, ubi deleta in ceteris codicibus uera lectio in tertia classe integra remanserit. Archaicae quoque, quas dicunt, formae in huius classis codicibus optime seruatae sunt; itaque haud omnino spernendos censuimus hos libros, sed adhibuimus cum alibi, tum sub finem sermonum, ubi ceterarum classium libri nos destituunt.

Conexa est cum hac classe familia u′, cuius recensionem saeculo VII uel VIII in monasterio aliquo Francogallico, Floriacensium fortasse uel Aurelianensium, ita factam esse suspicamur, ut monachus quidam secundae classis codicem uetustiorem adhiberet, unde originarium suum librum, qui fuerat tertiae classis, permultis locis corrigeret aut certe uarias lectiones adscriberet.

Harum classium nulla ab altera pendet, nisi quod in lyricis inter $\overline{\text{I}}$ et $\overline{\text{II}}$, in dactylicis inter $\overline{\text{I}}$ et $\overline{\text{III}}$ cohaerentia quaedam subinde conspicitur, cuius necessitudinis hoc schema liceat deliniare:





Neminem fugiet facile fieri posse, ut in una quaque classe lectiones quaedam unice uerae reperiantur, cum in ceteris mendosa lectio communis extet: sed adeo pauca sunt eiusmodi exempla, ut generalis nostra regula, qua eas lectiones ueras esse diximus, quae in duabus classibus congruae inueniantur, haudquaquam infirmetur. Quo facilius autem nostrorum laborum candidi iudices huius criticae rationis ueritatem examinare possint, tabulam illam, quam in Epilegomenis ante hos duodeuiginti annos p. 813 sqq. publicauimus, typis hic repetendam curare statuimus, non mutato eorum locorum, quos ibi memorauimus, aut delectu aut numero, sed adsumptis aliquot in subsidium codicibus, quos antea non adhibueramus.

DISCRIPTIO CLASSIVM.

I.	II.	III.
carm. I 1, 7. *mobilium* aME[1]Rνi'[V']	*mobilium* ABGiMau. [V']	{ *nobilium* zTπu' / *mobilium* Fλ'δR[V'] }
1, 15. *icariis* aMERνi'	*icariis* ABGio	*icareis* Fλ'δzTπu'
1, 35. *inseres* aMER νi'	*inseres* ABGio	*inseris* Fλ'δzπu'
2, 11. *superiecto* aD MERνi' (D incipit)	*superiecto* ABu'Gio Mau.	{ *super iacto* FδTπ / *superiecto* λ'zu'R }
2, 18. *ultorem* aMER νi' (D non liquet)	*ultorem* ABu'Gio	*uelorum* Fλ'δzTπ
3, 19. *turbidum* aDME νi'[V]	*turbidum* GioMau. (B deficit) [V]	*turgidum* Fδzπu'R cum g pr.
3, 20. *acroceraunia* aDMEνi'	*acroceraunia* Au'Gio	*acroceraunia*e Fλ'δzπR (L incipit, π' = πL)
3, 27. { *arduum est* MERνi cum g / *ardui est* aD[V] }	*ardui est* Au'o Mau. [V]	*ardui est* Fλ'δzTπu' [V]

1) E scripsimus pro C usque ad c. III 26, 12 unde incipit uerus cod. C, uide apparatum criticum ad l. c. Lectionem sine dubio meliorem latiore scriptura significauimus.

I.	II.	III.
carm. I 4, 8. *uisit* aMERνi′	*uisit* GioMau.	*urit* FδzTu′
4, 16. *et manes* aDMRν	*manes* Mau.	*manes* Fλ′δzTπ′u′
5, 13—16. recte disponunt aDMERνi′	recte disponunt Au′Gio	perperam Fλ′δzTπu
7, 7. *oliuam* aDMERνi′	*oliuam* AuGioMau.	{*oleam* Fδzν / *oliuam* λ′Tπ′uR}
7, 15. non nouum carmen aDMERνi′	nouum carmen Au′Mau.	nouum carmen Fλ′δzTπ′u′
7, 22. *tamen* aDMERνi′	*tamen* AuGiMau.	*ter* FδzTπ′ν
7, 23. {*populna* aDR / *populea* MEνi′}	*populea* Au′GioMau.	*populea* Fλ′δzTπ′u′
7, 27. *teucri* aMERνi′	*teucri* Au′Gi	*teucro* Fλ′δzTπ′
8, 8—10. recte disponunt aDMRνi′	recte disponunt ABu′GioMau. (B redit)	perperam disponunt FδzTπ′
9, 6. *large reponens* aDMEνi′	*large reponens* Au′GioMau. (B deficit)	perperam FδTπ′R
9, 7. *deprome* aDMERνi′	*deprome* Au′GioMau. ut uid.	*depone* FλδTπ′
10, 17. *laetis animas* aDMERνi′	*laetis animas* ABu′GioMau. ut uid.	*animas laetis* FλδzTπ′
10, 18—20 recte aDMERνi′	recte ABu′GioMau.	perperam FδzTπ′ (deficit T, incipit τ)
12, 2. *sumis* aD′MERνi′ (D′ = Dτ)	*sumis* ABu′Gi	*sumes* Fλ′δz[V′]
12, 2. *clio* aD′MEνi′	*clio* ABu′GioMau. ut uid.	*celo, caelo* FλδπR
12, 3. *retinet* aD′ ut uid. MERν i′ ut uid.	{*recinet* AνoMau. ut uid. [V] / *retinet* BGi ut uid.}	*recinit* Fδzu(i2) cum g
12, 13. *parentis* aτERνi′(M non liquet)[V]	*parentis* ABGiMau.	*parentum* Fδzπ′u′cum g
12, 15. *et* aDMER cum Go	*ac* ABu′imMau.	*aut* Fδzπ
12, 15. *terras* aD′MERνi′	*terras* ABuGioMau.	*terram* Fδzπ′ν
12, 36. {*letum* aD′MEνi′ / *litum* R}	*letum* ABu′GioMau.	*lectum* Fδπ
12, 51. *fatis* aD′MERνi′	*fatis* ABu′G corr. io Mau.	omittunt Fδzπ
12, 57. *reget* aD′MRνi′	*reget* ABνGioMau.	*regit* Fδπ′u
14, 5. *saucius* aD′MRi′ cons. E (ν deficit)	*saucius* ABu′GioMau. ut uid.	*actus* Flδzπ′
14, 8. 9. recte disponunt aD′MERi′	recte disponunt ABu′GiMau.	perperam disponunt Fδzπ′
14, 20. *cycladas* aD′MERi′	*cycladas* ABuζio	*cyclades* Fλ′δzν
15, 9. *heu heu* aD′MERi′	*heu heu* ABGio	*eheu* Fλ′δzu′
τίν' ἥρωα, τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν; **1** sq.: 'Hor. (sc. dixit) acrem tibiam' Quintilian. instit. VIII 2, 9 **S**: Stat. Th. I 41: quem prius heroum, Clio, dabis? **1** Seru. de m. Hor. IIII p. 468 Diom. 521 Victor. p. 167 de m. Hor. p. 175 **4 T**: Victor. de m. Hor. p. 176 **5 S**: Lucr. IIII 545: et gelidis cycni nocte oris ex Heliconis **6** sqq. **S**: Sen. Med. 625—631: ille uocali genitus Camena, cuius ad chordas modulante plectro restitit torrens, siluere uenti; cui suo cantu uolucris relicto adfuit tota comitante silua, Thracio sparsus iacuit per agros ‖ Apoll. Sid. c. 2, 71 sqq.: qui cantu flexit scopulos digitisque canoris compulit auritas ad plectrum currere siluas, cum starent Hebri latices cursuque ligato fluminis attoniti carmen magis unda sitiret **6 S**: Verg. ge. II 488: gelidis conuallibus Haemi **7—12 S**: Palladius in anth. Lat. c. 628, 1 sqq. R.: Threicius (cf. carm. I 24, 13) quondam uates fide creditur canora mouisse sensus acrium ferarum, atque amnes tenuisse uagos, sed et alites uolantes, et surda cantu concitasse saxa. suauisonaeque modos testudinis arbores (cf. carm. I 24, 14) sequutae umbram feruntur praebuisse uati ‖ Apoll. Sid. epist. VIII 11 uu. 19 sqq.: Orphea ... qui saxa et robora ... mollit ... canorus arte **7** sq. **S**: Apoll. Sid. epist. VIII 9, 5: poeta ... uocalissimus ‖ Verg. ecl. 3, 46: siluasque sequentis **9** sq. **S**: Sen. Herc. fur. 572 sq.: quae siluas et aues saxaque traxerat ars, quae praebuerat fluminibus moras **11** sq. **T**: Seru. ad ge. I 308 **S**: Apoll. Sid. c. 23, 190: aurita chelyn expetente silua ‖ 16, 3 sqq.: chelyn quae saxa sequacia flectens cantibus auritos erexit carmine muros ‖ anth. Lat. c. **114**, 5 sq. R.: Anfion ...

Ω = ABCDF(φψ)Rγδλ'(λl)νπalu]

TETRACOLOS YMN' DE LAVDIBVS DEORV̄ ET HOMINV̄ *γ* PROSPHONETICE TETRACOLOS. HYMNOS DE LAVDIBVS DEORVM ATQ. (*omis. l*) HOMINVM (*omis. l*) *λ'* PROPHONETICE DICOLOS AD MVSĀ *u*

1 . uem *γ* heroa] ˫ero am *δ* lira *lu* lura *Seruius* **2** Tibias *B* sumis *ABCDRγνπau sch. γ quater* sumes *Fδλ' sch. λφ* () caelebrare *Fπ* cel*ebrare δ* clyo π_2 caelo $F\delta_1\pi_1$ *et fort.* R_1 celo λ_1 clio *R* **3** () recinet $A_1BR_2\lambda$ *sch. γ* retinet A_2CD *ut uid.* $\nu\pi_1 al$ recinit *A uar.* $F\gamma\delta\pi_2 u$ **5** eliconis R_1 helic//nis *δ* (o superscr.) horis *u* ịris *B* **6** haemo *DRλ'a* hemo *ABCFγδνπu* **7** insecute *u* **9** maternara pides δ_1 rabidos *λ'* **10** lapsos A_1B celeres *u* celeris *cett.* **11** Blandum *Ω Porph. Ac. Pseudacr.* doctum *Seruius* fidelibus A_1R_1 *ut uid.*

quid prius dicam solitis parentis
laudibus, qui res hominum ac deorum,
qui mare et terras uariisque mundum
  temperat horis:
unde nil maius generatur ipso,
nec uiget quicquam simile aut secundum?
proximos illi tamen occupabit
  Pallas honores,
proeliis audax; neque te silebo,
Liber, et saeuis inimica uirgo
beluis, nec te, metuende certa
  Phoebe sagitta.
dicam et Alciden puerosque Ledae,

---

aurita ad muros currere saxa docens ‖ Manil. V 322: et sensus scopulis et siluis addidit aures **12 S**: Quintil. inst. I 10: alterum (sc. Orphea) ... non feras modo, sed saxa etiam siluasque duxisse posteritatis memoriae traditum est **13—16 S**: Pind. N. 2, 1 ‖ Verg. ecl. 3, 60 sq. ‖ Arat. phaen. 1—18 **13** sq. 'quid — laudibus' **T**: sch. Stat. Th. I 41 **14—16 S**: Victor. Maccab. uu. 204 sq.: appello regem totum qui temperat orbem, cui mare, cui caelum, caeli cui sidera parent **14** 'res hominum' Verg. Aen. I 230 consol. ad Liuiam u. 62 Stat. Th. VI 48 **S**: Hom. saepe: *πατὴρ ἀνδρῶν τε ϑεῶν τε* ‖ Verg. Aen. I 229 sq.: o qui res hominumque deumque aeternis regis imperiis et fulmine terres **15 S**: Prud. apoth. 153: qui mare, qui terras, qui lucida sidera fecit **16 S**: Boeth. philos. cons. I metr. 5: tua uis uarium temperat annum ‖ Sen. epist. 73: Soli Lunaeque plurimum debeo temperantique annum deo obligatus sum **17 S**: Ou. met. II 62: et quid Ioue maius habemus? ‖ fast. V 126: inuicto nil Ioue maius erat **18 S**: Mart. XII 8, 1 sq.: terrarum dea gentiumque, Roma, cui par est nihil et nihil secundum **19** Quint. inst. X 1, 58: secundas ... Philetas occupauit **20** Pseudoprob. p. 225 **21 S**: Prud. per. IIII 181 sq.: additis Caio, nec enim silendi, teque Crementi **22** sq. **S**: pseudohom. hymn. XXVII in Dian. 10: *ϑηρῶν ὀλέκουσα γενέϑλην* **23 S**: Verg. Aen. X 557: metuende **25 T**: Donat. ad Ter. Andr. II 3, 26 'puerosque Ledae' **T**: Seru. ad Aen. II 598. IIII 94 **S**: Prud. c. Symm. I

Ω = *ABCDF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*νπau*] **13** quid] Quē A_2 Quid prius? *CDνa* () *cons. sch. γ* parentis $A_1 B C_1 D_2 R_1$ *λ'νa sch. Stat.* parentes *Pph.* parentum $A_2 C_2 D_1 F R_2$ *γδπ*l_2 *uar. u sch. λφ cons. sch. γ* () **15** et terras *CDRa* terras *B pr.* ac terras *AB corr. λ'ν*u_1 aut terram *Fγδπ* ac terram u_2 uaris$^{iq'}$ *D* **17** Unde *δ* nihil *Rγδψ Pph.* nichil *φ* **18** Ne *D* aut] ac *R* aut *cett. Pseudacr.* **19** occupabit *Rob. Stephanus* occupauit *Ω* **20** *sq. post* audax *interpungunt ACDγ*$δ_2 u_2$ (*et ν*) *post* honores *Rνa* honores. pr. audax; *Fλ'π* **21** Praeliis *νl* P̄liis *B* Preliis *λu* transibo *ν* **22** seuis *CDγ*$δ_1$*lu* **23** metunde A_1 metuenda *γ* **24** Phoebes agitta $δ_1$ Phębe *A* Phebe *γπ pr. u* **25** alcidem *u* alcidē *ν* lede *A* laede *Rl* laedae *B*

hunc equis, illum superare pugnis
nobilem; quorum simul alba nautis
 stella refulsit,
defluit saxis agitatus umor,
concidunt uenti fugiuntque nubes,
et minax, quod sic uoluere, ponto
 unda recumbit.
Romulum post hos prius an quietum
Pompili regnum memorem, an superbos
Tarquini fasces, dubito, an Catonis
 nobile letum.

---

226 sq.: illic Alcides spoliatis Gadibus hospes Arcadiae fuluo aere riget; gemini quoque fratres, conrupta de matre nothi, Ledeia proles, nocturnique equites, celsae duo numina Romae inpendent pueros... Ledae] *παῖς* = filius (Hom. Il. I 20 alibi) **26** sq. **S**: Hom. Od. XI 300: *Κάστορά θ᾽ ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα* **27—32** **S**: Theocr. 22, 17—20: *ἀλλ᾽ ἔμπας ὑμεῖς γε καὶ ἐκ βυθοῦ ἕλκετε νᾶας αὐτοῖσιν ναύταισιν διομένοις θανέεσθαι· αἶψα δ᾽ ἀπολήγοντ᾽ ἄνεμοι, λιπαρὰ δὲ γάληνα ἂμ πέλαγος· νεφέλαι δὲ διέδραμον ἄλλυδις ἄλλαι* **29** sqq. **S**: Verg. Aen. V 820 sq.: subsidunt undae tumidumque sub axe tonanti sternitur aequor aquis, fugiunt uasto aethere nimbi **29** **S**: Stat. Th. VIIII 525: ab infestis descendunt aequora saxis **30** sqq. **S**: Sen. Thy. 588 sq.: si suae uentis cecidere uires, mitius stagno pelagus recumbit **31** **S**: Stat. Th. IIII 780: sic Parcae uoluere ‖ VI 376: sic Iouis imperia et nigrae uoluere sorores **33** sqq. **S**: Aus. profess. 8, 1—4: Romulum post hos prius an Corinthi anne Sperchei pariterque nati Atticas Musas memorem Menesthei grammaticorum? **34** sqq. **S**: Verg. Aen. VI 817 sq.: uis et Tarquinius reges animamque superbam ultoris Bruti fascesque uidere receptos? ‖ 842: quis te, magne Cato, tacitum relinquat? **34** sq. **S**: Stat. s. V 2, 166 sq.: cingique superbis fascibus et patrias dabit insedisse curules **35** sqq. **S**: Mart. VIIII 28, 3 sq.: qui spectatorem potui fecisse Catonem, soluere qui Curios Fabriciosque graues ‖ Claudian. in Ruf. I 200 sqq.: contentus honesto Fabricius paruo spernebat munera regum sudabatque graui consul Serranus aratro et casa pugnaces Curios angusta tegebat ‖ Manil. IIII 86 sq.: quod Decios non omne tulit, non omne Camillos

---

Ω = ABCDF(φψ)Rγδλ′(λl)νπau] **26** *h. u. omis.* $\delta_1 \lambda' \pi_1$ Nunc *B* *pugnis in ras.* R_2 **27** Nobiles δ_1 *nautis δ u.* **28** *omis.* δ_1 refulxit *φ* **29** Defuit $A_1 B D u a r. \nu_1$ Defl*u*it *γ* (Defluxit z_2) Defluit *cett. Ac. Pph.* umor *R Pph.* humor *cett.* **31** mina*x quia R* quod sic] sic Di *edit. Venet. Ascens. natum ex gloss. Γ* ‘·s· (= scilicet) dii’ quod D_1 *et fort.* R_1 *Porphyrionis lectio originaria et cod. W* qui. *B* quia D_2 *cett.* () *Pph. Porph. codd. UM per errorem* sic̄ (= sicut) *B* **33** prius *omis.* γ_1 prietus *B* **34** Pompilii $R_2 \gamma \delta u$ Pomphili *ψ* an] *omis.* $\nu_1 \varsigma$ **35** Ttarquinii *δ* Tarquinii *D ante ras.* $R_2 \gamma \varphi u$ Tarquini *cett. Dp. ras.* **35** *sq.* dubito | An catonis nob. l. *C* **36** Nobilem *δ* letum *B* ς loetum *ACDλ′νa* lẹtum $R_2 \gamma_2 u$ lectum $F \gamma_1 \delta$ *ante ras.* π_1 litum R_1

Regulum et Scauros animaeque magnae
prodigum Paulum superante Poeno
gratus insigni referam camena
Fabriciumque.
hunc et incomptis Curium capillis
utilem bello tulit et Camillum
saeua paupertas et auitus apto
cum lare fundus.

---

tempus et inuicta deuictum mente Catonem || Boethius cons. II carm. 7, 15 sq.: ubi nunc fidelis ossa Fabricii manent, quid Brutus aut rigidus Cato? **36** S: Sil. XII 585 sq.: iam uos exemplo proauorum ad nobile letum expectant de more senes **36. 38** S: Sil. XI 172: et Pauli memorabile letum **37** sq. 'Regulum — Paulum' T: Prisc. XVIII 19 'animaeque prodigum Paulum' T: sch. Stat. Th. III 603. VIII 406 S: Ou. am. III 9, 64: sanguinis atque animae prodige Galle tuae || Sil. I 225: prodiga gens animae || Prud. per. II 17 sq.: armata pugnauit fides, proprii cruoris prodiga || III 69 sq.: prodiga uitae tempora || Stat. Th. III 602 sq.: aequi impatiens largusque animae || VIII 406: uitae prodiga uirtus || Seru. centimetr. p. 458, 21: Martem fatigat prodigus uitae furor || Ammian. Marc. XVI 12, 50: prodigere uitam || itinerar. Alexandri c. 53 p. 28, 16 V.: tanti prodigus sanguinis **38** S: Sil. XV 42 sq.: haec (sc. Virtus) prodiga Paulum, haec Decios Stygias Erebi detrusit ad undas **40** sq. T: Quintil. inst. VIIII 3, 18 S: Apul. de magia c. 17: longe austerior, ut putat, Serranis et Curiis et Fabriciis || Aurelius Victor Caesar. 18, 1: Curios aequauerat Fabriciosque || Mart. I 24, 3 (Curios ... Camillos). XI 16, 6 (Curio Fabricioque) || Cic. in Pis. 24, 58 || pro Sest. 68, 143 **41** sqq. S: Mart. I 24: aspicis incomptis illum, Deciane, capillis, cuius et ipse times triste supercilium, qui loquitur Curios assertoresque Camillos? || Lucan. I 165—170: fecunda uirorum paupertas fugitur totoque accersitur orbe, quo gens quaeque perit. tum longos iungere fines agrorum et quondam duro sulcata Camilli uomere et antiquos Curiorum passa ligones laxa sub ignotis extendere rura colonis || Apul. apol. t. II p. 434: paupertas prisca apud saecula omnium ciuitatium conditrix, omnium artium repertrix, omnium peccatorum inops, omnis gloriae munifica, cunctis laudibus apud omnes nationes perfuncta || Stobaeus III p. 200 M.: *Ἀρκεσίλαος τὴν Πενίαν λυπρὰν μὲν ἔλεγεν εἶναι, ὥσπερ καὶ τὴν Ἰθάκην, ἀγαθὴν δὲ κουροτρόφον, ἐθίζουσαν συνεῖναι λιτότητι καὶ καρτερίᾳ καὶ καθόλου γυμνάσιον ἀρετῆς ἔμπρακτον* **41** T: Charis. 104 Seru. ad Aen. XII 100 S: Claudian. in Ruf. I 203: et casa pugnaces Curios angusta tegebat **42** S: Oros. IIII 1, 1: bello utiles caesi || Ou. am. II 3: non fortibus utilis armis **43** sq. S: Prud. c. Symm. II 612: omnes lare conciliemur auito || Sen. Herc. fur. 196 sq.: me mea tellus lare secreto tutoque tegat || Lucan. V 527 sq.: o uitae tuta facultas pauperis angustique laris

---

Ω = *ABCDF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*νπau*] **37** anime *l* que] quæ *δ* magne *A*1 **38** peno *δ* **39** gratus] Stratum *B* Ratus *R* **40** Fabritium *γ* Fabricum *D pr. aut* 1 *φ*1 **41** Nunc *Fπa. ras.* Nhunc *aut* Nhunc *δ* Hic *Seru.* incomptis *Ω Seru. Charis. sch. γν* intonsis *Quintilianus* **43** Seua *γλ'νu* auitus *om. δ*1 *aut pr.* **44** fundis *B*

crescit occulto uelut arbor aeuo
fama Marcelli; micat inter omnis
Iulium sidus uelut inter ignis
  luna minores.
gentis humanae pater atque custos,
orte Saturno, tibi cura magni
Caesaris fatis data: tu secundo
  Caesare regnes.
ille seu Parthos Latio imminentis
egerit iusto domitos triumpho,
siue subiectos orientis orae
  Seras et Indos,

---

43 saeua paupertas] *ἀργαλέον πενία κακόν* uidetur Alcaeo ‖ anthol. Pal. XI 270 (ep. adesp.), 3: *πενίης τ' ὀλοῆς* ‖ Sil. XV 40: Virtus ... saeua apto] Cat. de agri cult. 3, 1: ita aedifices, ne uilla fundum quaerat neue fundus uillam **45** sqq. **S**: Pind. N. 8, 40—42: *αὔξεται δ' ἀρετά, χλωραῖς ἐέρσαις, ὡς ὅτε δένδρεον ἀίσσει, ἐν σοφοῖς ἀνδρῶν ἀερθεῖσ' ἐν δικαίοις τε πρὸς ὑγρὸν αἰθέρα* **45** sq. **S**: Sil. VI 63: longum semper fama gliscente per aevum **45** occulto ... aeuo] **S**: Prud. hamartig. 177: tecto ... aeuo **46** sqq. 'micat Iulium sidus uelut luna inter minores ignes' **T**: sch. Lucan. I 535 **S**: Sapph. fr. 3: *ἄστερες μὲν ἀμφὶ κάλαν σελάνναν αἶψ' ἀπυκρύπτοισι φάεννον εἶδος, ὅπποτα πλήθοισα μάλιστα λάμπῃ γᾶν ⟨ἐπὶ πᾶσαν⟩* ‖ Ibycus fr. 3 de adulescente quodam: *φλεγέθων, ἅπερ διὰ νύκτα μακρὰν σείρια παμφανόωντα* ‖ Pind. I. 4, 23 sq. Bgk.: *λάμπει Ἀωσφόρος θαητὸς ὣς ἄστροις ἐν ἄλλοις* ‖ Sen. Phaedr. 743—748: pulchrior tanto tua forma lucet, clarior quanto m i c a t orbe pleno, cum suos i g n i s coeunte cornu iunxit et curru properante pernox exerit uoltus rubicunda Phoebe, nec tenent stellae faciem m i n o r e s ‖ Stat. s. II 6, 35—37: illius unus ante decor, quantum praecedit clara m i n o r e s l u n a faces quantumque alios premit Hesperos i g n e s ‖ Cyprianus heptat. genes. uu. 1116 sq.: effulgens ... quanto luna nitet parua inter sidera caeli ‖ Sil. XVI 33—36: omnia ductor magna adeo Ausonius maiori mole premebat ut Phoebe stellas, ut fratris lumina Phoeben exsuperant **48** **S**: Petr. 88 u. 55: minora ducens (sc. Phoebe) astra ‖ Boeth. cons. I 5, 7: condat stellas luna minores **49** sqq. **S**: Ou. met. XV 858—860: Iuppiter arces temperat aetherias et mundi regna triformis: terra sub Augusto; pater est et rector uterque **51** sq. 'tu — regnes' **T**: sch. Stat. Th. IIII 841 **56** **S**: Sil. XV 79: post Seras et Indos

---

Ω = *ABCDF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*νπau*] **45** oculto *Cδ* aruo *N. Heinsius* **46** marcelli *Ω Porph. Ac. Pseudacr.* Marcellis *Peerlkamp* omnis *ACDFR₁λπ* oms̃ *Bγδlau* omnes *ν* **47** ignis *CDR₁νa* ignes *AB Fγδλ'πu* **48** Lluna *δ* **49** humane *ν₁ ut uid. l* humanæ//// *D* **50** saturne *B* **51** Cesaris *Au* fatis *omis. Fδ pr. π pr.* date *B* **52** Cesare *u* **53** imminentis *Dγδa* ĩminentis *A* iminentis *C* inminentis *Rλ* inminentes *F* imminentes *Bνπl corr. u* (em. *l pr.*) **55** subiectȝ *B* = subiectus horę *πu* ḥorae *B* ore *δ* orae *cett.* () **56** Sera s̄ indos *B* Serạs (e suprascr.) *A* Saeras *δ* Seres *πς*

te minor latum reget aequos orbem:
tu graui curru quaties Olympum,
tu parum castis inimica mittes
  fulmina lucis.

XIII.

Cum tu, Lydia, Telephi
  ceruicem roseam, cerea Telephi
laudas bracchia, uae meum
  feruens difficili bile tumet iecur.

---

57 sq. **S**: Archelaus de Lysippi Alexandro (anal. Br. II p. 58): *αὐδασοῦντι δ' ἔοικεν ὁ χάλκεος ἐς Δία λεύσσων· Γᾶν ὑπ' ἐμοὶ τίθεμαι, Ζεῦ, σὺ δ' Ὄλυμπον ἔχε* ‖ anth. Lat. 782 R.: Iuppiter in caelis, Caesar regit omnia terris **59 S**: Ou. fast. II 173: castas ... aquas

I 13. **1** sq. **T**: Diom. p. 521 Victor. p. 168 idem de m. Hor. p. 176 **2** sq. 'cerea pruna: aut cerei coloris aut mollia. Hor. cerea ... laudat brachia' Seru. ad ecl. 2, 53 'lactea candida, ut lactea laudat brachia Hor. dicit' Flauius Caper p. 98 **4 S**: Archil. 131 B.: *χολὴν γὰρ οὐκ ἔχεις ἐφ' ἥπατι* ‖ Hom. Il. VIIII 646: *οἰδάνεται κραδίη χόλῳ* ‖ Aesch. Choeph. 272: *ἧπαρ θερμόν* ‖ Quint. Smyrn. V 324: *ἔζεσε φοίνιον αἷμα, χολὴ δ' ὑπερέβλυσεν αἰνή*

Ω = *ABCDF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*νπau*] **57** latum *A*2*FRγδλ'ν*1 *ut uid. πu Bentl., afferens cum alios auctores tum Ou. met. VIIII* 795: latum patefecerat orbem; laetum *BCDν*2 *ut uid. item a, sed a*1 *fort.* loetū; letum *A*1 *sch. γ uid. Epileg.* regit *Fδπ* reget *u* reget *cett.* regat ς eqs *B* equus *πu* aequus *cett.* **58** quatiens *A* quotiens *π pr.* quatiens *π corr. a* olimpum *ACDγa pr. u* olympum *a corr. cett.* **59** cast//is *R* mites *F* **60** ulmina *δ*

I 13. AD LYDIAM (LIDIAM *B*) *ABC* AD LYDIAM (LIDIAM *Da*) DE TELEPHO· *DRa* EROTICE (PROTICE *δ*) DICOLOS *D*2 *δπ*; *δ add.* ALLOQVITVR LYDIAM MERETRICĒ ATQ· (*sic*) TORMENTO ESSE CV̄ EA THELEFI FORMAM LAVDAT *δ* EROTICE (PROTICE *u*) DICOLOS AD LYDIAM (LIDIAM *u*) *Fu* EROTICE DICOLOS AD LIDIAM DE THELEPHO *γ* EROTICE DYCOLOS (DOCOLOS *l*) ALLOQVIT̄ LIDIAM MERETRICĒ AITQ· TORMENTVM ĒĒ CV̄ TELEPHY (THELEPHY *l*) FORMĀ LAVDET (LAVDAT *λ*) *λ'*

1 .um *γ* lidia *ABDλ'u* thelephi *γ* thelefi *δ* telefi *Seruius* **2** cerea *Ω Ac. Pseudacr. Pph. Seruius* lactea *Flauius Caper* thelephi *γ* telefi *δ* **3** bracchia uae *CR* brachia uae *ABDλa* brachia ue *γνπu* brachiaue *Fl* brachi aue *δ* **4** Ferfens *ψ* difficile *φ*1 *Porph.* difficili *δ* difficili *cett. Ac.* iaecur *CR*

tunc nec mens mihi nec color
  certa sede manent, umor et in genas
furtim labitur, arguens
  quam lentis penitus macerer ignibus.
uror, seu tibi candidos
  turparunt umeros inmodicae mero
rixae, siue puer furens
  inpressit memorem dente labris notam.
non, si me satis audias,
  speres perpetuum dulcia barbare
laedentem oscula, quae Venus
  quinta parte sui nectaris imbuit.
felices ter et amplius,
  quos inrupta tenet copula nec malis
diuolsus querimoniis
  suprema citius soluet amor die.

5—8 S: Sapph. 2 ‖ Apoll. Rh. III 296—298: *τοῖος ὑπὸ κραδίῃ εἰλυμένος αἴθετο λάθρῃ οὖλος ἔρως· ἁπαλὰς δὲ μετετρωπᾶτο παρειὰς ἐς χλόον, ἄλλοτ᾽ ἔρευθος, ἀκηδείῃσι νόοιο* **6 S**: Meleager 53, 2 in Br. anal. I 16: *ὄμμα δὲ σῖγα πόθοις τὸ γλυκὺ δάκρυ φέρει* **8 S**: Ou. a. a. III 573: ignibus heu lentis uretur ut umida faena ‖ Tib. I 4, 81: eheu quam lento Marathus me torret amore **9 S**: Ou. met. VIIII 867: uror enim **12 S**: Ou. am. I 7, 41 sq.: aptius impressis erat os liuere labellis, et collo blandi dentis habere notam **16 S**: Alciphr. epist. I 38: *ὡς δὲ ἡδύ τι καὶ ἀκήρατον ἀπὸ τῶν φιλημάτων νέκταρ ἔσταζεν!* ‖ Sappho fr. 5 B.: *ἔλθε, Κύπρι, ... νέκταρ οἰνοχοεῦσα* **17 S**: Hom. Od. V 306: *τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις, οἳ τότ᾽ ὄλοντο* ‖ Verg. Aen. I 94: o terque quaterque beati ‖ Sil. VIIII 159: felix o terque quaterque ‖ Paul. Silent. 7, 17 sq. (anal. Br. III p. 73): *τρὶς μάκαρ ὃς τοίοισι, φίλη, δεσμοῖσιν ἑλίχθη, τρὶς μάκαρ· ἀλλ᾽ ἡμεῖς ἄνδιχα καιόμεθα* (= uror u. 9) ‖ Ou. a. a. II 447 sq. **18** inrupta copula] **S**: Hom. Il. XV 19 sq.: *δεσμὸν ... ἄρρηκτον* **20 S**: Sil. XIII 686: illa suprema dies

---

Ω = ABCDF(φψ)Rγδλ′(λl)νπau] **5** Tunc *ABCRγ uar. νau* Tum *DFδλ′π* michi *φ* nec// color *ν* **6** manet *B u pr.* manent *cett. sch. γ uid. Epileg.* umọr R_1 *Pph. Ac.* humor *cett. Porph.* **8** penitus ꝑpa *omis.* γ_1 **10** *a uersu* 10—18 *euanuit* ν_1 Turbarunt *δ* umeros *Ca* umores R_1 humeros *cett.* R_2 *Ac.* inmodicae *CRγν(2)πa Ac.* inmodice *D* īmodicae A_2*B* īmodice A_1 immodicae *Fδλ′u* **11** feruens *γ* **12** Inpressit *uel* Inp̄ssit *CDFRν(2)a Ac. Pph.* īp̄ssit *B* Impressit *Aγδλ′πu* notan *λ* **13** audies *Dγδν(2)* audias *cett.* **14** dulci *δz* (a *suprascr.*) **15** Laedentem *BCRπ* Ledentem *cett.* **16** inbuit *Ru* imbuit *cett.* **18** Qquos *δ* irrupta *ABγδπ corr.* inrupta *cett. π pr.* tenent $R_1 \delta_1$ pocula R_1 *u* 19 — II 9, 16 *DEFICIT cod. ν* **19** Diuolsusque prementibus $\delta_1 \pi_1$

XIIII.

O nauis, referent in mare te noui
fluctus. o quid agis? fortiter occupa
portum. nonne uides ut
nudum remigio latus,
et malus celeri saucius Africo

I 14. **1—3** 'ἀλληγορία quam inuersionem interpretantur, aut aliud uerbis, aliud sensu ostendit, aut etiam interim contrarium. prius ut: 'o nauis referent — portum' totusque ille Horatii locus, quo nauem pro republica, fluctus et tempestates pro bellis ciuilibus, portum pro pace atque concordia dicit' Quintil. inst. VIII 6, 44 **1** sqq. **S**: Alcaeus fr. 18 B.: *ἀσυννέτημι τῶν ἀνέμων στάσιν· τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται, τὸ δ' ἔνθεν· ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσσον νᾶι φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ, χείμωνι μοχθεῦντες μεγάλῳ μάλα· περ μὲν γὰρ ἄντλος ἱστοπέδαν ἔχει, λαῖφος δὲ πὰν ζάδηλον ἤδη καὶ λάκιδες μεγάλαι κατ' αὐτο· χόλαισι δ' ἄγκοιναι* || Dio Cass. LII 16, 3 sq.: *ἡ πόλις ἡμῶν, ὥσπερ ὁλκὰς μεγάλη καὶ πλήρης ὄχλου παντοδαποῦ, χωρὶς κυβερνήτου πολλὰς ἤδη γενεὰς ἐν κλύδωνι πολλῷ φερομένη, σαλεύει τε καὶ ἄττει δεῦρο κἀκεῖσε, καθάπερ ἀνερμάτιστος οὖσα. μήτ' οὖν χειμαζομένην ἔτ' αὐτὴν περιίδῃς, ὁρᾷς γὰρ ὡς ὑπέραντλός ἐστι· μήτε περὶ ἕρμα περιρραγῆναι ἐάσῃς· σαθρὰ γάρ ἐστι καὶ οὐδένα ἔτι χρόνον ἀντισχεῖν δυνήσεται* **1** sq. 'o — fluctus' **T**: sch. Stat. Th. I 193 **1 T**: Victor. de m. Hor. p. 174 Diom. p. 521 **3 S**: Hom. *οὐχ ὁράᾳς* Il. VII 448 et alibi || Prud. apoth. 479 et psych. 617: nonne uides ut **4** sqq. **S**: Claudian. de sexto consul. Honor. 132 sqq.: qualis piratica puppis ... incidit in magnam bellatricemque triremem, dum praedam de more putat (al. parat), uiduataque caesis remigibus, scissis uelorum debilis alis, orba gubernaclis, antemnis saucia fractis ludibrium pelagi uento iaculatur et unda **4 T**: Victor. de m. Hor. p. 176 **5 T**: Seru. ad Aen. V 487 **S**: Liu. XXXVII 24, 8:

Ω = ABCDF(φψ)Rγδλ'(λl)πau]

sch. λ uar. sch. φ uar. Diuolsus *Fγδ1λ'π* () Diuulsus *cett.* Diuolsos *Muretus* queremoniis *λ1φψ2* quaeremoniis *R1l* q̄remoniis *π2* cerimoniis *B* querimoniis *cett. δ2ψ1, item D, sed* ri *ab altera manu in rasura esse uidetur* **20** Supp̄ma *u* cicius *D* soluit *γ*

I 14. AD REMPVBLICAM TETRACOLOS *AB* IN (*hic omis. R*) NAVIM (NAVEM *C, omis. R*) DE BRVTO REPARANTE (REPARANT/// *a* REPARENTE// *R* REPARANTĒ *C*) BELLVM CIVILE *CDRa, R add.* IN NAVI, *CDa add.* AD REM PVBLICAM, *CD praeterea add.* TETRACOLOS (TETRALOCOS C)· PARENETICE (PARANETICE *π*) TETRACOLOS (TRTRACS *π*) ALLEGORICE (ALLOGORICE *δ*) BRUTO UEL AD ·R̄·P̄· *δπ* PARANETICE TETRACOLOS AD BRVTVM *Fλ'* AD NAVEM MARCI BRVTI REPARANTĒ BELLVM CIVILE *γ* PRAGMATICE DICOLOS AD NAUEM BRUTI *u*

3 nonne] n̄e *C* **4** remio *Victorini cod. A* **5** et] nec *Seruius* saucius Africo] africo saucius *λ* actus africo *Fγπ1* actus affrico *δ* ////africo *l* actus ab africo *ς(σ2)* saucius *R* sacius *C* affrico *Rδu*

antemnaeque gemant, ac sine funibus
uix durare carinae
possint imperiosius
aequor? non tibi sunt integra lintea,
non di quos iterum pressa uoces malo.
quamuis Pontica pinus,
siluae filia nobilis,
iactes et genus et nomen inutile:
nil pictis timidus nauita puppibus
fidit. tu nisi uentis
debes ludibrium, caue.
nuper sollicitum quae mihi taedium,
nunc desiderium curaque non leuis,
interfusa nitentis
uites aequora Cycladas.

---

uulnerata nauis erat; etiam Graeci τὰς ναῦς τετρωμένας (Herod.) uel τραυματισθείσας (Thuc.) uocabant **6—9** 'ac — aequor' **T**: Seru. ad Aen. VIII 577 **6 S**: Sen. Oed. 907: antemnae tremant **6** sq. sine funibus ... carinae] **S**: Lucan. II 621: contentae fune carinae ‖ V 514: haerentem fune carinam **7—9** 'uix durare possunt imperiosius aequor' **T**: Seru. ad Aen. I 207 **8** imperiosius] **S**: Claudian. fesc. 1, 3: imperiosior **10 S**: Minuc. Felix c. 28: siqui infirmior malo pressus et uictus Christianum se negasset **12 S**: Mart. XIIII 90: nec siluae filia Maurae ‖ Symphos. aenigm. 13, 1 de naue: longa feror uelox formosae filia siluae **13 S**: Ou. her. 16, 51: et genus et proauos et regia nomina iactas ‖ Sil. X 502: et genus et clara memorandum uirgine nomen **15** sq. **S**: γέλωτα ὀφλισκάνειν **16** 'ludibrium pelagi' extat etiam ap. Lucan. VIII 710 **17 T**: Pseudoprobus p. 247 Pseudophiloxenus 185, 56: sollicitum: conturbatum **18** cura] **S**: μέριμνα uel μέλημα (Pind. Eur. Anacr.) **19** sq. **S**: Sedul. in epist.

Ω = ABCDF(φψ)Rγδλ′(λl)πau] **6** Antemnaeque *ABCDγ π corr. a l* Antem nęque *R_2φ* Antem neque *R_1λψ_1* Antempneq; *u* Antemnequæ *δ_1* Antēnęquæ *δ_2* Antemquę *π_1 aut pr.* gemant] gemunt *π_2y* finibus *B* **8** *sq.* Possint imp : aeq : | Non tibi s : i : l : *Fγδπ* Possunt *Cu Seruius* Possint *cett.* imperiosius æquor? Non *δ* **8** imperiosi//us *R* **9** Equor *u* **10** di *BR_1π p. ras.* dii *cett. R_2π ante ras.* uoces p̄ssa malo *u* **11** pontica pi//nus *δ*, ‿ *ab altera manu* **12** fila *δ_1* **13** nomen : inutile! *Pauly* et nomen] et nō *B* nomen *D* inutili *δ_1* **14** Nihil *Ca_1* picti//s *R* tumidus *γ* nauta *A_2* pupibus *BDγδ* **16** D//ebes *δ* Debes *B* ludibria *γ* **17** sollititū *C* michi *ψ* taedium *BDRa* tedium *ACFγδλ′πu* **18** que] *erosum in δ, exhibet cod. z* non] nec *δ* **19** nitentis *ACDRλπ pr. φ_2a Pph.* nitentes *Bγδπ corr. $\varphi_1\psi_2$lu* nitens *ψ_1* **20** equora *πu* cycladas *ABDRπφ uar. a Ac. Pph.* cicladas *Cu* cyclades *Fγδλ′*

XV.

Pastor cum traheret per freta nauibus
Idaeis Helenen perfidus hospitam,
ingrato celeris obruit otio
uentos ut caneret fera
Nereus fata: 'mala ducis aui domum,
quam multo repetet Graecia milite,
coniurata tuas rumpere nuptias
et regnum Priami uetus.
heu heu, quantus equis, quantus adest uiris

---

ad Macedonium p. 171: sanctis tamen iussionibus non resultans iniunctam suscepi prouinciam et procellosis adhuc imbribus concussae ratis uela madentia tumentis pelagi rursus fatigationi commisi per emensos cursus reuoluti discriminis et Cycladas nitentes (ingentes codd.)

I 15. **1** sqq. **T**: Lactantius ad Stat. Th. VII 330: Ithone ciuitas Boeotiae est. hinc Bacchylides Mineruam Ithoniam dixit, et A<la>lcomenem ipsam significat, quem imitatus est Horatius in illa ode, in qua Proteus Troiae futurum narrat excidium || Porphyr.: hac ode Bacchylidem imitatur. nam ut ille Casandram facit uaticinari futura belli Troiani, ita hic Proteum **S**: Hom. Lat. 320 sqq. || Stat. Ach. I 20 sqq. **1** sq. **S**: Stat. s. I 2, 214: pastor, ad Idaeas Helena ueniente carinas **1 T**: Diom. p. 521 omissa uoce 'nauibus' Victor. de m. Hor. p. 174 pastor] **S**: Bion 2, 10: *ὁ βωκόλος* = Paris **2** perfidus hospitam] apud Eur. Tr. 866 Paris *ξεναπάτης* uocatur **4** sq. cf. 'Nereus ut caneret feros' Victor. p. 145 **S**: Lucr. V 1338: fera fata suis cum multa dedere **4 T**: Victor. de m. Hor. p. 176 **5** sq. **T**: Prisc. VII 67 **5 S**: Pind. N. 9, 18 sq.: *αἰσιᾶν οὐ κατ' ὀρνίχων* **6** sq. **S**: anth. Lat. c. 897, 65 sq. R.: Graecia coniurat repetendam mille carinis, iurata hanc ratibus Graecia mille petit **9** sq. **S**: Hom. Il. II 388. 390: *ἱδρώσει μέν τευ τελαμὼν ... ἱδρώσει δέ τευ ἵππος* || Stat. Th. III 210 sq.: quantus equis quan-

---

I 15. *Ω* = *ABCDF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πau*] AD ALEXANDRVM (ALAXANDRVM *B*) PARIDEM *AB* YPOTETICE TETRACOLOS (DICOLOS *u*) AD ALEXANDRVM *Fλ'u* HYPOTETICE TETRACOLOS ALEXANDRI *δπz* SUB PERSONA PARIDIS EXPONIT (EXPONET *C*R_1 *ras. a*) IMMINENTIA (IMMINENTIO *D* INMINENTIA *C*) ILIO · (ILIONEA *DRa ante corr.*) *CDMRa* YPOTHETICE TETRACOLOS AD PARIDEM ALEXANDRVM SVB CVIVS PERSONA EXPONIT IMMINENTIA ILIO *γ*

1 . astor *γ* **2** Idaeis *ABRλa* Ideis *CDFγδπlu* helenen *ABDγ*π_1 hęlenen R_1 elenen *Fl* elemen λ_1 aelenen *δ* helenē (= helenem) *C* hęlenā *uel* hęlenē R_2 helenam π_2*u* () hopitam δ_1 **3** celeris *AB CD*$R_1\gamma_1$*a Pph.* celeres *Fδλ'πu* ocio *Cal* **4** caneret] ca *Victorini cod. A p.* 176 **5** Nereos δ_1 Nereus *cett. sch. γ Priscianus Victorinus* Proteus *Porph. sch. Stat.* fata] fama *Prisciani codd. plerique* **6** graecia *ACDRλa* grecia *Fγπlu* ḡcia *B* gretia *δ* **8** ue//tus *R* **9** Heuheu *uel* Heu heu *ABCDRa* Eheu *Fγδλ'u Ac.* Heheu *π* quamtus e : quamtus *λ*

sudor! quanta moues funera Dardanae
genti! iam galeam Pallas et aegida
  currusque et rabiem parat.
nequicquam Veneris praesidio ferox
pectes caesariem grataque feminis
inbelli cithara carmina diuides;
  nequicquam thalamo grauis
hastas et calami spicula Cnosii
uitabis strepitumque et celerem sequi
Aiacem: tamen heu serus adulteros
  crines puluere collines.

---

tusque uiris in puluere crasso sudor, io quantum crudele rubebitis amnes! ‖ 150 sq.: subitusque cucurrit sudor equis sudorque uiris **10** sq. **S**: Sil. XV 732—34: hei mihi! quanta cessauit Latio dextra, et quot funera Poenis donarunt praui suffragia tristia campi! **11** sq. **S**: Hom. Il. V 738. 743. 745: *ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν . . . κρατὶ δ' ἐπ' ἀμφίαλον κυνέην θέτο τετραφάληρον . . . ἐς δ' ὄχεα φλόγεα ποσὶ βήσετο* **12** Pallas praeter ceteros furit Hom. Il. II 446 sqq. Valer. Fl. V 626 'rabidam' Pallada dixit **13** sqq. **S**: Hom. Il. III 54 sq.: *οὐκ ἄν τι* (al. *τοι*) *χραίσμῃ κίθαρις τά τε δῶρ' Ἀφροδίτης ἥ τε κόμη τό τε εἶδος, ὅτ' ἐν κονίῃσι μιγείης* ‖ incerti panegyr. Constantio C. d. 16 p. 143 sq. B.: illa barbara aut imitatione barbariae olim cultu uestis et prolixo crine rutilantia, tunc uero puluere et cruore foedata (corpora) . . . iacuerunt **13 S**: Plaut. Rud. 693: praesidio Veneris **16—18** argumentum aperte sumptum ex Hom. Il. III 382 (*κάδ' δ' εἷσ' ἐν θαλάμῳ εὐώδεϊ, κηώεντι*) **16** sq. grauis hasta] Hom. *ἔγχος βριθύ* **17 S**: Prud. cath. V 52: praefigit calamis spicula Gnosiis **18** sq. 'et — Aiacem' **T**: Prisc. XVIII 44; ex Hom. Il. XIIII 520 sq.: *πλείστους δ' Αἴας εἷλεν Ὀιλῆος ταχὺς υἱός· οὐ γάρ οἵ τις ὁμοῖος ἐπισπέσθαι ποσὶν ἦεν* **18** strepitum] **S**: *κυδοιμός* et *φλοῖσβος* in Iliade **20 S**: Hom. Il. XVI 795 sq.: *μιάνθησαν δὲ ἔθειραι αἵματι καὶ κονίῃσι*; alterum locum ad uu. 13 sqq. laudauimus ‖ Pind. N. 1, 68: *φαιδίμαν γαίᾳ πεφύρσεσθαι*

Ω = ABCDF(φψ)Rγδλ'(λl)πau] **10** quamta *λ* dardane *π* **11** egida *Dγπau* aegidam *Ac.* **12** rabiam *Rpr.?l1* **13** Nequicquam *A1 R1 ut uid. u Ac. Pph.1* Nequicquam *φ corr. ead. m.* Nequiquam *R* Nequi_quam, ⎵ *ab alt. m., l* Nequiquam *cett.* ueneri//s *l* presidio *Fγλ* (p̄s. *CDπu*) ferox *R* **14** cesariem *ADFπau* **15** Imbelli *Bλ* Inbelli *cett.* cythara *CDFλ'π* diues *ψ1* **16** Nequicquam *A1* Necquicquam *u* Nequiquam *cett.* graues *Au R2* grauis *R1 cett.* **17** cnosii *R1* gnosii *cett. R2* **19** seros *B* seros (v *supra* o) *C* *uu.* **20—32** *omis. B* **20** Crines *ACDγ uar. λ'π corr. au sch. λ alt. l. i. t.* Cultus *FRγδπpr. sch. λ alt. l. et sch. φ* (*interpr.* 'ornamenta') *c. Ac.* (); *Pseudacr.*: 'Puluere conlines] h. e. procuratam capillorum pulchritudinem puluere inquinabis ut et: Foedare in puluere crines.' *cf. carm.* IIII 9, 13 *sq.*: 'comptos . . . adulteri crines' collines *π*

non Laertiaden, exitium tuae
gentis, non Pylium Nestora respicis?
urgent inpauidi te Salaminius
  Teucer, te Sthenelus sciens
pugnae, siue opus est imperitare equis,
non auriga piger. Merionen quoque
nosces. ecce furit te reperire atrox
  Tydides melior patre:
quem tu, ceruos uti uallis in altera
uisum parte lupum graminis inmemor,

κόμαν ‖ Verg. Aen. XII 99: foedare in puluere crinis ‖ Ou. tr. I 3, 93 sq.: foedatis puluere turpi crinibus ‖ Homer. Lat. 323: Iliacoque tuos foedaret puluere crines ‖ Sil. XIII 311: foedantes in puluere crinem   **21** sq. **S**: Ennius trag. 68 V. de Paride loquens, eum esse exitium Troiae, pestem Pergamo ‖ Sen. Tr. 892 sq. de Helena: pestis, exitium, lues utriusque populi ‖ Herc. fur. 358: quidnam iste, nostri generis exitium ac lues? ‖ Ou. met. XIII 500: exitium Troiae nostrique orbator Achilles ‖ Sil. V 460 sq.: exitium trepidis letique et stragis acerbae causa Sychaeus erat   **22** 'Nestora Pylium' **T**: sch. Stat. Th. VII 129   **S**: eleg. in Maecen. 1, 137: ter Pylium fleuere sui, ter Nestora canum ‖ Hom. Il. II 54: *Νεστορέῃ παρὰ νηὶ Πυλοιγενέος βασιλῆος*   **23** sq. **S**: Hom. Il. VIII 266—272   **24—26** **S**: Hom. Il. IIII 367 sqq.   **24** sq. 'Sthenelus sciens pugnae' Quintil. inst. VIIII 3   **S**: Hom. Il. V 11: *μάχης ἐὺ εἰδότε πάσης*   **26** sq. **S**: Hom. Il. VII 165 sq.   **27** sq. **S**: Hom. Il. IIII 405 ‖ Il. VI 100 sq.: *ἀλλ' ὅδε λίην μαίνεται*   **28** **S**: Hom. Il. IIII 405, ubi Sthenelus Agamemnoni pro se et Diomede respondet: *ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι* ‖ Auson. epit. 7, 1 Sch.: conditur hic genitore bono melior Diomedes (cf. etiam c. I 16, 1)   **29** sq. **S**: Hom. Il. XIII 101 sqq.: *Τρῶας … οἳ τὸ πάρος περ φυζακινῇς ἐλάφοισι ἐοίκεσαν αἵ τε καθ' ὕλην θώων παρδαλίων τε λύκων τ' ἤια πέλονται*   uallis in altera … parte] **S**: Prud. per. X 846: at parte campi ex altera   **30** **S**: Verg. ge. III 498: immemor herbae

---

Ω = *ACDF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πau*]   **21** non] Nam non *γ*   laertiaden *Rπ2l*   lertiaden *δ*   laerciaden *C*   laertiadem *λ1*   lertiaden *AFπ1*   lerciaden *γaAc.pr.*   lartiaden *D*   lertiadem *u*   exitium] exicium *a*   excidium *γδ* (exitiales [exic: *sch. λ*] duces *Pseudacr. sch. λ*)   **22** Gentis *ACDR2λ'π*   Genti *FR1γδu et fort. a, sed parum liquet* ()   pilium *Aπpr.*   pelium *Fδu*   peleum *π corr.*   **23** Urgent (v *supra* g) *π*   impauidi *al*   inpauidi *cett.*   **24** Teucer te sthenelus (sthelenus *l*) *AFRλ'Ac.*   Teucer te sthelen' *a*   Teucer et stenelus (sthelenus *Cδ*   stelenus *γ*) *CDγδ*   Teucer. stelenuſq; *u*   Teucer (te *supra*) stelenus(q, *supra*) *π* ()   **25** Pugne *A1*   inperitare *C*   **26** merionen *ACR2γ1πψl*   merionem *cett. R1γ2*   **27** Nosses *π1*   Nosces *u*   atrox *omis. u*   **28** Tydides *ACRδλ'πa*   Tytides *l2ς*   Tidides *DFγ*   Titides *u* ()   **29** ceruus *Ω*   **30** Visum *R*   inmemor *CRδλ'π sch. γ*   īmemor *A*   immemor *DFγau*

sublimi fugies mollis anhelitu,
non hoc pollicitus tuae.
iracunda diem proferet Ilio
matronisque Phrygum classis Achillei;
post certas hiemes uret Achaicus
ignis *Pergame*as domos.'

XVI.

O matre pulchra filia pulchrior,
quem criminosis cumque uoles modum
pones iambis, siue flamma
siue mari libet Hadriano.

---

31 S: Menand. ed. M. p. 12: *μετεώρῳ πνεύματι* **32 S**: Hom. Il. III 430 sq.: *ἦ μὲν δὴ πρίν γ' εὔχε' ἀρηιφίλου Μενελάου σῇ τε βίῃ καὶ χερσὶ καὶ ἔγχεϊ φέρτερος εἶναι* **35** sq. **S**: Hom. Il. XXI 375 sq.: *ὁπότ' ἂν Τροίη μαλερῷ πυρὶ πᾶσα δάηται δαιομένη, δαίωσι δ' ἀρήιοι υἷες Ἀχαιῶν* **36 S**: Stat. s. IIII 6, 100: Iliacas Geticasque domos

I 16. Hoc carmine Horatius imitatus est Stesichori illam *παλινῳδίαν*; Pseudacr.: 'imitatus Stesichorum poetam Siculum, qui uituperationem scribens Helenae caecatus est et postea responso Apollinis laudem eius scripsit et oculorum aspectum recepit' **1 T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 470 Diom. p. 521 Victor. de m. Hor. p. 179 . haec elocutio ad Stesichorum referenda uidetur **2** sq. modum ponere Verg. Aen. VII 129 Stat. s. II 6, 1 sq. Symmach. epist. I 47 **3 T**: Diom. p. 510 Victor. de m. Hor. p. 179 **4 T**: Victor. de m. Hor. p. 180

Ω = ACDF(φψ)Rγδλ'(λl)πau] **31** Subilimi *δ1* anelitus *δ* **33** *REDIT cod. B* Iracunda// *Fλ* iłlio *ψ* **34** phrygum *ACcorr.γλπ* phrigum *δa* ph*r*ygum *R* frygum *BCpr.* frigum *DFlu* clasis *φ* achilei *C* **35** hyemes *γ* **36** illiacas *F* illacas *R ante ras.* iliacas *cett. Rp.ras.* Pergameas *editio Petri van Os Zwollis* 1500, *Glareanus e codd.* (?) barbaricas *uel* Dardanias *alii; cf. Epileg.*

I 16. AD TINDARIDEN *A* AD TYNDARIDE͞ *B* PALINODIA GRATIDIAE (CRATIDIE *π* GRATIDIE *γz*) *γδπz* PALINODIA GRATIDIAE (CRATIDIAE *λ*) VEL TYNDARIDIS (TINDARIDIS *Fλ*) *Fλ'* AD TINDARIDEN FACIENS (FATIENS *C*) IAMBORVM POTESTATEM *CDa* AD CANIDIAM FACIENS IAMBORVM POTESTATEM *R* YPOTETICE TRETRACOLOS AD TINDARIDEM *u*

1 O *om. C* pulcra *Aψlpr.uPph.* pulcrior *ψuPph.* puchrior *δ* pulchior *Seru.* **2** cūq;///oles (u *superscr.*) *π* **3** ~~Pones~~ *A* Ponis *FR1γδ1π* Pones *cett. Diom. Victor.* iambis] iam *codd. Diomedis* flammam *γ* flammam *Fλ'* *u. 4 post u. 5 in u pr.* **4** adriano *Fγδπu Pseudacr.*

non Dindymene, non adytis quatit
mentem sacerdotum incola Pythius,
non Liber aeque, non acuta
sic geminant Corybantes aera,
tristes ut irae, quas neque Noricus
deterret ensis nec mare naufragum,
nec saeuos ignis nec tremendo
Iuppiter ipse ruens tumultu.
fertur Prometheus addere principi
limo coactus particulam undique
desectam et insani leonis
uim stomacho adposuisse nostro.

---

5 sq. **S**: Claudian. rapt. Pros. II 269 sq.: seu tu sanguineis ululantia Dindyma Gallis incolis ‖ Lactant. inst. II 14: spiritus ... tenues ... mentes furoribus quatiunt 6 incola] **S**: Gratt. cyn. 438 ‖ Sil. XV 294 7 sq. 'acuta — aera' **T**: Pseudacr. ad c. I 34, 15 8 **S**: Stat. Th. VIII 221: gemina aera sonant Idaeaque terga 10 **S**: Aus. eph. 7, 8: per mare nauifragum ‖ idem epist. 7, 40: nauifrago ... aequore ‖ Ou. met. XIIII 6: nauifragum ... fretum ‖ Tib. II 4, 10: naufraga ... unda 12 **S**: Lucr. VI 400 sqq.: denique cur numquam caelo iacit undique puro Iuppiter in terras fulmen sonitusque profundit? an simul ac nubes successere, ipse in eas tum descendit, prope ut hinc teli determinet ictus? ‖ 'ruere' de caelo uel aethere **S**: Lucr. I 1097 Val. Fl. I 828 Sen. Herc. Oet. 1244 Verg. ge. I 324 ‖ Ζεὺς καταιβάτης Aesch. Prom. 358 sq. ‖ caeli tumultus legitur Stat. Th. I 372. XI 26 13 sq. principi limo] ὁ ἀρχὸς πηλός Graecorum 14 sq. **S**: Prud. cath. XI 49—52: hic ille natalis dies, quo te creator arduus spirauit et limo indidit sermone carnem glutinans 15 sq. **S**: Prud. ham. 280 sq.: qui regit inualidam propria de carne resectam particulam ‖ mythographus II 63 p. 96 Bode: unde uim leonis stomacho dicitur apposuisse

---

Ω = *ABCDF*(φψ)*R*γδλ′(λl)π*au*] *u.* 5 *om. u*1 dindymene *DR*π*a* dindimene *C*γ dindymenę δφ dindimenę ψ dyndymene λ′ dyndimenae *A* disidimene *B* dimdimene *u* Liber aeque *Sanadon* adytis *CR*γ additis δ aditis *cett.* adyti *Hemsterhuys uid. Epileg.* quatis *B* 6 pythius *ABCDR*λ′ pithyus *F* pith(y)us δ pithius γπ*au* 7 liber eque *Fu* liber equae *B*δ Dindymene *Sanadon* 8 Si π *pr. Bentl.* Sic π *corr. cett., uid. Epileg.* coribantes *u* choribantes *F*γδ 9 Trist(i)es *B* Tristis *C* π*pr.* dirae *B* ire *l* qu*as* *D* ques π1 (n)coricus *A* noric(v)os *D* 11 se(v)uos π saeuus *BR*δ*a* seuus *cett.* 12 Iupiter ψ*l pr.* 13 ꝓmotheus *D* 14 undiq, rł *B* *uu.* 15—28 *omis. B* 16 sthomacho *F* adposuisse *CFR*δ *Porph.* apposuisse *A*γλ′π*a* aposuisse *D* apposuere *u*

irae Thyesten exitio graui
strauere et altis urbibus ultimae
stetere causae, cur perirent
funditus imprimeretque muris
hostile aratrum exercitus insolens.
compesce mentem: me quoque pectoris
temptauit in dulci iuuenta
feruor et in celeres iambos
misit furentem; nunc ego mitibus
mutare quaero tristia, dum mihi
fias recantatis amica
opprobriis animumque reddas.

18—20 ʽet altis — funditus’ **T**: Prisc. XVII 49 **18** alta urbs] **S**: Hom. *αἰπὺ πτολίεθρον* **19** sq. per. fund.] **S**: Ter. Andr. 244: pereo funditus **20** sq. ʽimprimeretque — aratrum’ **T**: Seru. ad Aen. IIII 212 Isid. or. XV 2, 4 **21** ʽexercitus insolens’ **T**: Pseudacr. ad c. II 4, 2 **22—24** **S**: Commodian. carm. apologet. 4: dum furor aetatis primae me portabat in auras? **22** **S**: Hom. Il. VIIII 255 sq.: *θυμὸν ἴσχειν* ‖ Theogn. 365: *ἴσχε νόον* ‖ Claudian. de VI cons. Hon. praef. 11 sq.: me quoque Musarum studium sub nocte silenti artibus assuetis sollicitare solet ‖ Auien. phaen. 67 sq.: me quoque nunc similis stimulat furor edere uersu tempora ‖ Symmach. epist. I 4, 3: me quoque iubes uersibus tuis nonnulla subnectere **23** **S**: Maecen. apud Seru. ad Aen. VIII 310: (uinum) pulchriora reddit omnia et dulcis iuuentae reducit bona ‖ Prud. cath. VIIII 43: exitu dulcis iuuentae raptum ephebum uiderat **24** sq.: **S**: Adrian. 5 (anal. Br. II p. 286): *Ἀρχιλόχου τόδε σῆμα, τὸν ἐς λυσσῶντας ἰάμβους ἤγαγε Μαιονίδῃ Μοῦσα χαριζομένη* **24** **S**: Apollin. Sid. epist. VIII 11, 7: Flaccum secutus . . . in iambico citus ‖ id. epist. VIII 4, 2: citos iambos **28** an. r.] **S**: Ter. Andr. 333: reddidisti animum (mihi)

Ω = *ACDF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πau*] **17** *altera manus incipit in A cf. c.* II 2 Ire *Dδ1 et fortasse a1* Irę *γπ* thyesten *Rπ* thiesten *ACDFγδ2λal p. ras.* thyestem *u* thiestem *l ante ras.* chiesten *δ1* exicio *a* exi//tio *R* **18** Sstrauere *δ* ultime *γ1* **20** imprimeret *ACDγδa* inprimeret *FRλ'πu Ac.* imprimet *Seruius* **21** aratrum *omis. A pr.* **22** Conpesce *ARu Ac.* Compesce *cett.* menttem *l* **23** in dulci] dulci *l* **24** ince le^{re}s *D* celeres, *omisso* in, *γ* **25** nun *γ1* e+go *ψ* milítibus *δ* **26** Motare *C* quero *Cδψlu* tristitia *R1* tristicia *δ ante ras.* michi *πφu* **28** Opprobriis *ARγδa* Oprobris *F* O//probri//s *π* Obpropriis *l pr.?* Obprobriis *cett. l corr.*

XVII.

Velox amoenum saepe Lucretilem
mutat Lycaeo Faunus et igneam
defendit aestatem capellis
usque meis pluuiosque uentos.
impune tutum per nemus arbutos
quaerunt latentis et thyma deuiae
olentis uxores mariti
nec uiridis metuunt colubras
nec Martialis haediliae lupos,

I 17. **1** sq. 'saepe — Lycaeo' **T**: Prisc. XVIII 188 **S**: Theocr. 1, 123 sqq.: *ὦ Πάν, Πάν, εἴτ' ἐσσὶ κατ' ὤρεα μακρὰ Λυκαίω, εἴτε τύγ' ἀμφιπολεῖς μέγα Μαίναλον κτλ.* ‖ Verg. ge. I 16 sqq.: ipse nemus linquens patrium saltusque Lycaei Pan, ouium custos, tua si tibi Maenala curae, adsis ‖ Apollin. Sid. c. 15, 3: Erechtheo Xanthum mutabat Hymetto **1 T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 470 Diom. p. 522 **2—4** 'et igneam — meis' **T**: Seru. ad (**S**:) ecl. 7, 47 **4 T**: Diom. p. 510 **7** 'et olentis uxores mariti' **T**: Seru. ad ecl. 7, 7 **S**: Theocr. 8, 49: *ὦ τράγε, τᾶν λευκᾶν αἰγῶν ἄνερ* ‖ epigr. anon. anth. Planud. lib. II c. 17, 5: *πόσις αἰγῶν* ‖ Leonidas Tar. in anth. I 6, 2: *ἴξαλος εὐπώγων αἰγὸς πόσις* ‖ Mart. XIIII 140, 1: olentis barba mariti ‖ Apollin. Sid. c. VIIII 238: olidae marem capellae **8 T**: sch. Lactant. ad Stat. Th. V 549 **9 S**: Verg. Aen. VIIII 566: Martius ... lupus ‖ Bentl. ex glossario uetere affert: '*ἐριφοστάσια*] haedilia' et '*ἐριφιῶνες*] haedilia'

I 17. $\Omega = ABCDF(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi a u$] AD EANDEM MERETRICEM (*superscr.* tyndaridem *B*) *BCDa* PARANETICE (TINDARIDI *add.* *γ* ADENDARIDEN $\delta\pi_1$ ADTYNDARIDEN π_2) AGRI SABINI LAVS (LAVDEM *δπ*) ET (ED *π*) MONTIS LVCRETILIS (LVCRETYLIS· *δπ*) *Fγδλ'πu* AD TINDARIDAS *R* AD TVNDARIDEM *Ac.* *omisit titulos usque ad c.* XXVIII *A*

1 amenum *Du* sepe *Cu* lucretile *Cδ* **2** Motat *C* lycaeo *CRγλπ* lyceo *Aδl* licaeo *Bφ* liceo *Dψu; utrum* licęo *an* liceo *exhibeat a, parum liquet* f$\overset{u}{\text{ạ}}$nus *δ* **3** Descendit A_1 (*ut uidetur*) Defendet *R pr.* estatem *u* capillis *B* $\overset{a}{\text{c}}$apellis *δ* **5** Impune *ABRγδλ'a* Inpune *CDFπu Ac.* totum *u* (*superscr.* † tutū), *cum libris Lambinianis Bentl.* p//nemus *δ* arb$\overset{v}{\text{ị}}$tos *R*, *corr. eadem manu* **6** Querunt *CFγδlu* latentis *λ a pr.* l_2 latetis l_1 parentis R_1 latentes *cett.* R_2 *a corr.* thima *ACλ'* tyma *u* **7** Olentes R_1 uxoris *B pr. δ* **8** nec] hic *sch. Stat.* uirides *Fδπu* uridis *C* uiridis *cett.* colubres λ'_1 colubros $R_2\lambda_2$ colubras *cett.* $R_1 l_2$ *uar. Pph.* () **9** Martialis] marcialis R_1 *a* martiales *Fδλ'* marciales CR_2u haediliae $BR_1\varphi_1$ *Bücheler* hediliae *λ'ψ* hedilie *u* aediliae *Porph.* ediliae *δπ* haedilia *AC* hędilia// *γ* haediliạe *a* edilia R_2 hedilia *D Ac.* ('septa hedorum' *Pseudacr.*) ()

utcumque dulci, Tyndari, fistula
  ualles et Vsticae cubantis
    leuia personuere saxa.
di me tuentur, dis pietas mea
et musa cordi est. hinc tibi copia
  manabit ad plenum benigno
    ruris honorum opulenta cornu.
hic in reducta ualle Caniculae
uitabis aestus et fide Teia
  dices laborantis in uno
    Penelopen uitreamque Circen.
hic innocentis pocula Lesbii
duces sub umbra, nec Semeleius

---

10 S: Pind. Ol. 10, 93 sq.: *γλυκὺς αὐλός* **11** 'hanc uallem in car. libro I Vrticam appellat' sch. *γ* in epist. I 16, 6 **S**: Theocr. 13, 40: *ἠμένῳ ἐν χώρῳ* (al. *χόρτῳ*) **13** sq. epistula M. Aurelii apud script. hist. Aug. uita Auidii Cassii c. **11**: dii me tuentur, diis pietas mea cordi est 'dis pietas — est' **T**: Pseudacr. ad serm. II 6, 32 **S**: Stat. s. I 4, 4: es (et codd.) caelo, dis es (diues codd.), Germanice, cordi **14—16** 'hinc tibi copia ad plenum benigno cornu manabit bonorum opulenta ruris' mythogr. I lib. I c. 58 apud Mai class. auct. III p. 23 = p. 20 Bode **16 S**: Stat. s. IIII 5, 1: parui beatus ruris honoribus ‖ Verg. ge. II 404 **17** sq. **S**: Stat. s. III 1, 70: patula defendimus arbore soles ‖ Apollin. Sid. epist. II 2, 2: fallis clementissimo recessu inclementiam canicularem ‖ id. epist. VIII 12, 5: sereni brumalis infida uitabis **18 S**: Symmachus epist. VII 35: uitandis aestibus magis iudico nemorosa, quam cultu aperta congruere ‖ in Scaligeri excerptis p. 692, 53 extat glossa: 'reducta] concaua, depressa' cf. epod. 2, 11. Verg. Aen. VI 703 **18** sq. 'et fide — in unum' **T**: sch. Pers. 6, 4 'et fide Teia' **T**: sch. Franek. ad Hor. epod. 14, 10 **20 S**: Stat. s. I 3, 85: cedant uitreae iuga perfida Circes ‖ sic Corinna dixit *ὑάλινον παῖδα*, fr. 36 B. **22** sq. 'nec — Thyoneus' **T**: Seru. ad

---

Ω = ABCDF(φψ)Rγδλ′(λl)πau] **10** Vtcunq, *C* tindari *δu* dyndari *D* **11** ustice *u* cubantes *B*l_1 **12** personure *R* raxa R_1 **13** Di,me,tuentur *δ* di me] Dume l_1 *ut uid.* Dii *ACDγλu* metuentur *ADλ* displetas *B* diis *ACDγau* **14** hic *Dπ Ac.* hinc *cett. Pseudacr.* *uu.* **15** *sq. omis. B* **15** Manebit A_1 Manauit a_1? *Pph. opp. Porph.* **16** honorum] honore *Pph.* opulent//a *δ* **17** *preducta π* **18** U//itabis *δ* estus *Du* et fide tęia *add.* A_2, *omis.* A_1 tegia *u* taeia *λ pr. al* tela *BR ante ras.* **19** Disces *B ς* Di//ces *R* laborantis *Bλ′ a pr.*? *Pph. Ac.* laborantes *cett.* uno *Ω Porph. Pseudacr.* unum *ς Ac. sch. Pers.* **20** Penelopen] Poene lopen $δ_1$ Penelopem *λu* uitreamque] uitrea. *λ* circem *Fδ* chircen *u* circen *cett.* **22** semel eius *Fγ*l_1 *Seruii Augiensis* se melius *B* semel eius *R* semel eus $δ_1$ semeleius *cett.* $δ_2 l_2$

cum Marte confundet Thyoneus
proelia, nec metues proteruom
suspecta Cyrum, ne male dispari
incontinentis iniciat manus
et scindat haerentem coronam
crinibus inmeritamque uestem.

XVIII.

Nullam, Vare, sacra uite prius seueris arborem
circa mite solum Tiburis et moenia Catili:
siccis omnia nam dura deus proposuit, neque
mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.

---

ge. II 455 **S**: Stat. s. I 2, 220: Laetous uatum pater et Semeleius Euhan **25—28 S**: Lucian. dial. mer. 8, 1: *ὅστις δὲ . . . μήτε ζηλοτυπεῖ μήτε ὀργίζεται μήτε ἐρράπισέ ποτε ἢ περιέκειρεν ἢ τὰ ἱμάτια περιέσχισεν, ἔτι ἐραστὴς ἐκεῖνός ἐστιν;* **26 S**: Ou. am. I 4, 39 sq.: fiam manifestus amator et dicam: mea sunt iniciamque manus **27** sq. **S**: Ou. a. a. III 569: nec scindet tunicas . . . puellae

I 18. **1 T**: Diom. p. 510 et 522 Victor. p. 150. 168 de m. Hor. p. 181 Terentian. p. 405 Plot. p. 539 ter. Seru. de m. Hor. IIII p. 471 **S**: Alc. fr. 44 B.: *μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδριον ἀμπέλω* **3** sq. **S**: Eur. Bacch. 283 de uino: *οὐδ' ἔστ' ἄλλο φάρμακον πόνων* ‖ Ou. a. a. I 238: cura fugit multo diluiturque mero **4 S**: Eur. Bacch. 278 sqq.: *ὁ Σεμέλης γόνος βότρυος ὑγρὸν πῶμ' ηὗρε . . . ὕπνον τε λήθην τῶν καθ' ἡμέραν κακῶν δίδωσιν, οὐδ' ἔστ' ἄλλο φάρμακον πόνων* ‖ ibid.

Ω = ABCDF(φψ)Rγδλ'(λl)πau] **23** confundat *B ante corr.* confundet *B corr. cett. Seruii Augiensis* thyoneus *ABCRλa Seruii Augiensis* tyoneus *Fl* thioneus *Dγδπu Ac.* **24** Proelia *CDFRγπa* Praelia *Aδλ'* P̄lia *Bu* metuens *DRγ* metuas ς metuis *Pph.* metues *cett. Porph.* proteruum *Ω* **25** cirum *γφau* nec *BD ante ras. δ ante ras. π ante ras.* **26** Incontinentes *Fδl2u* Incontinentis *cett. l1* initiat *CFRγu* **27** scindit *B* herentem *CDγδlu* choronam *ψ* **28** imeritam *B* immeritam *γλ'* inmeritam *cett.*

I 18. AD VARVM QVINTILIVM *BCλ'* PRAGMATICE MONOCOLOS AD VARVM *δπ* PARANETICE MONOCOLOS AD VARVM *Fλ'u*, *add.* QVINTILIVM *λ'* PARANETICE MONOCOLOS QVINTILIO VARO SVMMAM DICENS VINI SED CVM MODO VOLVPTATEM *γ* ALLOQVIT̃ VARV̄ QVINTILIV̄ (*omis. R*) DE VITIBVS SVMMAM DICENS VINI SED CVM MODO VOLVPTATEM· *DRa*

1 sacram *R1* uit ę *R* uitae *Victorini cod. A* seberis *Seruius de metris* **2** solĕm *π* menia *u* cathilli *λ* (*et σ*, chatili *v*) catthilli *B* catilli *u* chatilli *δ* cathilli *cett.* () **4** difugiunt *A*

quis post uina grauem militiam aut pauperiem crepat?
quis non te potius, Bacche pater, teque, decens Venus?
ac nequis modici transiliat munera Liberi,
Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero
debellata, monet Sithoniis non leuis Euhius,
cum fas atque nefas exiguo fine libidinum
discernunt auidi. non ego te, candide Bassareu,
inuitum quatiam nec uariis opsita frondibus

---

375 sqq.: *Βρόμιον ... ὃς τάδ' ἔχει ... ἀποπαῦσαί τε μερίμνας* ‖ Maximian. eleg. 5, 63: curis ... mordacibus ‖ Nonnus XXXXVII 53 *θυμοβόρους ... μελη-δόνας* ut Hes. *ἔργ.* 66 *γυιοβόρους* aut *γυιοκόρους μελεδῶνας*, praeterea uide adnot. ad c. II 11, 18; alibi *μελεδῶνες* dicuntur *θυμοδακεῖς* 5 **T**: Seru. ad. Aen. I 738 Nonius 255 M. **S**: Theogn. 1129: *εἰ πίομαι, πενίης θυμοφθόρου οὐ μελεδαίνω* 6 sq. cf. 'te potius Bacche — decens canto Venus, qui modicos amatis' Plot. p. 536 7 sq. **S**: anth. Lat. 633 R.: Iacche, graui ... Lapithas bello perdis, uina sitim sedent ... hos fines transiluisse nocet ad sententiam **S**: Theogn. 471 sq.: *ὃς δ' ἂν ὑπερβάλλῃ πόσιος μέτρον, οὐκ ἔτ' ἐκεῖνος κτλ.* ‖ 509 sq.: *οἶνος πινό-μενος πουλὺς κακόν· ἢν δέ τις αὐτὸν πίνῃ ἐπισταμένως, οὐ κακόν, ἀλλ' ἀγαθόν* ‖ Hom. Od. XXI 293 sq.: *οἶνός σε τρώει μελιηδής, ὅστε καὶ ἄλλους βλάπτει, ὃς ἄν μιν χανδὸν ἕλῃ μηδ' αἴσιμα πίνῃ*; deinde legimus quae adscripsimus ad u. 8 8 'Centaurea — rixa' **T**: Pseudacr. ad c. II 12, 4 **S**: Hom. Od. XXI 295 sqq.: *οἶνος καὶ Κένταυρον ἀγάκλυτον Εὐρυτίωνα ἄασ' ... ἐς Λαπίθας ἐλθόντ' ...* ‖ Nicarch. in anth. Pal. XI 1: *οἶνος καὶ Κένταυρον ἀπώλεσεν, ὡς ὄφελεν δὲ χἠμᾶς* ‖ Alc. in anth. Pal. XI 12: *οἶνος καὶ Κένταυρον, Ἐπίκρατες, οὐχὶ σὲ μοῦνον ὤλεσεν* 9 'monet — euigius' **T**: schol. D ad Hor. c. II 7, 27 11 sq. 'non — quatiam' **T**: Seru. ad Aen. IIII 301 schol. Pers. I 101 mythogr. III tractat. 6, 33 ap. Mai class. auct. III p. 211 = p. 195 Bode 11 'candide Bassareu' **T**: mythogr. III tract. 12, 2 ap. Mai class. auct. III p. 267 = p. 244 Bode **S**: Tib. III 6, 1: candide Liber! uocem 'Bassareus' ex Anacreonte sumpsisse uidetur Horatius

---

Ω = *ABCDF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πau*] **21** rapidus *Ω Ac.* rabidus *y* **22** Illyricis *BDRa* Illirycis *A* Illiricis *Cγψu* Yllyricis *λπ* Ylliricis *δφl* nothus *A2CFR2γδπcorr.lu* notus *D* **23** tu] ta *B* uage *AFRδl* harenę *π* **24** inhumato] inumato *λ* intumulato *Peerlkamp, sed cf. Pseudosen. Octau.* 343 *sqq.* **25** sic] si *Cς* sit *λ* quocūq. *l1ς* qđcumque *R* mịnabit reurȝ *B* (reurȝ *fort. B1*) **26** hęsperiis *δ* uenusiae *l* **27** Plectentur *B* Flectantur *ψ* (*sed* F *minio picta*; *μ*) ('flectat' *Pseudacr. in textu et schol. γ i. t. alt. l. opp. schol. γ alt. l.*) **28** tibi *δ* **30** Neclegis *Rpr.ς*(*z1, cons. δ1*) *Seruii Augiensis* Nneglegis *δ* Necglegis *λ* Negligis *Cγ corr. π2 aut corr. u* Neglegis *ABDFR corr. γ1π1 aut pr* () īmeritis *B* immeritis *γl* inmeritis *cett. Seruii Augiensis*

postmodo te natis fraudem committere? forset
debita iura uicesque superbae
te maneant ipsum: precibus non linquar inultis,
teque piacula nulla resoluent.
quamquam festinas, non est mora longa; licebit
iniecto ter puluere curras.

XXVIIII.

Icci, beatis nunc Arabum inuides
gazis et acrem militiam paras

---

31 postmodo ... natis] **S**: Theogn. 205 sq.: *ἀλλ' ὁ μὲν αὐτὸς τῖσε κακὸν χρέος οὐδὲ φίλοισιν ἄτην ἐξοπίσω παισὶν ὑπερκρέμασεν* **32** cf. Tib. I 8, 77: at te poena manet, ni desinis esse superba **35** sq. 'non — curras' **T**: Seru. ad Aen. VI 176 **35** **S**: Asclepiades anth. Pal. XIII 23, 1: *ἰὼ παρέρπων μικρόν, εἴ τι κἀγκονεῖς* (al. *καὶ κονεῖς*), *ἄκουσον* || Quintil. decl. V 6: hinc et ille uenit affectus, quod ignotis cadaueribus humum congerimus et insepultum quodlibet corpus nulla festinatio tam rapida transcurrit, ut non quantulocumque ueneretur aggestu **36** **S**: anth. Lat. 184, 10 R.: iniecto membris puluere plaga fugit

I 29. **1** sq. 'Icci — gazis' **T**: Pseudacr. ad epist. I 12, 1 'Icci beatis non inuides Arabum gazis' **T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 470 **1** **T**: Diom. p. 522 Victor. de m. Hor. p. 179 **S**: Sen. Oed. 117 sq.: cinnami siluis Arabes beatos uidit **2** **S**: Hom. Il. II 440: *ἐγείρομεν ὀξὺν ἄρηα*

Ω = *ABCDF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πau*] **31** Postmodō (v̄ superscr.) *A*, v̄ *ab alt. m.* Postmo *ψ*1 conmittere *u Ac.* comitere (t superscr.) *ψ* cõmiꝛe (= commitere) *l* committere *cett.* forset *DR*2*δλπ* *Priscianus Pph.* fors et *CFγl* fors*an* *A* (*A*1 *euanuit*) forsit *R*1*a* forsan *Bγ uar.* *π uar.* fors*et u cf. Seru. ad Aen.* XI 50 'forset] pro (Fors pro *schol. φ*) forsan (forsam *schol. λ*) uel pro forsitan (forsita (m superscr.) *schol. λ*)' *schol. λφ cons. schol. π* () **32** Dæbita *D* *ui*cesq. *δ* suberbae *l*1 **33** liquar *δ*1 inultis] multis *B* in//ultis *π* **35** resoluant *u pr.* **36** ter] *supra uersum δ* curas *BD pr. γψ*1

I 29. AD ICCIVM *ABDR* AD ICCIVM (ICCVM *u* IC//CIVM *δ*) LOQVITVR *Fδλ'πau* HICCIVM ALLOQVITVR A PHILOSOPHIA AD MILITIAM CONVERSVM *γ* *titulum omis. C*

1 Hicci *γ* Icce *Seruius* Iacci *a ut uid.* Iicci *C* Icci *cett. Victor.* beat*is* *δ* beatis, *sed* b *in ras.*, *π* nunc] nonc (v superscr.) *δ* non *Seruius* inuides arabum *Seruius* uides *expositio metr. Diomedes* *c.* I 29, 2 — 31, 15 *DEFICIT cod. D exciso folio uno; supplementi causa recepimus cod. τ;* *Ω* = *ABCF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πτau* **2** Gaztis *F* Ga//zis *R* galis *Seruius* Gazis *δ* Gazas *π*1 *aut pr.* miliciam *Aa*

non ante deuictis Sabaeae
regibus horribilique Medo
nectis catenas? quae tibi uirginum
sponso necato barbara seruiet?
puer quis ex aula capillis
ad cyathum statuetur unctis,
doctus sagittas tendere Sericas
arcu paterno? quis neget arduis
pronos relabi posse riuos
montibus et Tiberim reuerti,
cum tu coemptos undique nobilis
libros Panaeti Socraticam et domum
mutare loricis Hiberis,
pollicitus meliora, tendis?

---

3 **T**: Victor. de m. Hor. p. 179 sq.: 'non ante deuictis s. a.' 4 **T**: Victor. l. c. p. 180 **S**: Catull. 11, 11: horribilis . . . Britannos 7 sq. **T**: Charis. 104 8 **S**: Aus. XXVII 9, 19 Sch.: stat Iouis ad cyathos, genuit quem Dardanius Tros 9 **S**: Hom. (Il. II 718) τόξων ἐῢ εἰδώς et Verg. Aen. VIIII 590: celerem (cf. c. III 20, 9) intendisse sagittam || Claud. in nupt. Honor. fescenn. (XI) 2: Parthis sagittas tendere certior || Ou. met. V 54 sq. de Indo quodam: ille quidem iaculo quamuis distantia misso figere doctus erat, sed tendere doctior arcus 10 sq. **S**: Gregor. Cypr. prouerb. t. II p. 96 Leutsch: ἄνω ποταμῶν χωροῦσιν αἱ πηγαί· ἐπὶ τῶν ἐναντίως λεγομένων, οἷον εἰ ὁ πόρνος λέγει τὸν σώφρονα πόρνον || Eur. Med. 410 sq.: ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί, καὶ δίκα καὶ πάντα πάλιν στρέφεται || Ou. trist. I 8, 1 || her. 5, 30 || ex P. IIII 5, 41 sqq. et 6, 45 sqq. || met. XIII 324 sqq. || Prop. I 15, 29 sqq. || III 7, 31 sqq. et 30, 49 sqq. || IIII 18, 5 sqq. || Claud. in Eutr. I 353: prona petunt retro fluuii iuga || Sil. V 253 sq.: Thrasymennus in altos ascendet citius collis || Petron 134: et rursus fluuios in summo uertice ponam

---

Ω = *ABCF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πτau*] 3 sabeae *BCFγδπ*(*sed in ras.*)*lu* 4 horribili] horribile *R pr.* modo *γ* 5 catenas *δ* *sunt qui post* catenas *punctum ponant* que *τ* *uu.* 7—16 *omis. B* 8 cyatum *Cγλ'π p. ras.* chyatū *π ante ras.* ciatum *δφu* sciatum *ψ* statuet[ur] *δ*, ur *ab alt. manu* stit *tuetur* *φ*ı 9 sericas *δ ut uid.* 10 neget *Ω* *Pseudacr.* negat *Pph.* 11 posse riuos] post seruos *φ*ı 12 tyberim *Cπτl* 13 coemptus *τ*ı nobilis *ACγτa schol. γ* nobiles *FRδλ'πu* *Ac.* 14 paneti *Rδlu* 15 locis *γ*ı lorycis *l* biberis *γ*ı hyberis *l*

XXX.

O Venus regina Cnidi Paphique,
sperne dilectam Cypron et uocantis
ture te multo Glycerae decoram
  transfer in aedem.
feruidus tecum puer et solutis
Gratiae zonis properentque Nymphae
et parum comis sine te Iuuentas
  Mercuriusque.

XXXI.

Quid dedicatum poscit Apollinem

I 30. **1** **T**: Pseudacr. ad c. II 5, 20 Seru. de m. Hor. IIII p. 469 Diom. p. 522 sq. Victor. de m. Hor. p. 175 **2—4** **S**: Claudian. Olybr. et Prob. cons. 195 sq.: sacro ture uocatam Iunonem Inachiis oculos aduertere templis **2** 'sperne — Cypron' **T**: [Prob.] de ultimis syllabis IIII p. 229 **S**: Alcm. 21 B.: *Κύπρον ἱμερτὰν λιποῖσα καὶ Πάφον περιρρύταν* ‖ Stat. Th. V 61: illa Paphum ueterem centumque altaria linquens ‖ Gratt. cyn. 390: sedem spernit amatam **4** Victor. de m. Hor. p. 176

I 31. **1** sqq. **S**: Pind. N. 8, 37 sqq.: *χρυσὸν εὔχονται, πεδίον δ'*

I 30. *Ω = ABCF(φψ)Rγδλ'(λl)πτau*] AD VENEREM *ABCRτ* EVTICE (EUTICI *l*) AD VENEREM (VEREM *λ*) PRO GLICERA *Fλ'u* EVTICE AD VENEREM PRO GLICERA MERETRICE *γ* EVTICE VENERI ET GLYCERAE (GLYCERA *δ*$_1$ GLICERAE *z*) *δπz*

1 cnidi *BFRδπ Porph. Diomedes Victorinus Seruius de metris* gnidi *cett. Pseudacr. expositio metr. Diomedis cod. A* phaphi///que *ψ* pheique *R* paphiq. *τ* **2** Spernere *γ* cyprum *R*$_2$ ciprum *u pr.* cyprom *B* **3** Tu rete *δ*$_1$ Thure *u* multu *γ*$_1$ glycerae *ACφ* glicerae *Bγδτψalu* glycere *Rλ*$_1$ glicęrę *π* decorum *u pr.* **4** Transfert *B* Tranfer *a* edem *u* aeden *Victorinus* **5** Feuidus *ψ* et lutis *λ*$_1$ **6** zonis] nodis *π*$_1$*u*$_1$ *ut uid.* ς *(suar.)* prosperentque *R ante ras.* nymphae *A*$_2$*BCδπτφa* ymphae *R* numphae *A*$_1$ nimphae *γλ'ψu* **7** patrū *τ*$_1$ *comis u iuuen*tas *τ* iuuentas *l* iuuentus *u pr.* **8** Mercuriusquae *A*

I 31. AD APOLLINEM (APPOLLINEM *A*) *ARτa* AD · L · APOLLINE · *BC* EVTICE AD APOLLINEM IPSI SACRIFICANS (SACRICANS *φ*) VITAE (VITE *λ*) PRAESENTIS (PRESENTIS *λ'φ*) STATVM *Fλ'* EVTICE AD APOLLINEM *γπ* EVTICE AD APOLLINEM SACRIFICANS *u* EVTICE AD APOLLINEM Ipsi (Ipsis *δ*) sacrificans uitae statum praesentem (p̄sentem) *δz*

1 poscat (i supra) *R* poscis *Seruius de metris* poscit *δ*

uates? quid orat de patera nouom
fundens liquorem? non opimae
Sardiniae segetes feraces,
non aestuosae grata Calabriae
armenta, non aurum aut ebur Indicum,
non rura quae Liris quieta
mordet aqua taciturnus amnis.
premant Calenam falce quibus dedit
Fortuna uitem, diues ut aureis
mercator exiccet culillis
uina Syra reparata merce,
dis carus ipsis, quippe ter et quater

ἕτεροι ἀπέραντον· ἐγὼ δ' ἀστοῖς ᾄδων (al. *ἀδὼν*) *καὶ* (al. *καγ*) *χθονὶ γυῖα καλύψαιμ' αἰνέων αἰνητά, μομφὰν δ' ἐπισπείρων ἀλιτροῖς* **1** Seru. de m. Hor. p. IIII p. 470 Diom. p. 523 Victor. de m. Hor. p. 179 **3** sqq. **S**: Alpheus 4 (anal. Br. II 129): *οὐ στέργω βαθυληίους ἀρούρας, οὐκ ὄλβον πολύχρυσον, οἷα Γύγης· αὐτάρκους ἔραμαι βίου* **3** Victor. de m. Hor. p. 180 **4** Victor. (cod. *A*) de m. Hor. p. 180: 'Sardinae segetes ferae' **5 S**: Calpurn. ecl. 7, 16 sqq.: nec mihi siquis omnia Lucanae donet pecuaria siluae, grata magis fuerint, quam quae spectamus in urbe **6 S**: Petron. c. 135: non Indum fulgebat ebur, quod inhaeserat auro (cf. etiam Hor. c. II 18, 1) **7** sq. **S**: Callim. epigr. 45, 4 Schn.: *τοῖχον ὑποτρώγων ἡσύχιος ποταμός* ‖ Sil. IIII 348—350: Liris qui fonte quieto dissimulat cursum ac nullo mutabilis imbri perstringit tacitas gemmanti gurgite ripas ‖ idem VIII 399 sq.: Fibreno miscentem flumina Lirim sulphureum tacitisque uadis ad litora lapsum ‖ idem IIII 224: taciturno flumine ‖ Stat. Th. IIII 51 sq.: quos pigra uado Langia tacenti lambit (cf. c. I 22, 8) **9 S**: Verg. ge. I 156 sq.: ruris opaci falce premes umbras **10—12** 'diues et — merce' **T**: Pseudacr. ad art. poet. 434 **10** sq. **S**: Sen. Phaedr. 518—520: sollicito bibunt auro superbi: quam iuuat nuda manu captasse fontem **12 S**: Theocr. 15, 114: *Συρίω δὲ μύρω χρύσει' ἀλάβαστρα* **13 S**: Hom.

Ω = *ABCF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πτau*] **2** oras *π pr.* de] dæ *R* pater anoum R_1 noum $A_1 R_1 a_1$ nouum $A_2 R_2 a_2$ *cett.* **3** *sq.* opimas ... feracis *Cruquiana* **3** fundes *Victorinus* liquorum $δ_1$ **4** Sardinie *C* Sardinę $δ_1$ feracis R_1 **5** estuosae *γπu* aestiuosae *B* aestuos*ae* *δ* gratia $δ_1$ gratę $π_1$ *aut pr.* **6** Aarmenta *δ* ebor *τ* **7** lyris *CFδτa* lir///is *γ* *liris R* **8** annis *u* am///nis *δπ* **9** Praemant *FRδτ* calenam *Porphyrionis lemma Bentl.* calena *Ω* **10** ut *BF* $R_1 δ_1 λ' π$ *uar. u Pph.* et $A C R_2 γ δ_2 π τ a u$ *uar. Pseudacr. schol. γ, uid. Epil.* aure*is* *R* **11** Mecator *τ* exiccet $R δ_1 ψ_1$ exsiccet $δ_2 ψ_2$ *cett.* culillis $A C R_1 γ τ a$ *Pseudacr. schol. γ* (culili *schol. λ*) cuı ıllis *B* cululis *Fδπu Pph.* (cululę *schol. φ*) culullis *λ' schol. δ* (culilę *Porph. i. t.*) colvllis R_2 **12** sira $B R_2 γ δ u$ susa R_1 **13** Dis *BRπu* Diis *ACFγλ'τa* //Dis (D above) (*priore* D *minio picta*) *δ* caris R_1 q̊p · τ̃ · *B* (1 above q)

anno reuisens aequor Atlanticum
impune: me pascunt oliuae,
me cichorea leuesque maluae.
frui paratis et ualido mihi,
Latoe, dones, at precor integra
cum mente, nec turpem senectam
degere nec cithara carentem.

XXXII.

Poscimur. siquid uacui sub umbra

(Il. XXII 41) *θεοῖσι φίλος* et Hes. *ἔργ.* 120: *ἀφνειοὶ μήλοισι, φίλοι μακάρεσσι θεοῖσι* 15 sqq. S: Alcm. 33 B. de se loquens: *οὔτε γὰρ ἦν τετυγμένον ἔσθει, ἀλλὰ τὰ κοινὰ γάρ, ὥσπερ ὁ δᾶμος, ζατεύει* 17—20 S: Theogn. 789—792: *μή ποτέ μοι μελέδημα νεώτερον ἄλλο φανείη ἀντ' ἐρατῆς σοφίης, ἀλλὰ τόδ' αἰὲν ἔχων τερποίμην φόρμιγγι καὶ ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ, καὶ μετὰ τῶν ἀγαθῶν ἐσθλὸν ἔχοιμι νόον* 17 sq. S: Menand. *Κόλαξ* ap. Ath. XIIII p. 659: *θεοῖς Ὀλυμπίοις εὐχώμεθα Ὀλυμπίαισι, πᾶσι πάσαις . . . διδόναι σωτηρίαν, ὑγίειαν, ἀγαθὰ πολλὰ τῶν ὄντων τε νῦν ἀγαθῶν ὄνησιν* 17 S: Verg. ge. I 300: parto . . . fruuntur ‖ Curt. VIIII 2, 10: praeda magis parta frui uelle, quam acquirenda fatigari 18 sqq. S: Eur. Herc. fur. 676 sqq.: *μὴ ζῴην μετ' ἀμουσίας, αἰεὶ δ' ἐν στεφάνοισιν εἴην. ἔτι τοι γέρων ἀοιδὸς κελαδῶ Μναμοσύναν* 19 S: Verg. ge. III 96: n e c t u r p i i g n o s c e s e n e c t a e ‖ Sil. XV 651: turpi finem donate senectae

I 32. 1 sq. 'poscimur — tecum' T: Seru. ad ecl. 1, 10 1 T: Seru. de m. Hor. IIII p. 469 Diom. p. 523 S: Ou. met. II 144: poscimur ‖ V 333: poscimur Aonides

---

Ω = *ABCF*(φψ)*R*γδλ'(λ*l*)πτ*au*] 14 equor γ*u* atlanticum *B*δ athaǹticum *u* *athlan*ticum π athlanticum *cett. Ac. schol.* γ () 15 Inpune *CFR* Impune *cett.* pascunt Ω pascant *y* *u*. 16 *ante u.* 15 δ1*u* *omis.* π *pr.* 16 *REDIT cod. D;* Ω = *ABCDF*(φψ)*R*γδλ'(λ*l*)π*au* Leticoreae ψ1 cichorea *A*γδ*a* cicorea *BR*ψ *corr.* cycorea λ' cichoreae *A*2π*u Pph.* cicoraeae *aut* cicoraea φ1 ci^c^hora^e^e *D* (cichorae τ) cicòrae φ *p. ras.* 17 michi *Fu* 18 Latoę *R*γ Laetoe *F*δ Letoe *l* Latoe *cett.* domes *R* adprecor λ*pr.* at Ω *gloss.* Γ (ad λ *pr.*) ac ς (β *corr.*) () *uid. Epileg.* praecor δφ 19 ne^c^ δ 20 cithara *AB*γδ*au* cythara *CDFR*λ'π

I 32. AD TESTVDINEM *A* AD LIRAM *BC* PROSPHONETICE (PROSPONETICE δπ1*z* PROPH. *u*) AD LYRAM (LIBRAM π1 LIRAM γδπ2*z* LIBAM *u*) *F*γδλ'π2*uz*, γ *add.*: DE CARMINIBVS SVIS AD LYRAM DE CARMINIBVS SVIS (*omis. D*) *DR*τ*a*

1 Poscimur *A corr. FR*1δλπ*l*2*u expositio metrica cod.* γ *Pseudacr. Pph. schol.* φ *Seruius ad Verg.* Poscimus *A pr. BCDR*γδ *superscr. ab eod. ali Diomedes Seruius de metris* () *uid. Epileg.*

**lusimus tecum, quod et hunc in annum
uiuat et pluris, age dic Latinum,
barbite, carmen,
Lesbio primum modulate ciui,
qui, ferox bello, tamen inter arma,
siue iactatam religarat udo
litore nauem,
Liberum et Musas Veneremque et illi
semper haerentem puerum canebat,
et Lycum nigris oculis nigroque
crine decorum.
o decus Phoebi et dapibus supremi
grata testudo Iouis, o laborum
dulce lenimen, mihi cumque salue
rite uocanti.**

---

2 ludere = *παίζειν* (Pind. Ol. 1, 17) 3 sq. S: Sapph. fr. 45: *ἄγε μοι, δῖα χέλυ* (al. *δὴ χέλυ, δῖά μοι*), *φωνάεσσα γένοιο* 3 uiuat] sic Pind. N. 4, 6: *βιοτεύει* de uerbo Gratiis non inuitis dicto; ibidem scholiastes laudat Callimach.: *ἵν' εὔφημοι πουλὺ μένωσιν ἔτος* (sc. *ἔλεγοι μετὰ Χαρίτων* compositi) 4 T: Victor. de m. Hor. p. 176 7 sq. S: Ou. met. XIIII 248: religata in litore pinu ‖ Paulin. c. XIII 35: hoc bene subductam religaui litore classem ‖ Sen. Med. 612: barbara funem religauit ora 9 sq. S: Verg. Aen. X 780: haeserat Euandro 11 S: Alcaeus fr. 58: *οὐκ ἔγω Λύκον ἐν Μοίσαις ἀλέγω* 13 sq. S: Hom. Il. I 603 sqq.: *δαίνυντ', οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐίσης, οὐ μὲν φόρμιγγος περικαλλέος, ἣν ἔχ' Ἀπόλλων, Μουσάων θ', αἳ ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ* 14 sq. 'laborum dulce lenimen' T: schol. Stat. Ach. II 185 S: Pind. I. 8 (7), 1: *λύτρον εὔδοξον ... καμάτων* ‖ N. 4, 1 sq.: *ἄριστος πόνων κεκριμένων ἰατρός* ‖ anthol. Lat. ed. R. 887, 1: Pan tibi, Phoebe tibi, lenimen dulce laborum 15 S: Ou. met. VI 500: sollicitae

---

Ω = *ABCDF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πau*] 2 quod] qđ *R* et in hunc in annum *R* 3 pluris *R*1 *Pph.* plures *cett.* age *omis. A*1, *add. alt. m.* 5 modulatæ *R* modulata *R*1 7 lactatam *R*1 8 nauim *BDλ corr.* (*an λpr.?*) nauem *cett. Pph.* 9 Librum *ψ*1 10 haerentem *Aλa* herentem *cett.* 11 licum *Apr. BFδ corr. u* liciū *l* locum *δpr.* occulis *ψ* 13 phębi *D* phebi *Aπu* suppremi *γ* 14 testudo *R* 15 lenimem *u* mihi (michi *φ*) cumque *Ω Porph. Pseudacr. schol. λφ* mihi cuique *Bentl.* medicumque *Lachmann* metuumque *Rosenberg* mihi tuque *Peerlkamp, sed Horatius ueterum poetarum usum uidetur secutus esse cf. Lucret.* V 312; *uide etiam Epileg. et G. Autenrieth ann. phil. suppl.* VI 285 *qui lectionem* 'cumque' *tuetur*; *addend. carm. Priap.* 16, 7 *Büch.*; *Thallwitz affert Soph. Oed. Col.* 1137 *et Theocr.* 1, 144 silue *C*

XXXIII.

Albi, ne doleas plus nimio memor
immitis Glycerae, neu miserabilis
decantes elegos, cur tibi iunior
  laesa praeniteat fide.
insignem tenui fronte Lycorida
Cyri torret amor, Cyrus in asperam
declinat Pholoen: sed prius Apulis
  iungentur capreae lupis,
quam turpi Pholoe peccet adultero.
sic uisum Veneri, cui placet imparis

---

lenimen dulce senectae   mihi . . . salue] **S**: pseudohom. hymn. in Merc. 31 sq.: *χαῖρε . . . δαιτὸς ἑταίρη, ἀσπασίη προφανεῖσα*

I 33. **1** **T**: Diom. p. 523 Victor. de m. Hor. p. 174 **2—4** 'neu — fide' **T**: Prisc. XVII 49 cf. XVIII 130 **2** sq. 'neu — elegos' Diom. p. 485 **4** Victor. de m. Hor. p. 176 **5—7** **S**: Mosch. 6, 1 sq.: *ἤρα Πὰν Ἀχῶς τᾶς γείτονος, ἤρατο δ' Ἀχὼ σκιρτητᾶ Σατύρω, Σάτυρος δ' ἐπεμαίνετο Λύδᾳ* **6** sq. **S**: Lucan. VI 388: aspera te Pholoes . . . **6** 'torrere' ut apud Sapphonem (fr. 13 B.) *ὀπτᾶν*, Theocr. bis exhibet *ὀπτεύμενος*, 7, 55. 23, 34 ‖ Callim. epigr. 27 Schn.: *νῦν δ' ὃ μὲν ἀρσενικῷ θέρεται πυρί* ‖ Sen. Phaedr. 640 sq.: pectus insanum uapor amorque torret **7** sq. **S**: Aristoph. Pac. 1076: *πρίν κεν λύκος οἶν ὑμεναιοῖ* ‖ Verg. ecl. 8, 27: iungentur iam grypes equis   prius aliquid contra naturam accidet quam . . . **S**: Ou. met. XIIII 37 sqq. ‖ ex P. I 6, 51 sqq. et II 4, 25 sqq. ‖ Ib. 31 sqq. **7** **S**: Ou. met. VIIII 461: paulatim declinat amor **9** peccet] **S**: Lucil. Aetn. 86 **10** 'quotiescumque ratio

---

I 33. $\Omega = ACDF(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi a u$] AD ALBIVM· *CDa* AD TIBVLLVM *A* AD ALBINVM· *R* PARANETICE AD ALBINVM *u* PARANETICE TETRACOLOS (*omis.* γ) AD (*omis.* λ') ALBIVM TIBVLLVM (BVLLVM $F\lambda'$) CONSOLATVR DOLENTEM QVOD NEGLEGATVR (NEGLIGATVR λ') A SCORTO $F\gamma\lambda'$ PARANETICE (E *supra*) δ PARANETICE π *carmen omisit B*

2 Inmitis $CDR\gamma\pi a$ Immitis $AF\delta\lambda' u$ glycere $C\gamma\pi$ gly////cere δ, ‿ *ab alt. m.* glicerae $D\psi a l u$ glicere A_1 lygirae *R* miserabilis $R_1\pi$ *Pph.* miserabiles *cett. Ac., sed* il *in ras.* δ *inter uu.* **2** *et* **3** *una linea* (ni fallor = *u.* **11**) *erasa R* **3** Decanttes δ **4** Lesa $A\delta l u$ praeniteat $F a u$ pretineat A_1 p̄miteat *D ante ras.* (*et* τ) peniteat R_1 paeniteat *Victorinus Keilii* preniteat *uel* p̄niteat *cett.* **5** licorida $A l_1 u$ **6** Cyri te torret $F\delta_1\pi_1$ Ciri *u* cirus *Au* in *supra uersum* δ (*et z*) **7** pholoem λ_1 pholeon δ philoen γ **8** capérȩae λ caprae *l* caprehae *A* *uu.* **9. 10** *omis.* δ *pr. aut* $_1\lambda$ peccet — cui *omis.* π *pr.* **9** turpi] ri R_1 **10** placet] plaret l_1 imparis $ADR_1\pi_1$ *aut pr. a* inparis $C\gamma$ impares $FR_2\delta$ *mg.* $\lambda'\pi_2$ *aut corr. u*

formas atque animos sub iuga aenea
  saeuo mittere cum ioco.
ipsum me melior cum peteret uenus,
grata detinuit compede Myrtale
libertina, fretis acrior Hadriae
  curuantis Calabros sinus.

XXXIIII.

Parcus deorum cultor et infrequens

---

non apparet, sic uisum interponitur, ut Hor.: sic — Veneri, cum amorem ostenderet non esse pulchritudinis' Seru. ad Aen. III 2   'sic — Veneri' **T**: mythogr. III tract. 11, 25 apud Mai auct. class. III p. 266 = p. 243 Bode   **S**: Ou. met. I 366: sic uisum superis: formula Homerica, Il. II 116: *οὕτω που Διὶ μέλλει ... φίλον εἶναι*   **11 S**: Theocr. 12, 15: *ἀλλήλους δ' ἐφίλησαν ἰσοζύγῳ*   **12 S**: Claudian. in Eutrop. I 24 sq.: hoc regni, Fortuna, tenes? quaenam ista iocandi saeuitia? ‖ II Eutrop. praef. 5 sq.: culmine deiectum uitae Fortuna priori reddidit, insano iam satiata (cf. c. I 2, 37) ioco   **14** 'grata continuit compede' **T**: Placid. ed. D. p. 16   **15 S**: Sen. Thy. 361 sq.: aut saeuo rabidus freto uentosi tumor Hadriae ‖ Ou. met. XIIII 711: saeuior illa freto surgente cadentibus Haedis   **16 S**: Sen. epist. 89, 21: ubicumque in aliquem sinum litus curuabitur ‖ Sil. XIIII 369 sq.: at simili curuata sinu diuersa ruebat classis

I 34. Tota huius carminis sententia ex Archilocho et Euripide fluxisse uidetur; Archil. fr. 74 B.: ... *ἐπειδὴ Ζεὺς πατὴρ Ὀλυμπίων ἐκ μεσημβρίης ἔθηκε νύκτ' ἀποκρύψας φάος ἡλίου λάμποντος· λυγρὸν δ' ἦλθ' ἐπ' ἀνθρώπους δέος* ‖ Eur. Heracl. 901 sqq.: *ἔχεις ὁδόν τιν', ὦ πόλις, δίκαιον· οὐ χρή ποτε τόδ' ἀφελέσθαι, τιμᾶν θεούς· ὁ δὲ μή σε φάσκων ἐγγὺς μανιῶν ἐλαύνει*   **1 T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 470   Diom. p. 523   Victor. de m. Hor. p. 179, hic omissa uoce 'infrequens'   **S**: Mart. V 5, 1: Sexte, Palatinae cultor facunde Mineruae

---

Ω = ACDF(φψ)Rγδλ'(λl)πau] *u.* **11** *hic omis. R*$_1$, *addidit post c.* I 34,15   **11** aeneas *R* ęnea *C* aenea *cett.* ()   **12** Seuo *Aλu* mitttere *D*   **13** me *om. π pr.* peteret// *δ* petere *π*$_1$ **14** continuit *editio Lips.* 1498 *Placidus*   mirtale *DFu* myr*thile A*   **15** adriae *Fδπ p.ras. u Pph.*   **16** calabro *R*$_1$

I 34. AD FORTVNAM ET SE IPSVM *CDa* AD SE PHILOSOPHANTEM (*reliqua omis. u*) DEOS INTELLIGIT (INTELLEGIT *φ*) PRAESENTES (PRESENTES *λ* PRESENTĒ *l*) QVOS PHILOSOPHANDO NEGAVIT *Fλ'u* AD SE PHILOSOPHANTEM (PHILSOFANTEM *δπ*) ET (*omis. δπ*) DICIT (*omis. δπ*) QVOS PHILOSOPHANDO (PHILOSOFANDO *δπ*) DEOS (*hic omis. δπ*) NEGAVIT PRESENTES (DEOS *hic pon. δπ, idem scribunt* PRESENTES *π* PSENTES *δ*) INTELLEGI *γδπ* IN SE RECECIDERE DICENS OB OPINIONEM EORVM QVI NE CVRANT FVLMEN AB IOVE MITTI *R* *inscr. omisit A, oden B*

al parens
1 Parcus *D*

insanientis dum sapientiae
consultus erro, nunc retrorsum
uela dare atque iterare cursus
cogor relictos: namque Diespiter,
igni corusco nubila diuidens
plerumque, per purum tonantis
egit equos uolucremque currum,
quo bruta tellus et uaga flumina,
quo Styx et inuisi horrida Taenari
sedes Atlanteusque finis
concutitur. ualet ima summis

---

2 sq. **S**: Petron. 88: ubi sapientiae consultissima (al. cultissima) uia 2 **S**: Eur. Bacch. 395: *τὸ σοφὸν δ' οὐ σοφία* 3—5 'nunc — relictos' **T**: Eutych. p. 481; sunt qui Prudentium haec (sed 'relectos', non 'relictos') imitatum esse credant apoth. 101—103: quid, cum sanctiloquus reuoluto germine Lucas sursum uersus agit seriem, scandente nepotis corpore, perque atauos cursum relegente uetustos? ‖ praeterea conferunt Paulin. XVIIII 600 sqq.: diximus, ut fugiens non fugerit, utque redactis passibus emensos sua per uestigia cursus incassum totiens uoluente relegerit orso 3 'consultus — r.' **T**: Victor. de m. Hor. p. 180 4 'uela — c.' **T**: Victor. de m. Hor. p. 180 5. 7 sq. 'namque Diespiter plerumque — equos' **T**: Seru. ad Aen. VIIII 572 6 **S**: Ou. fast. VI 635 et Stat. s. I 5, 6 sq. coruscus ignis = fulmen 8 **S**: Plat. Phaedr. p. 246 E.: *Ζεὺς ἐλαύνων πτηνὸν ἅρμα* ‖ Prud. contra Symm. II 55: raptauit iuuenem uolucri per litora curru 9—12 Hor. hic Hom. Il. II 781—783 imitatus est, sed ita ut pro Typhoeo Taenarum poneret eiusque *εὐνάς* ad Homeri descriptionem Il. XX 65 adumbraret; praeterea ignotos *Ἀρίμους* in notiores *τέρμονας Ἀτλαντικούς* Euripidis mutauit (Arnoldt) **S**: Sil. V 384 sqq.: sic ubi ... nimbum illidit terris molitus Iuppiter altas fulmine nunc Alpes, nunc mixta Ceraunia caelo intremuere simul tellus et pontus et aether ipsaque commoto quatiuntur Tartara mundo ‖ Sen. Herc. fur. 657: fare casus horridos ‖ 1056 et uaga ponti mobilis unda ‖ 662—664: Spartana tellus nobile attollit iugum, densis ubi aequor Taenarus siluis premit; hic ora soluit Ditis inuisi domus 9 'et bruta tellus' **T**: Seru. ad Aen. X 102 cf. Pauli epit. ex Festo p. 31 M.: brutum antiqui grauem dicebant 10 inuisi Taenari] Hom. Il. XX 64 sq.: *οἰκία ... σμερδαλέ', εὐρώεντα, τά τε στυγέουσι θεοί περ* 11 **S**: Eur. Hippol. 3 et 1053: *τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν* 12 sqq. **S**:

Ω = *ACDF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πau*] 2 sapiencię *λ* 3 erro *in ras. π* retrorsus *γ* retrosum *D* retrorsum *cett. Eutyches Ac.* 4 iterarare A_1 5 relictos *Ω Pph. Eutyches* relectos *Nic. Heinsius* 6 corrusco A_1 chorusco *πlu* 7 tonantes *Fγδu* tonantis *cett. Pph.* 8 aequos *φ* cur*rum R* 9 telus R_1 10 stix *DRγδφu* st//ix *ψ* tenari *CFγδπl Porph.* trénari *u* 11 Sedes *athlante*usq; /// (h) fin*is R* adanteusq. δ_1 (*ortum ex* atlanteusq. *quod exhibent zgL*) atlanteusq. *π* athlante usque *F* athalanteusq; *u* athlanteusque *cett.* δ_2 *Ac.* 12 sumis *ψ*

mutare et insignem attenuat deus,
obscura promens; hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
sustulit, hic posuisse gaudet.

Archil. fr. 56 B.: *τοῖς θεοῖς τίθει τὰ πάντα· πολλάκις μὲν ἐκ κακῶν ἄνδρας ὀρθοῦσιν μελαίνῃ κειμένους ἐπὶ χθονί, πολλάκις δ' ἀνατρέπουσι καὶ μάλ' εὖ βεβηκότας ὑπτίους κλίνουσ'* ‖ Arist. Lys. 772 sq.: *τὰ δ' ὑπέρτερα νέρτερα θήσει Ζεὺς ὑψιβρεμέτης* ‖ Philem. fr. 97 M. p. 844: *ἅπαντα νικᾷ καὶ μεταστρέφει Τύχη* ‖ Palladas 120 (anal. Br. II 431): *καὶ τοὺς μὲν κατάγουσα πάλιν σφαιρηδὸν ἀείρει* (sc. *ἡ Τύχη*), *τοὺς δ' ἀπὸ τῶν νεφελῶν εἰς Ἀίδην κατάγει* ‖ Hes. *ἔργ.* 6: *ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει καὶ ἄδηλον ἀέξει* (sc. *Ζεύς*) ‖ Hom. Od. XVI 211 sq.: *ῥηίδιον δὲ θεοῖσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν, ἠμὲν κυδῆναι θνητὸν βροτὸν ἠδὲ κακῶσαι* ‖ Eur. Herc. fur. 508 sqq.: *ὁρᾶτέ μ', ὅσπερ ἦν περίβλεπτος βροτοῖς, ὀνομαστὰ πράσσων, καί μ' ἀφείλεθ' ἡ τύχη ὥσπερ πτερὸν πρὸς αἰθέρ' ἡμέρᾳ μιᾷ. ὁ δ' ὄλβος ὁ μέγας ἥ τε δόξ' οὐκ οἶδ' ὅτῳ βέβαιός ἐστι* ‖ fr. 153 N.: *ὃ μὲν ὄλβιος ἦν, τὸ δ' ἀπέκρυψεν θεὸς ἐκ κείνων τῶν ποτε λαμπρῶν· νεύει βίοτος, νεύει δὲ Τύχα κατὰ πνεῦμ' ἀνέμων* ‖ Troad. 612 sq.: *ὁρῶ τὰ τῶν θεῶν, ὡς τὰ μὲν πυργοῦσ' ἄνω τὰ μηδὲν ὄντα, τὰ δὲ δοκοῦντ' ἀπώλεσαν* ‖ fr. 716 N.: *τά τοι μέγιστα πολλάκις θεὸς ταπείν' ἔθηκε καὶ συνέστειλεν πάλιν* ‖ Hel. 712 sqq.: *εὖ δέ πως ἀναστρέφει* (sc. *ὁ θεός*) *ἐκεῖσε κἀκεῖσ' ἀναφέρων· ὃ μὲν πονεῖ· ὃ δ' οὐ πονήσας αὖθις ὄλλυται κακῶς* ‖ Heracl. 611 sqq.: *παρὰ δ' ἄλλον γ'* (al. *ἄλλαν*) *ἄλλα μοῖρα διώκει. τὸν μὲν ἀφ' ὑψηλῶν βραχὺν ᾤκισε, τὸν δ' ἀλήταν* (al. *ἀτίταν*) *εὐδαίμονα τεύχει* ‖ Lucilius epigr. 119 (anal. Br. II 342): *πολλὰ τὸ δαιμόνιον δύναται, κἂν ᾖ παράδοξα· τοὺς μικροὺς ἀνάγει, τοὺς μεγάλους κατάγει* ‖ Sen. Thyest. 598 sqq.: ima permutat leuis hora summis. ille qui donat diadema fronti, quem genu nixae tremuere gentes ... anxius sceptrum tenet ‖ Ausonii append. p. 255 Sch.: Fortuna nunquam sistit in eodem statu: semper mouetur, uariat ac mutat uices et summa in imum uertit ac uersa erigit **14** sq. **S**: Sen. Med. 219 sq.: rapida Fortuna ac leuis praecepsque regno eripuit, exilio dedit ‖ Herc. Oet. 107: fata rapacia ‖ 412: qui regna miseris donat et celsis rapit ‖ Stat. Th. XI 649 sq.: res Amphionias alio sceptrumque maligna transtulerat Fortuna manu ‖ Manil. IIII 91 sq.: sed rapit ex sceptro funus Fortuna superbo inducitque rogum summis statuitque sepulcrum ‖ Rutil. Nam. II 44: crudelis summis miscuit ima furor ‖ Curtius VIII 8, 8: summa imis confundimus ‖ Liuius XXXII 7, 10: summa imis continuare ‖ Boethius phil. consol. II 2: infima summis, summa infimis mutare gaudemus ‖ Tac. h. IIII 47: documenta instabilis Fortunae summaque et ima miscentis **14. 16** 'hinc a : r : (rapace λ) sust :, hic p : g : ' **T**: schol. λφ ad c. II 1, 3 **16** gaudet] **S**: Menand. fr. 581 M.: *ὦ μεταβολαῖς χαίρουσα παντοίαις Τύχη*

Ω = ACDF(φψ)Rγδλ'(λl)πau] **13** Motare *C* ac tenuat *Rpr. aut*1 atenuat *δ* **14** *p̲mens u* **15** stridorę *φ* accuto *ψ*1 acuto *π* *post hunc uersum, inter uu.* **15** *et* **16** *posuerat R c.* I 33, 11: Formas atq; animos sub iuga aeneas; *sed R*2 *del. haec uerba* **15. 16** acuto sustulit | Hunc *C* **16** Sustolit *A*1 hinc *A*1 *l anteras. Pph.*

XXXV.

O diua, gratum quae regis Antium,
praesens uel imo tollere de gradu
  mortale corpus uel superbos
    uertere funeribus triumphos:
te pauper ambit sollicita prece
ruris colonus, te dominam aequoris
  quicumque Bithyna lacessit
    Carpathium pelagus carina.
te Dacus asper, te profugi Scythae,
urbesque gentesque et Latium ferox
  regumque matres barbarorum et
    purpurei metuunt tyranni,
iniurioso ne pede proruas

I 35. **1** sqq. **S**: Pind. Ol. 12, 1 sqq.: *λίσσομαι, παῖ Ζηνὸς Ἐλευθερίου, Ἱμέραν εὐρυσθενέ' ἀμφιπόλει, σώτειρα Τύχα. τὶν γὰρ ἐν πόντῳ κυβερνῶνται θοαὶ νᾶες, ἐν χέρσῳ τε λαιψηροὶ πόλεμοι κἀγοραὶ βουλαφόροι* **1** sq. **S**: Amm. Marcell. XIIII 11, 26 de Adrastia: nunc bonos ab imo suscitans ad bene uiuendum extollit **2** sqq. **S**: Eur. fr. 420 N.: *μί' ἡμέρα τὰ μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὰ δ' ἦρ' ἄνω* **3 S**: Prud. cath. XI 45: mortale corpus induit **4 S**: Prud. ham. 148: f u n e r e o s late exercere t r i u m p h o s **9** 'et Dacus asper' **T**: schol. *λφ* c. II 20, 18 **11—14 S**: Aesch. Pers. 162 sqq. Atossam facit loquentem: *οὐδαμῶς ἐμαυτῆς οὖσ' ἀδείμαντος φίλος, μὴ μέγας πλοῦτος κονίσας οὖδας ἀντρέψῃ ποδὶ ὄλβον, ὃν Δαρεῖος ἦρεν* **12** cf. 'purpureus tyrannus' [Seru.] centimetr. p. 463 **13** sq. 'iniurioso — columnam' **T**: Donat. ad Ter. Phorm. II 1, 57

I 35. *Ω = ABCDF(φψ)Rγδλ'(λl)πau*] AD FORTVNAM *ABCDRa* PROSEVTICE FORTVNAM INVOCAT QVAE (QVE *λψ*) COLITVR *Fλ'; item γ add.* ANCII; PROSEVTICE AD FORTVNAM · (*reliqua omis. u*) FORTVNAM INVOCAT QVAE (Q̄ *δ*) COLITVR *δπu* *hanc oden Diomedes et Victorinus et Seruius de metris Hor. coniunxerunt cum antecedente, opp. expos. metr.*

2 Presens *ACDδλ'u* **4** Vetere (r *supra*) *R* Uerte (re *supra*) *δ* **6** colonis *B* colunus *γ* dominum *A*1 dominā, minā *in ras. δ* equoris *u* **7** bithina *Aφψ2u* bithinia *ψ*1 bythyna *λ* by//thina *δ* laces//sit (*uol.* lacescit *π* **8** Carpatium *Bπ* Carpathyum *D* Carpathiū, iū *in ras., δ* **9** scithae *ABlu* scitae *Fγδ* schitę *π* **10** Vrbesq: *φ* lacium *λ* laceum *A*1 **11** Reguntque *A*1 Regnumque *R*1 matres, barbarorum et p: m: t: *editores aliquot* **12** Pu(r *supra*)purei *δ* Purpuri *λ* mutuunt *A*1 (*an* muniunt?) tiranni *Cu* **13** ne pede tuo proruas *u*

stantem columnam, neu populus frequens
ad arma cessantis, ad arma
concitet imperiumque frangat.
te semper anteit saeua Necessitas,
clauos trabalis et cuneos manu
gestans aena, nec seuerus
uncus abest liquidumque plumbum.
te Spes et albo rara Fides colit
uelata panno, nec comitem abnegat,

---

14 S: Sen. Tr. 6 sq.: columen euersum occidit pollentis Asiae **15 S**: Ou. met. XI 377 sq.: arma, arma capessamus ‖ XII 241: arma, arma loquuntur ‖ Stat. Th. VII 135 sq.: arma, arma insani, sua quisque ignotaque nullo more rapit ‖ Sil. XI 132 sq.: furiata iuuentus arma, arma Hannibalemque uolunt ‖ XII 168 sq.: arma, cruentus hostis adest, capite arma, uiri! clamatque capitque ‖ IIII 98: arma, uiri, rapite arma! **17 S**: Eur. Hel. 513 sq.: *λόγος γάρ ἐστιν οὐκ ἐμός, σοφῶν δ' ἔπος, δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον* ‖ Apul. de mundo c. 38: eundem deum ultrix Necessitas semper et ubique comitatur (cf. u. 22) **20 S**: eadem in re Eur. Andr. 266 sq.: *καὶ γὰρ εἰ πέριξ σ' ἔχει τηκτὸς μόλυβδος, ἐξαναστήσω σ' ἐγώ* **21** sq. ʻcanam ... fidem dixit ... quod ei albo panno inuoluta manu sacrificatur ... unde Hor.: et — panno' Seru. ad Aen. I 292 cons. Cynthius Cretensis in eundem Vergili locum apud Mai class. auct. VII 344 **S**: Hesiod. *ἔργ.* 198 sq.: *λευκοῖσιν φαρέεσσι καλυψαμένω χρόα καλὸν Αἰδὼς καὶ Νέμεσις* ‖ Verg. Aen. I 292: cana Fides ‖ Mart. X 78, 2 sqq.: ibit rara fides amorque recti et secum comitem trahet pudorem ‖ Sen. Herc. Oet. 600 sqq.: nunc quoque casum quemcumque times fidas comites accipe fatis: nam rara fides, ubi iam melior fortuna ruit ‖ Symmach. epist. IIII 42, 2: alba uelamina ... Fidem uestiant **21** Spes] sic Graecis *Ἐλπίδες* sunt *Τύχης ἑταῖραι* (anth. Pal.) rara Fides] **S**: Aus. epigr. 11, 3 Sch. **22 S**: Val. Fl. III 694 sq.: sese comitem tam tristibus actis abneget ‖ Tib. III 6, 10: neue neget quisquam me duce se comitem ‖ Ou. a. a. I 127: siqua repugnarat nimium comitemque negabat ‖ ex P. II 3, 55 sq: scilicet indignum, iuuenis rarissime, ducis te fieri comitem stantis in orbe deae ‖ ex P. I 9, 15: adfuit ille mihi, cum me pars magna reliquit, Maxime, fortunae nec fuit ille comes ‖ Valer. Max. IIII 7, 1: tenacius igitur eorum nomina posteritatis memoria adprehendit, qui aduersos casus amicorum non deseruerunt, quam qui prosperum uitae cursum comitati sunt

---

Ω = *ABCDF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πau*] **14** columnã ne. (u s.l.) *u* *u*. **15** *om. π pr.* Ad arma · cessantis · ad arma · *interpungit R* arma] aruas *A1* cessantis *BR1* cessantes *cett.* **16** fra(n)gat *δ* **17** saeua *Fδ1l gloss. Dλφ interpret.* ʻdura' *nec diss. ut puto Pseudacr. originarius* seua *A2λπuς* serua *A1BCDRγδ2a Porph. Pseudacr., uid. Epileg.* () **18** trabalis *R* traualis *B* trabilis *pro* trabalis *Pph.* trauales *π1 aut pr.* trabales *cett.* **19** Gesta(n)s *D* aenea (ęnea) *Cγ corr. φ2 ψ pr. u Ac.* ę(a)na *π* aena *cett.* () saeuerus *Fl* **20** liqu.] () palumbũ *D* **21** alborata *A1* albora *ψ pr.* colitur *Seruius et Cynthius* **22** nec] ne *A1*

utcumque mutata potentis
ueste domos inimica linquis.
at uolgus infidum et meretrix retro
periura cedit, diffugiunt cadis
cum faece siccatis amici,
ferre iugum pariter dolosi.
serues iturum Caesarem in ultimos
orbis Britannos et iuuenum recens
examen Eois timendum
partibus Oceanoque rubro.
eheu cicatricum et sceleris pudet
fratrumque! quid nos dura refugimus
aetas, quid intactum nefasti
liquimus? unde manum iuuentus

---

25 sqq. **S**: Sallust. fr. ed. Kr. p. 161 sq.: at contra in his miseriis cuncta me cum fortuna deseruere ‖ anth. Pal. X 35, 3 sq.: *ἢν πταίσῃς, οὐδεὶς ἔτι σοι φίλος, ἀλλ' ἅμα πάντα ἐχθρά, Τύχης ῥιπαῖς συμμεταβαλλόμενα* ‖ anth. Lat. 408, 4 sqq. R.: turba cauenda simul: nam quicumque pares fuerant, fugere fragorem necdum conlapsam deseruere domum **25 S**: Sen. Phaedr. 488: aura populi et uolgus infidum **26—28 S**: Theogn. 643 sq.: *πολλοὶ πὰρ κρητῆρι φίλοι γίγνονται ἑταῖροι, ἐν δὲ σπουδαίῳ πρήγματι παυρότεροι* ‖ Pind. N. 10, 78 sq.: *παῦροι δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν καμάτου μεταλαμβάνειν* ‖ Ou. tr. V 2, 39 sq.: me miserum! quid agam, si proxima quaeque relinquunt? subtrahis effracto tu quoque colla iugo! ‖ Petron. c. 80: nomen amicitiae sic, quatenus expedit, haeret; calculus in tabula mobile ducit opus. cum fortuna manet, uoltum seruatis amici, cum cecidit, turpi uertitis ora fuga **28 S**: Theocr. 12, 15: *ἀλλήλους δ' ἐφίλησαν ἴσῳ ζυγῷ* ‖ Plin. epist. III 9, 8: cum uterque pari iugo ... niteretur ‖ Stat. s. V 3, 159 sq.: tu par assuetus Homero ferre iugum ‖ Val. Max. II 1, 6: cotidianae ac domesticae pacis custos, in pari iugo caritatis **29** sq. **S**: Tac. Agr. 30: (Britannos) terrarum ac libertatis extremos ‖ Sil. III 282 sq.: Massyli ... domus ultima terrae ‖ Mamert. panegyr. 5: uiribus primi barbarorum, locis ultimi ‖ Verg. ecl. 1, 66 ‖ Aen. VIII 727 **31 S**: Auien. o. t. 304 et 315: populorum examina **35—38 S**: Sen. Thyest. 221 sq.: quid enim reliquit crimine intactum?

Ω = *ABCDF*(*φψ*)*γδλ'*(*λl*)*πau*] *uu.* **23. 24** *inuerso ordine exhibentur in u* **23** motata *C* potentis *BRπ Pph.* potentes *cett.*

25 Ad A_1*φpr.* uolgus *ACDFRpr.γδπ* $\overset{v}{\text{u}}$olgus *R* uulgus *Bλ'au* meritrix *B* **26** Per iura *ADu* Peiura ς(*h*) diffugiunt cadis. cedit *R* cędit *γ* diffugiunt] fugiunt *F*$δ_1$*π*ς **27** fece *Fδλ'πu Pseudacr.* siccitas A_1 sicatis $δ_1$ **29** cesarem *C* **30** brittannos *CRγπ* regens *B* **32** ocęanoque *ψ* **33** Eheu *Dδφu* Heu heu *Bπ*a_2 *Ac.* Heu *ACRγ*a_1 *Pph.* Heheu *λ'ψ* () **34** dure fugimus A_1 (*alt. m.* e *in* a *mutauit*) durare fugimus *BR* refugimus, *om.* dura, *D* **35** intacitum $A_1R_1a_1$ **36** Linquimus *BC*R_2*u* Liquimus *cett.* R_1 *Pseudacr. Pph.* manum] ()

metu deorum continuit, quibus
pepercit aris? o utinam noua
incude diffingas retunsum in
Massagetas Arabasque ferrum!

XXXVI.

Et ture et fidibus iuuat
placare et uituli sanguine debito
custodes Numidae deos,
qui nunc Hesperia sospes ab ultima
caris multa sodalibus,
nulli plura tamen diuidit oscula
quam dulci Lamiae, memor
actae non alio rege puertiae

aut ubi sceleri pepercit? ‖ Verg. Aen. VIII 205 sq.: nequid inausum aut intractatum scelerisue doliue fuisset **36** sq. **S**: Ter. ad. IIII 2, 26 (565): ille manus continebit **38** sq. **S**: Sil. IIII 15: recocuntque noua fornace bipennes **38—40** **S**: Aesch. choeph. 647: *προχαλκεύει δ' Αἶσα φασγανουργός* ‖ Verg. Aen. VII 629 sq.: positis incudibus urbes tela nouant

I 36. **1** **T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 469 Diom. p. 523 Victor. de m. Hor. p. 176 **2** **T**: Victor. de m. Hor. p. 174 **4** **T**: Seru. ad Aen. I 530 **6** **S**: Sen. Thyest. 1023: osculare; diuide amplexus tribus **8** **T**: Charis. p. 266

Ω = *ABCDF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πau*] **38** Peper*cit* *R* utina *C* **39** diffingas *ACDRγδφau corr. Pseudacr.* diffigas *u pr.* diffindas *πς* deffingas *λ'* defingas *Bλp.ras.ψ* () retunsum *Pph. Porph.* retusum *Ω Ac.* () **39. 40** retusum | In massagetas *C* in *omisit δ1ς* **40** *ferrum R*

I 36. AD NVMIDĀ *BC* EVCARISTICE AD NVMIDAM AMICVM LAMIAE (LAMIE *λ*) REDEVNTEM *Fλ'* EVCHARISTICE LAMIAE NVMIDAE AMICO LOQVIT̃ REDEVNTI *γ* EVCHARISTICE (EVCARISTICE *u*) AD NVMIDAM (*reliqua omis. u*) PLOTIVM AMICVM LAMIAE LOQVITVR (LIQVITVR *δ*) REDEVNTEM (REDENTẼ *δ1* *reliqua omis. π*) ab hispania quo missus fuerat ad bellandũ *δπu* AD LAMIAM *DRa* *inscr. omis. A*

1 turae *φ*, *ψ1 non liquet* ture *cett. Victorinus* turre *Seruius* iuuat (inuat *A1*) placare | Et uituli *ACDRa* **3** numide *Cπ* nimidae (v *supra* i) *R* **4** hespera *C* ab, b *in ras.*, *δ* **5** Karis *ς*(*μρv*) **6** Nulla *Cπpr.* plura] pulcra *u* **8** Acte *λ* pueritiae *Cπ2u* puertiae *diserte testantur Charisius et gloss. Hor.* ()

mutataeque simul togae.
  Cressa ne careat pulchra dies nota,
neu promptae modus amphorae,
  neu morem in Salium sit requies pedum,
neu multi Damalis meri
  Bassum Threicia uincat amystide,
neu desint epulis rosae
  neu uiuax apium neu breue lilium.
omnes in Damalin putr*i*s
  deponent oculos, nec Damalis nouo
diuelletur adultero,
  lasciuis hederis ambitiosior.

---

10 **T**: schol. Pers. 2, 1 **S**: Pers. 2, 1: hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo ‖ Plin. epist. VI **11**: o diem laetum notandumque mihi candidissimo calculo ‖ apud Graecos *λευκὴ ψῆφος* dicebatur *ἐπὶ τῶν νικώντων* (Macarius apud paroemiogr. Leutsch. II p. 185) **13** **T**: Prob. cath. p. 23: 'Damalis huius Damalis uel Damalidis, nomen meretricis Horatianae' **S**: Suet. Aug. 76: non multi meri ‖ Ou. met. XIIII 252: nimiique Elpenora uini **14** 'haec amystis huius amystidis, nomen lectum in Horatio' Prob. cath. p. 29 itemque Marius Plotius Sacerdos p. 480 **S**: Callim. fr. 109, 1 sq.: *Θρηικίην μὲν ἀνήνατο χανδὸν ἄμυστιν ζωροποτεῖν* ‖ Anacreonteum 8, 2 B.: *πιεῖν, πιεῖν ἀμυστί* ‖ Apoll. Sid. c. XXII § 5: inter scyphos et a m y s t i d a s (cf. ad epod. 9, 33) **16** **S**: Sen. Oed. 455: uiuaces hederas ‖ Theocr. 23, 30: *λευκὸν τὸ κρίνον ἐστί, μαραίνεται ἀνίκα παχθῇ* apium] **S**: Anacr. fr. 53 B.: *ἐπὶ δ' ὀφρύσιν σελίνων στεφανίσκους θέμενοι θάλειαν ὀρτὴν ἀγάγωμεν Διονύσῳ* 'et — lilium' **T**: Pseudacr. ad c. II 4, 29. 14, 24 **17** sq. **S**: *ὑγρά, τακερὰ δέρκεσθαι* apud Antipatr. Sidon. 73, 3 et Ibycum fr. 2 ‖ Pers. 5, 57 sq.: ille in uenerem putris **20** **S**: Soph. Ant. 826: *κισσὸς ὣς ἀτενής* ‖ Ou. met. IIII 364 sq.:

Ω = ABCDF(φψ)Rγδλ'(λl)πau] **9** Mutateque *γ* Motataeque *C* simul//togae *δ* **10** Cræssa *π ante ras.* pulcra *Bπψu* pulcrba *γ* pulc^{r}ha *a* **11** Neu *ABCDγλ'a* Nec *FRδπu Pph.* (ne *Porph.*) prompte *Cγλφ* promtę *Dψ* prōptę *π in mg., om. in textu* anphorae *l*1 **12** Neu *BCDγλ'a* Nec^{v} *A* Nec *FRδπu* saltū *B* saluum *δ pr. aut* 1 **13** Neu *A corr. BCDRγλ'a Pph.* Nec *A pr. Fδπu* demalis *λ pr.* damaris *C pr.* **14** trheitia *u* threcia *C* th//reicia *δ* threicia *cett.* uincit *u uar.* amystede *B* amistide *γδlu* amistidae *λψ* amystide *cett.* **15** Nec^{v} *A* Nec *R* Neu *cett.* des//int *R* aepulis *Dδ* **17** inda malintres pu*tres* *δ* inda mali// *R* damalin *FRδπ* damalim *A*2*Dγλ'au* damalī *BC* demalim *A*1 putres *Ω, sed cf. Verg. ge.* I 392 *Colum.* X 7 *Sil.* XIII 464: 'putrīs' **18** Deponent *Ω schol. λφ* Deponunt *δ*2*ς* nec malis *A*1 neu *Pph. opp. Ω Ac. Porph.* nouo *R* nouo *π* **19** Diuellitur *π* adultro *δ* **20** ederis *δπ* ambiciosior *Aγλa*

XXXVII.

Nunc est bibendum, nunc pede libero
pulsanda tellus, nunc Saliaribus
ornare puluinar deorum
tempus erat dapibus, sodales.
antehac nefas depromere Caecubum
cellis auitis, dum Capitolio
regina dementis ruinas
funus et imperio parabat
contaminato cum grege turpium

---

implicat ... utue solent hederae longos intexere truncos ‖ Catull. 61, 33 sq.: mentem amore reuinciens, ut tenax hedera huc et huc arborem implicat errans

I 37. **1** sqq. **S**: Alcaeus fr. 20: *νῦν χρὴ μεθύσθην καὶ πόδα* (al. *χθόνα* aut *τινα*) *πρὸς βίαν πώνην* (al. *παίειν* aut *πόνην*), *ἐπειδὴ κάτθανε Μύρσιλος* ‖ Apoll. Rh. I 539: *ἐμμελέως κραιπνοῖσι πέδον ῥήσσωσι πόδεσσιν* ‖ Hom. Il. XVIII 571 sq.: *τοὶ δὲ ῥήσσοντες ἁμαρτῇ μολπῇ τ' ἰυγμῷ τε ποσὶν σκαίροντες ἕποντο* ‖ Callim. hymn. in Del. 306: *αἳ δὲ ποδοῖν πλήσσουσι χορίτιδες ἀσφαλὲς οὖδας* ‖ Ennius ann. fr. I 2ª M.: pedibus magnum pulsatis Olympum ‖ Claud. in Ruf. II 311 sq.: nunc epulas tempus, socii, nunc longa parare munera **1 T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 470 Diom. p. 523 omissa uoce 'libero' **T**: Victor. de m. Hor. p. 179 **2. 4 S**: Aus. epist. 9, 13 sqq.: nam mihi non Saliare epulum, non cura dapalis, qualem Penelopae nebulonum mensa procorum Alcinoique habuit nitidae cutis uncta iuuentus (cf. Hor. epist. I 2, 28 sq. 4, 15) **3 T**: Victor. de m. Hor. p. 180 **4 T**: Victor. de m. Hor. p. 180: 'ode XXXVII: tempus erat dapibus spa' (sic codd.; in *A* litteris 'us s' in litura scriptis) **8 S**: Sil. XI 235: reuocare paras a funere Romam? ‖ Pacat. paneg. c. 11: funus Illyrici **9** sq. **S**: Claud. carm. min. 8, 5: quod turpem pateris cano iam podice morbum ‖ Prud. ham. 309 sq.: turpia semiuirorum membra **9 S**: Tac. ann. XV 37: uni ex illo contaminatorum grege in modum sollemnium coniugiorum denupsisset

---

I 37. *Ω* = *ABCDF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πau*] AD SODALES *BC* PROSPHONETICE AD SODALES (*reliqua omis. u*) AVGVSTI CAESARIS (CESARIS *γλ*) VICTORIAM ALEXANDRINAM DESCRIBIT *Fγλ'u* PROSEVTICE ADSODALES AVGVSTO (ꝺUGUTO *δ*) VICTORIAM ALEXANDRINAM (ꝺLEXꝺNDRIꝺ̄ δ_1) CAESARIS (CꞒSꝺRIS *δ*) DESCRIBIT · *δπz* VICTORIĀ (VICTORIA *R*) AVGVSTI *DRa* *inscript. omis. A*

1 uiuendum *Seru.* pede] p. *Victorinus* **2** nunc] nun *A* **5** Antehac *uel* Ante hac $ABCDR\gamma\delta_2\lambda_2\pi_2u$ *gloss. a* ('hac tenus') Anteac *a* Antehanc *uel* Ante hanc $F\delta_1\lambda'\pi$ *ante ras. Pph.* deprome *u pr.* deponere *B* cecubum *Cδu* **7** dementis $BR_1\pi a$ *pr.* dementes *cett.* ruinas *A* **9** Conta*minato*/// *δ*

morbo uirorum, quidlibet impotens
sperare fortunaque dulci
ebria. sed minuit furorem
uix una sospes nauis ab ignibus,
mentemque lymphatam Mareotico
redegit in ueros timores
Caesar, ab Italia uolantem
remis adurgens, accipiter uelut
mollis columbas, aut leporem citus
uenator in campis niualis
Haemoniae, daret ut catenis
fatale monstrum. quae generosius
perire quaerens nec muliebriter

11 sq. **S**: Dem. Philipp. I 49 p. 54: *ἐγὼ δ' οἶμαι μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νὴ τοὺς θεοὺς ἐκεῖνον μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων* ‖ Apoll. Sid. epist. V 7, 4: nouis opibus ebrii **13 S**: Symphos. aenigm. 74, 1: Deucalion ego sum crudeli sospes ab unda **14** sq. **S**: Ou. hal. 49 sq.: animalia ... uani quatiunt semper lymphata timores **14 S**: Sil. V 224: bucina lymphatas agit in certamina mentes **15 S**: Val. Fl. VI 459: ueros metuens aperire timores **17** sq. **S**: Hom. Il. XXII 139 sq.: *Πηλεΐδης δ' ἐπόρουσε ... ἠύτε κίρκος ὄρεσφιν, ἐλαφρότατος πετεηνῶν, ῥηιδίως οἴμησε μετὰ τρήρωνα πέλειαν* ‖ Apoll. Rh. IIII 486 sq.: *Κόλχον δ' ὄλεκον στόλον ἠύτε κίρκοι φῦλα πελειάων* ‖ Ou. met. V 606: ut solet accipiter trepidas urguere columbas ‖ Alcman fr. 28 B. ‖ Alcaeus fr. 27 B. ‖ Eur. Andr. 1140 sq. **19** sq. **S**: Stat. Ach. I 476: quis enim Haemoniis sub uallibus alter creuerit effossa reptans niue **20** sq. **S**: Pseudauieni carm. min. p. 174 H. u. 18: sic tandem exicio monstra canora dedit **20** *Αἱμονίην* exhibet Apoll. Rh. III 1090 **21 S**: Prud. perist. X 77: infame monstrum, uilis, intestabilis ‖ Flor. IIII 11: Antonius ... totus in monstrum illud ut mente ita animo quoque cultuque desciuerat **22** 'nec muliebriter — enses' **T**: Prisc. XVIII 128

Ω = ABCDF(φψ)Rγδλ'(λl)πau] **10** morbo uirorum *Ω*] *uid. Epileg. et cf. Lucian. amor.* 21 *de eunuchis: ἡ ... τρυφὴ ... μέχρι τῆς οὐδὲ ῥηθῆναι δυναμένης νόσου κατώλισθεν* ‖ *Labeo apud Gellium* IIII 2, 3: morbus est habitus cuiusque corporis contra naturam, qui usum eius facit deteriorem *im*potens *R* inpotens $A_2\pi\psi$ *omis.* A_1 **12** Hebria *a* furem ψ_1 **13** nauis *omis.* π_1 **14** lymphatam *ADRπφ* lyphatam *λ'* lymfatam *B* limphatam *Cψau* linphatam *γ* limfatam *δ* mare otio C_1 **16** Cesar *δu* **17** Remissa turgens *B* adurguens *Cγπ* ueluti *R* uelud *γ* **18** Molles *Fγδλ'u* Mollis *cett. Ac.* **19** Uuenator *δ* **20** Hemoniae *γu* daret] caret R_1 **21** mostrum *γ* que *u* **22** querens *ACγλψu*

expauit ensem nec latentis
classe cita reparauit oras;
ausa et iacentem uisere regiam
uoltu sereno, fortis et asperas
tractare serpentes, ut atrum
corpore combiberet uenenum,
deliberata morte ferocior:
saeuis Liburnis scilicet inuidens
priuata deduci superbo
non humilis mulier triumpho.

XXXVIII.

Persicos odi, puer, apparatus;

---

25 **S**: Sen. Tro. 54: regni iacentis **26** sq. fortis ... tractare] **S**: Stat. s. III 2, 126: fortis et Eoas iaculo damnare sagittas **26** **S**: Ambrosius de uirg. II 5, 1: uultu sereno mortem non recusauit || Prud. cath. II 68: uultu sereno **27** sq. **S**: Prud. ham. 608 sq.: ab ore uipereo infusum sic conbibit illa uenenum || perist. X 1040: donec cruorem totus atrum conbibat || Mart. VII 72, 13: atro carmina quae madent ueneno **29** **S**: Plin. epist. I 22: nam impetu quodam et instinctu procurrere ad mortem commune cum multis; deliberare uero et causas eius expendere ingentis est animi || Lucan. IIII 533 sq.: stabat deuota iuuentus damnata iam luce ferox || Stat. Th. XII 759 sq.: extrema se colligit ira (cf. a. p. 160), iam letale furens atque audax morte futura || Sen. Ag. 210: non melior Aiax morte decreta furens || Ambrosius t. II p. 540: contempta morte ferocior **30** inuidens] **S**: Hom. Od. XI 380 sq.: *εἰ δ' ἔτ' ἀκουέμεναί γε λιλαίεαι, οὐκ ἂν ἐγώ γε τούτων σοι φθονέοιμι καὶ οἰκτρότερ' ἄλλ' ἀγορεῦσαι*

I 38. Ad sentent. cf. Anacreonteum 30, 1. 3: *ἐπὶ μυρσίναις τερείναις ... στορέσας θέλω προπίνειν* **1** **T**: Diom. p. 523 Victor. de m. Hor. p. 175 Seru. de m. Hor. IIII p. 469 schol. Iuu. 3, 221

Ω = ABCDF(φψ)Rγδλ'(λl)πau] **23** latentes *δ1ψu* latentis *cett. δ2* **24** horas *u* **25** iacemtem *λ* **26** Voltu *FRγδ1π* V(u)oltu *A* Vult *B* Vultu *cett. δ2* fortes *B* **27** artum *A1* a*trum aut* atr*um R* **28** conbiberet *λu* c(v)ombiberet (v *erasa*) *A* cūbiberet *B* com*b*iberet *δ* combiberet *cett.* **30** Seuis *ADγu* lyburnis *F* (libyrni *Porph.*) **31** superbo/// *A*

I 38. AD PVERVM MINISTRVM *BCDRa* PROSPHONETICE AD PVERVM (PVERVM SVVM *γ*) PRO SIMPLICI (SYMPLICI *l*) APPARATV CONVIVII (CONVII *γψ1*) *Fγλ'* PROSPN̄ AD PUERŪ SIMPLICĒ AD PARATŪ CONUIUIUM *δπ* PROPHONETICE AD PUERUM *u* *inscr. omis. A*

1 Per siccos *u*

displicent nexae philyra coronae:
mitte sectari, rosa quo locorum
sera moretur.
simplici myrto nihil adlabores
sedulus, curo: neque te ministrum
dedecet myrtus neque me sub arta
uite bibentem.

---

3 T: Victor. p. 156 **S**: Symmach. epist. IIII 28: o m i t t e s e c t a r i per naturam faciliora **4 T**: Victor. de m. Hor. p. 176

Ω = *ABCDF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πau*] 2 nexe *C* ne*x*ę *δ* philyra *ABRγ* phi̇llyra *a* phylira *λ'ψ* phylyra *π* philira *δ* phyllira *φ* phyllyra *D* phillira *Cu Ac.* corone *δ* 3 quę *π pr. ut uid.* locorum *A* (*A*1 loquorum? *ut exhibet codex ϱ*) 4 Saera *F* 5 Symplici *l* mirto *ADδπφu* nichil *u* 6 curo *u* cura *Bentl. et u*1? curo *etiam Porph.* 7 *De*Decet *A* $\overset{de}{\text{D}}$ecet *δπ* mirtus *γδψu* neque te *Dpr.*(*et τ*) subacta *C et R*1 *ut uid.* arcta *u* () 8 libentem *A*1

EXPLICIT LIB. CARMINV PRIMVS. INCIPIT. LIBER SECVNDVS *A* CARMINVM LIBER ·I· EXPLICIT (EXPLICITUS *φ*) INCIPIT LIBER (*om. δπ*) II· FELICITER *Fδλ'π* Q. HORATII (HORATI *R* hORT *a*) FLACCI (FLACCHI *R*) CARMINVM LIBER (*om. D*) PRIMVS EXPLICIT || INCIPIT LIBER (*om. C*) SECVNDVS *CDRγa* EXPLICIT LIBER PRIMUS INCIPIT SECUNDUS HORATII FLACCI *u* FINIVNT SAPHICA DE LIBRO PRIMO CARMINVM. INCIPIVNT DE LIBRO SECVNDO SAPHICA *B* *sed idem fol.* 176ᵛ CARMINV̄ LIb· I· EXPt || INCIP̄ LIb·II· *B*

Q. HORATI FLACCI

C A R M I N V M

LIBER SECVNDVS.

I.

Motum ex Metello consule ciuicum,
bellique causas et uitia et modos
ludumque Fortunae grauisque
principum amicitias et arma
nondum expiatis uncta cruoribus,

II 1. **1 T**: Seru. ad Aen. VI 772 Seru. de m. Hor. IIII p. 470 Diom. p. 523 Victor. de m. Hor. p. 179 omissa uoce 'consule' in codice **3** sq. 'grauesque — amicitias' **T**: Pseudacr. ad c. II 19, 8 **3 T**: Plot. p. 541 Victor. de m. Hor. p. 180 **S**: Graeci cuiusdam epigrammatis initium: παίγνιόν ἐστι Τύχης μερόπων βίος **4 T**: Victor. de m. Hor. p. 180 **S**: Aus. profess. 17, 10 p. 66 Sch.: principum amicitiae contigerunt iuueni ‖ edyll. 2, 32 p. 33 Sch.: et semper fictum principum amicitiae **5 S**: Sil. VIIII 13 sq.: hostilique unguere primus tela cruore ‖ Prud. ham. praef. 17 sqq.: mundum recentem caede tinguit inpia sero expiandum, iam senescentem sacro cruore Christi, quo peremptor concidit ‖ Ammian. Marc. XXIII 5, 19: cuius in gladiis nondum nostrae propinquitatis exaruit cruor

II 1. *Ω = ABCDF(φψ)Rγδλ′(λl)πau*] AD ASINIVM POLLIONEM PRAGMATICE TETRACOLOS *BC* LOQVITVR ASINIO POLLIONI (POLLONI *λ* POLLINI *ψ1*) VIRO CONSVLARI (CONSVLARI VIRO *π* CONSVLA VIRO *δ*) QVI INTERMISSIS TRAGOEDIIS BELLI CIVILIS HISTORIAM (HẎSTORIÃ *l*) DESCRIBIT (DESCRIBIT HISTORIAM *δπ*) *Fδλ′π* AD ASINIV̄ POLLIONEM CONSVLARĒ VIRVM. PRACMATICE (PRAGMATICE *a*) TETRACOLOS *Dγa* AD ASINIVM POLLIONEM CONSVLAREM *R* AD//POLLI$\overset{o}{,}$NEM TRAGEDUM *u* *inscript. omis. A*

1 cons$\overset{v}{o}$le *λ* **2** uitias *D* uicia *Ra* **3** fortune *δ1* graues *u Ac. Plotius* grauis *cett. Victorinus* **4** Principium *A a. ras. Victorin cod. A* amiticias *C* amicicias *a* amititias *Du*

periculosae plenum opus aleae,
tractas et incedis per ignes
suppositos cineri doloso.
paulum seuerae Musa tragoediae
II 9. **1 T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 470 Diom. p. 524 Victor. de m. Hor. p. 179 **3 T**: Victor. de m. Hor. p. 180 **S**: Lucret. I 275 (uexat) **4 T**: Victor. l. c. p. 180 **S**: laud. Pison. 135 sq.: non semper fluidis adopertus nubibus aether aurea terrificis obcaecat sidera nimbis ‖ Sil. XII 395: hispida tellus **5 S**: Asclepiadius anthol. 541, 2 R.: frigoribus saeuis ut stetit amnis iners **6** sq. **S**: Lucil. Aetn. 361: aut Aquilone fremunt siluae **7** huc respiciunt fragm. gramm. Bobiensia (VII) p. 544: Garganus mons est Apuliae **9** sq. **S**: Prop. IIII 11, 1: desine, Paule, meum lacrimis urgere sepulcrum **9 S**: Sen. Herc. Oet. 1091 sq.: flebilibus modis haec Orpheus cecinit Getis ‖ Aus. parent. 27 (25), 2 p. 53 Sch.: flebilibus modulis **10—12** 'nec tibi — solem' **T**: schol. Stat. Th. VI 239 **10** sqq. **S**: Cinna in Smyrna apud Seru. ad ge. I 288: te matutinus flentem conspexit Eous et flentem paulo uidit post Hesperus idem ‖ Sen. Phaedr. 749—752: talis est primas

---

II 9. *Ω* = *A′(Aa)BCDF(φψ)Rγδλ′(λl)πu*] AD VALGIVM *R* VALGIVM CONSVLAREM (C̄SULᴀRE *C*) AMICVM SVVM (*omis. C in fine lineae*) CONSOLATVR *ABC* PARANETICE CONSOLATIO (CONSOLACIO *λ*) ·AD VALGIVM (*reliqua omis. u*) RVFVM· NE DIV DOLEAT *Fλ′u* VALGIVM CONSVLAREM AMICVM CONSOLATVR. PARANETICE TETRACOLOS ˋ*γ* VALGIV̄ (ADVALGIV̄ *D*) AMICV̄ CONSVLARĒ CONSOLATVR *Dτ* PRAGMATICE (PRACMATICE *π*) VALGIO RVFO *δπz*, *schol. δ add.*: AD UALGIU͠ CONSOLATIO NE DIUTIUS LUGEAT PUERUM AD VALGIVM CONSVLAREM PARANETICE TETRACOLOS *a*

1 imbre *Diomedis codd.* ymbres *π* hyspidos *Ac.* h. *Victorinus* **3** Vexent *Victorinus* inequales *γ1u* **4** armẹniis *ψ* armentis *R1 aut pr.* armetuis *D* in *omis. Victorinus* horis *γ1πlu* **5** glaties *u* in//er//s *R* inhers *π ante ras.* **6** omnes *BFau* omnis *cett.* **7** Querqueta *A′1BR1π1 Pseudacr.* Quer ceta *Fπ2ς Ac.* (*cf. u.* 18 quere larum) Querceta *A′2CDR2γδλ′π2u schol. γ* () **8** Eet *δ* **9** urgues *δ Pph. Porph.* urg(u)es *π* urges *cett. Ac.* () **10** Mysten *ADFπa* Mystem *R ante ras. λ* Misten *BCγδlu* adeptum *γ* uespere *π*

surgente decedunt amores
nec rapidum fugiente solem.
at non ter aeuo functus amabilem
plorauit omnis Antilochum senex
annos, nec inpubem parentes
Troilon aut Phrygiae sorores
fleuere semper. desine mollium
tandem querellarum, et potius noua
cantemus Augusti tropaea
Caesaris et rigidum Niphaten
Medumque flumen gentibus additum
uictis minores uoluere uertices,
intraque praescriptum Gelonos
exiguis equitare campis.

---

referens tenebras nuntius noctis, modo lotus undis Hesperus, pulsis iterum tenebris Lucifer idem **12** S: Verg. ge. I 92: r a p i d i u e potentia s o l i s **13** sq. ter aeuo functus . . . senex] S: Il. I 250 sqq. ‖ Od. III 245 ‖ 'trisaeclisenex' Laeuius apud Gell. XVIIII 7, 13 **17** sq. S: Eur. Phoen. 1071: *λήξασ' ὀδυρμῶν πενθίμων τε δακρύων* **19** sq. S: Verg. ge. III 30 sq.: addam urbes Asiae domitas pulsumque Niphaten fidentemque fuga Parthum uersisque sagittis (cf. carm. I 19, 11) **21** sq. 'mediumque — uertices' T: schol. Th. XI 508 S: Verg. Aen. VIII 726: Euphrates ibat iam mollior undis ‖ Sil. III 599: compescet ripis Rhenum, reget impiger Afros **22** 'minores — uertices' T: Seru. ad Aen. VIII 726 S: Hom. Il. XI 307: *τὸ δὲ κῦμα κυλίνδεται*

Ω = *A'*(*Aa*)*BCDF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πu*] **11** decedunt *A'BCRλ'* cedunt *DFπ*u_1 decidunt *γ* ////cedunt (re *suprascr.*) *δ* **12** rapido fugiente sole *B* **13** euo *u* **14** omnes *BF*R_2*au* omnis *cett.* R_1 anthilocum $ψ_1$*u* ant*iloch*um *R* **15** impubem *Bδa*(2?)*lu* inpubem *cett.* (a_1?) parentem D_1 (parente *τ*) **16** phrygiae *CRγδλ'* phrigiae A_2*BFδau* ph//rigiae *π* phrigigiæ *D, sed posterioris* g *loco scribere uoluerat* a frigiae *l* phrigie A_1 **17** *REDIT cod. v* Flere *B* **18** Tantem $δ_1$ querellarum A_1*CR p. ras. γ*$δ_1$*νφ Ac.* quaerellarum *DR ante ras. π Pph. Porph.* quere larum *λ* quaerelarum *l* querelarum *cett.* $A_2δ_2$ **19** tropaea A_1*B* tropaea (h *suprascr.*) *R* trophaea *Da* tropea *Fπ* trophea *cett.* A_2 **20** Cesaris *lu* niphaten *ABDδ*$λ_2$*νπl* nifaten *F Pph.* niphatem $λ_1$*u* nyphaten *Rγa* nymphatē *C* **21** gentibus additum C_2 *in ras.* ad*di*tum *A* aditum *ψ* **22** uoluere] uertere *l pr. y* tollere ς (*Basil.*1) *schol. Stat.* **23** prescriptum *γu* precriptum (r *suprascr.*) *δ* perscriptum *ψ* praescr. *uel* p̄scriptum *cett.* **24** aequitare *Dλ'* campos *l pr.*

X.

Rectius uiues, Licini, neque altum
semper urgendo neque, dum procellas
cautus horrescis, nimium premendo
litus iniqu*o*m.
auream quisquis mediocritatem
diligit, tutus caret opsoleti
sordibus tecti, caret inuidenda
sobrius aula.

II 10. **1** sqq. **S**: Stob. I p. 124 M. ‖ IIII p. 49 M. ‖ Sen. Oed. 882 sqq.: fata si liceat mihi fingere arbitrio meo, temperem Zephyro leui uela (c. II 10, 22—24), ne pressae graui spiritu antemnae tremant (c. I 14, 6). lenis et modice fluens aura nec uergens latus ducat intrepidam ratem. t u t a me m e d i a uehat uita decurrens uia ‖ Herc. Oet. 694—699: stringat tenuis litora puppis nec magna meas aura phaselos iubeat medium scindere pontum; transit t u t o s Fortuna sinus medioque rates quaerit in alto, quarum feriunt sipara nubes ‖ Agam. 102—107: modicis rebus longius aeuum est. felix, m e d i a e q u i s q u i s turbae sorte quietus aura stringit litora t u t a timidusque mari credere cumbam remo terras propiore legit ‖ Lollius Bassus epigr. 6, 1—4 (anal. Br. II p. 161): *μήτε με χείματι πόντος ἄγοι θρασύς, οὐδὲ γαλήνης ἀργῆς ἠσπασάμην τὴν πολυνηνεμίην. αἱ μεσότητες ἄρισται· ὅπη δέ γε πράξιες ἀνδρῶν, καὶ μάλα μέτρον ἐγὼ τἄρκιον ἠσπασάμην. τοῦτ' ἀγάπα, φίλε Λάμπι, κακὰς δ' ἔχθαιρε θυέλλας· εἰσί τινες πρηεῖς καὶ βιότου ζέφυροι* **1 T**: Diom. p. 524 Victor. de m. Hor. p. 175 Seru. de m. Hor. IIII p. 469 **3** sq. **S**: Pythagorae illud *ἐπὶ γῆς μὴ πλεῖν* **4 T**: Victor. de m. Hor. p. 176 **5** sqq. **S**: Liu. XLV 35: i n t a c t a i n u i d i a m e d i a sunt, ad summa ferme tendit ‖ trag. incert. fr. 547, 6 N.: *ἡ δὲ μεσότης ἐν πᾶσιν ἀσφαλεστέρα* **5 S**: Aus. gratiarum actio p. 23 Sch.: quae uocatur a u r e a ... m e d i o c r i t a s **S**: Sen. Herc. Oet. 675 sq.: q u i s q u i s m e d i u m defugit iter, stabili numquam tramite curret (al. currit) **6** sq. **S**: Sen. Herc. fur. 200: s o r d i d a paruae fortuna domus **7** sq. **S**: Martial. spect. 2, 3: inuidiosa ... atria

---

II 10. *Ω* = *A'(Aa)BCDF(φψ)Rγδλ'(λl)νπu*] ADLICINIVM *R* LICINIVM ALLOQVITVR (AD LYCINIVM LOQVITVR *a*) NE SEMPER (S̄R̄ *B*) MAGNA TEMPTET *A'BCD* AD LICINIVM MVRENAM (MVRENA *λ'*) OPTIMVM ESSE MEDIVM VITAE STATVM (STATAM δ_1) (MEDIVM VITAE STATVM VITAE *λ*) *Fγδλ'πuz*; *γ add.*: NEC SEMPER MAGNA TEMPTARE

1 neque] nec *Victorinus* **2** urguendo $C\delta_1\nu\pi$ *Pph.* urgendo *cett.* *δ p. ras. Ac.* procęllas *D* **3** praemendo *λ* **4** iniquum (iniq̌um *ψu*) *Ω Victorinus* **6** diligit tutus, caret *Bentl.; codd. interpungunt post* Diligit tǒtus *δ* care*t* *γ* opsoleti *A'λ'* obpsoleti *B* obsoleti CDR_2 $\gamma\delta_2\nu u$ *Pseudacr.* obsoletis *FR ante ras. δ ante ras. π schol. λφb*

saepius uentis agitatur ingens
pinus et celsae grauiore casu
decidunt turres feriuntque summos
fulgura montis.

9—12 T: schol. Lucan. I 81 sic: 's. u. a. i. pontus et celsae casu d. t. f. s. fulgura m.' floril. Par. 8818ª sic: 'sepe uentis agitur ingens pinus, et celse grauiore casu decidunt turres, feriuntque summos fulgura montes' **S**: Her. VII 10: *ὁρᾷς δὲ ὡς ἐς οἰκήματα τὰ μέγιστα ἀεὶ καὶ δένδρεα τὰ τοιαῦτ' ἀποσκήπτει τὰ βέλεα* ‖ Lucil. epigr. 119 (an. Br. II p. 342): *οὐ θρύον, οὐ μαλάχην ἄνεμός ποτε, τὰς δὲ μεγίστας ἢ δρύας ἢ πλατάνους οἶδε χαμαὶ κατάγειν* ‖ Pseudosen. Octau. 895—898: bene paupertas humili tecto contenta latet: quatiunt altas saepe procellae aut euertit Fortuna domos ‖ Sen. Ag. 88 sqq.: sidunt ipso pondere magna ceditque oneri fortuna suo; uela secundis inflata Notis uentos nimium timuere suos; nubibus ipsis inserta caput turris pluuio uapulat Austro, densasque nemus spargens umbras annosa uidet robora frangi; feriunt celsos fulmina colles ‖ Oed. 8—11: ut alta uentos semper excipiunt iuga rupemque saxis uasta dirimentem freta quamuis quieti uerberant fluctus maris, imperia sic excelsa Fortunae obiacent ‖ Phaedr. 1124 sqq.: minor in paruis Fortuna furit, leuiusque ferit leuiora deus. seruat placidos obscura quies, praebetque senes casa securos. admota aetheriis culmina sedibus Euros excipiunt, excipiunt Notos, insani Boreae minas imbriferumque Corum. raros patitur fulminis ictus umida uallis: tremuit telo Iouis altisoni Caucasus ingens Phrygiumque nemus matris Cybeles: metuens caelo Iuppiter alto uicina petit ‖ Ou. rem. am. 369 sq.: perflant altissima uenti; summa petunt dextra fulmina missa Iouis ‖ Claud. carm. min. 5, 33 sqq.: iamiam suppliciis fessos humilesque serenus despice. quid tanta dignaris mole clientem? in breuibus numquam sese probat Aeolus undis, nec capit angustus Boreae certamina collis; Alpes ille quatit, Rhodopeia culmina lassat. incubuit numquam caelestis flamma salictis, nec parui frutices iram meruere Tonantis: ingentes quercus, annosos fulminat ornos (cf. c. I 9, 12) ‖ Apoll. Sid. carm. VII 125: sat celsa laborant semper **10** sq. **S**: Iuu. 10, 105 sqq.: numerosa parabat excelsae turris tabulata, unde altior esset casus et impulsae praeceps immane ruinae **11** sq. 'feriuntque — montes' T: Hieronymus epist. 60 ad Heliodorum 16 (Vallars. I 342 A), idem epist. 108 ad Eustochium 18 (Vallars. I 702 C), idem in prologo in quaest. Hebr. in Genes. t. III 1 p. 301 ed. Venet. 1766 Isidor. iunior de natura rerum c. 30, 5 p. 57 ed. Bekker = Suet. p. 225 Reiff. **S**: Lucr. V 1132 sq.: inuidia ... ceu fulmine summa uaporant plerumque et quae sunt aliis magis edita cumque ‖ Fronto in principiis historiae fr. 3 ed. Mai: sicut arbores maximas uehementius uentis quati uidemus, ita uirtutes maximas inuidia criminosius incessit

---

Ω = A′(Aa)BCDF(φψ)Rγδλ′(λl)νπu] **9** Sepius *ABCγλ* Saepius *cett. Pseudacr. schol. Lucan. uid. Epileg.* Saeuius *editio Rothomag.* 1701 uentos *B* **10** cęlsę *π* grauiori *R* **11** decedunt *B pr.* feruntq. γ_1 **12** Fulgora *Bγ Ac. Sueton.* Fulgura *cett. Hieronymus* Fulmina *y Hieronymus prolog. in Genes.* () montis *A′R*δ_1*λ′π* monte[1]s *B* (i *ab eodem add.*) montes *CDFγ*δ_2*νu schol. Lucan. Sueton.*

sperat infestis, metuit secundis
alteram sortem bene praeparatum
pectus. informis hiemes reducit
  Iuppiter, idem
summouet. non, si male nunc, et olim
sic erit; quondam cithara tacentem
suscitat Musam neque semper arcum
  tendit Apollo.
rebus angustis animosus atque
fortis appare; sapienter idem
contrahes uento nimium secundo
  turgida uela.

13—18 ad sententiam **S**: Plut. Caes. 43: *εἰ μὲν εὖ πράττειν ἡγῇ σεαυτὸν ἐπὶ τῷ παρόντι, τὴν χείρονα προσδόκα τύχην· εἰ δὲ κακῶς, τὴν ἀμείνονα* ‖ Iustin. XXXI 2 laudat Hannibalem non minus in secundis aduersa quam in adversis secunda cogitantem ‖ Synes. de regno c. 5: *εὐτυχία δὲ πλάνον καὶ πολλάκις γε ἀντιπεριιστάμενον εἰς τοσοῦτον τὸ ἀντικείμενον ... δεῖ δὴ πόνων ἐπὶ τὴν φυλακήν· καὶ τοῦτ' ἔστι ... τὸ χαλεπὸν καὶ μυρίων ὀμμάτων δεόμενον, μή, ὅπερ εἴωθεν ἡ τύχη ποιεῖν, ἀνακάμψῃ μεταξὺ τῆς ὁδοῦ* **15** sq. **S**: Theocr. 4, 41. 43: *θαρσεῖν χρή, φίλε Βάττε, τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον ... χὠ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει* ‖ Sen. Phaedr. 751 sq.: Hesperus, pulsis iterum tenebris (c. IIII 4, 39. 40) Lucifer idem **14** alteram s.] **S**: Pind. P. 3, 34 sq.: *δαίμων δ' ἕτερος ἐς κακὸν τρέψαις ἐδαμάσσατό νιν* ‖ Callim. fr. 91: *οὐ πάντες, ἀλλ' οὓς ἔσχεν οὗτερος δαίμων* **15 S**: Verg. ge. III 354 sq.: sed iacet aggeribus niueis informis et alto terra gelu ‖ Sen. apocol. 2: et deformis hiemps gratos carpebat honores **17** sq. **S**: Ou. her. 15, 177: quicquid erit, melius quam nunc erit **18—20 S**: ad sententiam Lucr. II 412 sq.: musaea — figurant ‖ Ou. ex P. IIII 8, 75: utque nec ad citharam nec ad arcum segnis Apollo est ‖ laud. Pis. 130 sq.: nec semper Gnosius arcu destinat, exempto sed laxat cornua neruo **19** ad sententiam **S**: Apul. met. VI 24: Musae uoce canora personabant, Apollo cantauit ad citharam ‖ Stat. Th. VI 355 sqq.: interea cantu Musarum nobile mulcens concilium citharaeque manus insertus Apollo ... spectabat ... terras **21—24 S**: Theogn. 657 sq.: *μηδὲν ἄγαν χαλεποῖσιν ἀσῶ φρένα μηδ' ἀγαθοῖσι χαῖρ', ἐπεὶ ἔστ' ἀνδρὸς πάντα φέρειν ἀγαθοῦ* **21 S**: Apoll. Sid. epist. VIII 10, 3: negotium ... angustum **22—24 S**: anth. Lat. 407 R.: ingentes dominos et famae nomina clarae inlustrique graues nobilitate domos deuita ... contrahe uela et te litoribus cymba propinqua uehat **23** sq. **S**: Ou. tr. III 4, 31 sq.:

Ω = A'(Aa)BCDF(φψ)Rγδλ'(λl)νπu] **13** metuit *R* **14** preparatum *Dγδφ* preparatam *ψ* **15** informis *A'BRλ'π Pph.* informes *CDFγδνu* reducit *R* **16** Iupiter *Dγ* **17** Submouet *B et fort. R*1 si male] simile *B* **18** cytharae *Fδ* cythare *π* cythara *D* cithara *cett.* **19** Suscitauit *l* **20** appollo *λ*1 **21** adq. *Pph.* **22** fortis] Sapientis *π*1 sapienter *Rπ* **23** Contraes *δψ* Contrahis *π* (e supra i) **24** Tturgida *δ*

XI.

Quid bellicosus Cantaber et Scythes,
Hirpine Quincti, cogitet Hadria
diuisus obiecto, remittas
quaerere, nec trepides in usu

---

formida nimium sublimia semper propositique, precor, contrahe uela tui ‖ panegyr. Maxim. et Constant. 9: te umquam ... patientur ... reipublicae uela contrahere, quae tam felicibus uentis etiam iuuenis impleueris ‖ Sen. Thy. 615 sq.: nemo confidat nimium secundis, nemo desperet meliora lapsis ‖ Prop. III 9, 30: uentorum plenos subtrahis ipse sinus

II 11. **1** T: Seru. de m. Hor. IIII p. 470 Diom. p. 524 ‘quid bellicosus Cantaber ag.’ T: Victor. de m. Hor. p. 179 **3** T: Victor. de m. Hor. p. 180 remittas] S: Ter. Andr. (V 1, 8) 827: remittas iam me onerare iniuriis **4** T: Victor. de m. Hor. p. 180 sic: ‘quaerere nec trepidae linum’ trep.] S: Verg. Aen. VIIII 114 **5—12** S: Aus. edyll. 14, 49 sq.: collige uirgo rosas, dum flos nouus et noua pubes, et memor esto aeuum sic properare tuum ‖ Manil. V 267—269: mundiciae cultusque adsunt artesque decorae et lenocinium uitae praesensque uoluptas uirginis; hoc anni poscunt floresque coronae **5—8** S: Sen. Phaedr. 446 sqq. aetate fruere: mobili cursu fugit; nunc facile pectus, grata nunc iuueni uenus: exultet animus

---

II 11. $\Omega = A'(Aa)BCDF(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\nu\pi u$] AD QVINCTIVM HIRPINVM *R* AD QVINTIVM (*omis. AB*) HIRPINVM (HIRPENŪ *Bpr.* HYRPINVM *a*) MONENS VNVMQVEMQ. (VNĀQVEMQ; *D*) VTILITATI SVAE (SVA *A*) CONSVLERE *A'BD* C̄SVLARE ADHIRPEIV MONENS VNVM QVEMQ› VTILITATI SVAE *C* AD QVINTIVM (QVINTVM *u* Q. *δπ*) HIRPINVM (HIRDINUM *δ* ALPINUM *u*) NON ESSE COGITATIONES NR̄AS IN DIVERSVM MITTENDAS *Fδπu* AD Q: H: N̄ EĒ C: *NOSTRAS* IN DIVERSAS MITTENDAS S& VTILITATI SVĘ QVĒQ. C̄SVLERE *γ* AD QVINTIVM (QVINTIVR *λ*) HIRPINVM MONENS (MONES *λ*) VMVMQVEMQ. VTILITATIS SVAE (SUE *λ*) CONSVLERE· NON ESSE COGITATIONES (COGICIONES *λ*) NOSTRAS IN DIVERSVM MITTENDAS (MITENDAS *λ*):· *λ'*

1 ·uid *γ; in ν inde ab hoc carmine singulorum carminum litterae initiales non omissae sunt, sed a miniatore adpictae* contaber *D* et *Ω* (*nisi quod a euanuit*) *Pph. Diomed. Seruius* aut *Ac. expositio metrica* (*γ et α*1) *cons. Victorinus, fort. rectius* scythes *Rνπu* scytes *C* scithes *A'BDδλ'* scites *Fu* cithes *γ* **2** Hyrpine *Dπlu* quincti *AR* quin ti *a* quinte *B* quinti *cett. Ac. Pseudacr.* (Quintum *Porph. in interpret.*) adria *CFδπl*2*u* **3** diuisus 1 obiecto *B* obiecta *Victorinus* **4** Querere *Cγδνu* nec] ne *γu* trepidae linum *Victorini codex* in usu *schol. ν Wiss* inu//sum (*fuerat* i) *φ* in usum *cett. uid. Epileg.*

poscentis aeui pauca: fugit retro
leuis iuuentas et decor, arida
pellente lasciuos amores
canitie facilemque somnum.
non semper idem floribus est honor
uernis neque uno Luna rubens nitet
uoltu: quid aeternis minorem
consiliis animum fatigas?
cur non sub alta uel platano uel hac
pinu iacentes sic temere et rosa
canos odorati capillos,
dum licet, Assyriaque nardo
potamus uncti? dissipat Euhius

---

5 sq. **S**: Theogn. 985 sq.: *αἶψα γὰρ ὥστε νόημα παρέρχεται ἀγλαὸς ἥβη, οὐδ' ἵππων ὁρμὴ γίγνεται ὠκυτέρη* ‖ 1020 sq.: *ἀλλ' ὀλιγοχρόνιος γίγνεται ὥσπερ ὄναρ ἥβη τιμήεσσα* ‖ Theocr. 27, 8: *μὴ καυχῶ, τάχα γάρ σε παρέρχεται ὡς ὄναρ ἥβη* ‖ Aus. epigr. 15, 14: fugit iuuentus Romula (c. IIII 5, 1) **6** leuis i.] Graecorum *λεία νεότης* uel *ἥβη* **6. 8 S**: Plaut. aul. 297: aridus ... senex **7** sq. ad sententiam **S**: Nemes. buc. 1, 13: nunc album caput et ueneres tepuere sub annis **9** sq. **S**: Sen. Phaedr. 764 sq.: non sic prata nouo uere decentia aestatis calidae despoliat uapor ‖ Tibull. I 4, 27 sqq. **10** sq. **S**: Sen. Phaedr. 747: exerit uultus rubicunda Phoebe ‖ Prop. I 10, 8: et mediis caelo Luna ruberet equis ‖ Orientius common. I 116: sol splendet, lucent sidera, luna rubet ‖ Verg. ge. I 431: uento semper rubet aurea Phoebe **13** sq. **S**: Nemes. buc. 2, 18 et Calpurn. buc. 4, 2: sub hac platano ‖ Pentadius in anth. Lat. c. 235 R. uu. 19 sq.: sub platano uiridi iucunda somnus in umbra sertaque texuntur sub platano uiridi **14** sq. **21** sq. **S**: Anacreontic. 4, 14 sq.: *ῥόδοις δὲ κρᾶτα πύκασον, κάλει δ' ἑταίρην* **14 S**: Hom. Il. II 120: *μὰψ οὕτω* ‖ Plat. Gorg. p. 506 d: *οὕτως εἰκῇ* ‖ Sen. Phaedr. 394: sic temere iactae colla perfundant comae **15—17 T**: schol. Lucan. X 164 **15** sq. **S**: Sen. Phaedr. 393: odore crinis sparsus Assyrio uacet **16 S**: Sen. Phaedr. 773 sq.: quis sapiens bono confidat fragili? dum licet, utere ‖ Tib. III 63 sq.: Syrio madefactus tempora nardo debueram sertis implicuisse comas **17** sq. **S**: Anacreontic.

Ω = *A'(A a)B C D F(φ ψ) R γ δ λ'(λ l) ν π u*] **5** *sq. in ras. D* **5** eui *u* **6** Lenis *u pr.* iuuenta:// & *R* : *et* & *a R2* uıcientas *u* **7** Pallente *l1* amores *δ* **8** Canicie *F δ ν a, sed* e *in ras. δ* Canitiae *R* canitia *Pph. Porph.* Cani·tia (es *supra*) *π* Canitie *cett. schol. γ ν* sonnum *u* **10** neque *A' B D F δ λ' π u Pph.* nec *C R γ ν* **11** Voltu *F δ π* Vultu *A' B C D R γ λ' ν u* eternis *u* **13** platano *R* **14** Pino (v *supra*) *δ* iacentis *R1* **15** odorata *D* **16** assyria *A δ φ l Porph. cons. schol. λ* assiria *D R γ λ ν π a u* asyria *C ψ* asyrio (s *supra*) *B* (*femininum test. schol.*) **17** Putamus *R ante ras.?* ̣cuncti *B* euchius *F δ1 π2* euchus *π1, R1 non liquet* euhius *cett. R2 in ras. δ p. ras. Pph. Porph. Pseudacr.* ()

curas edacis. quis puer ocius
restinguet ardentis Falerni
pocula praetereunte lympha?
quis deuium scortum eliciet domo
Lyden? eburna dic age cum lyra
maturet, incomptam Lacaenae
more comam religata nodo.

XII.

Nolis longa ferae bella Numantiae,

30, 18 B.: *σκεδάσαι θέλω μερίμνας* ‖ Theogn. 883: *τοῦ πίνων ἀπὸ μὲν χαλεπὰς σκεδάσεις μελεδῶνας* ‖ Cypriorum fr. 10 p. 27 K.: *οἶνόν τοι, Μενέλαε, θεοὶ ποίησαν ἄριστον θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἀποσκεδάσαι μελεδῶνας* ‖ Sen. Phaedr. 445: curas Bacchus exoneret graues ‖ Boeth. phil. cons. III 3, 5: cura mordax, et uide adnot. ad c. I 18, 4 **18** sqq. **S**: Anacr. fr. 62: *φέρ' ὕδωρ, φέρ' οἶνον, ὦ παῖ, φέρε δ' ἀνθεμεῦντας ἡμὶν στεφάνους ἔνεικον, ὡς δὴ πρὸς Ἔρωτα πυκταλίζω* ‖ Claud. nupt. Hon. 128 sq.: quis erit, pueri, ... qui uocet **19 S**: de mero Meleag. epigr. 113, 4: *πῦρ . . . καιόμενον* ‖ Mart. XIIII 113, 1: ardenti . . . Falerno **21 S**: Anacreontic. 30, 13 sqq. B.: *ἐμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ, μύρισον, ῥόδοις δὲ κρᾶτα πύκασον, κάλει δ' ἑταίρην* ‖ Claud. in Eutrop. I 82 sq.: ille uel aerata Danaen in turre latentem e l i c e r e t **23** sq. inc. c.] **S**: Paul. Sil. in anth. Pal. V 270, 3 sq.: *οὐδὲ κομίζει χρυσὸς ἀ π ε κ τ ή τ ο υ σῆς τ ρ ι χ ὸ ς ἀγλαΐην* **24 S**: Sen. Phaedr. 401 sq.: nodo comas coegit emisitque

II 12. **1** sqq. ad sententiam cf. culicis uu. 27 sqq. **1 T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 469 Diom. p. 524 Victor. de m. Hor. p. 174 cf. Plot.

$\Omega = A'(Aa)BCDF(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\nu\pi u$] **18** Curas *R* edacis $A'BR_1\lambda'\pi$ *Pph.* edaces $CDFR_2\gamma\delta\nu u$ otius $CR_1\gamma\delta\nu u$*t uid.* lu **19** Restinget *B apr.* Restringet *A* Restringu& *C* Restinguit *R* (*idem coni. Bothe*) Restinguet *cett. a corr. Pph. Porph. futurum testatur gloss.* ν **20** pretereunte $AD\gamma\lambda\nu u$ p̄tereunte δ limpha $R\gamma u$ **21** scortum *omis.* A_1, *add. alt. m.* eliciet *A* elic&^{i} γ elicet^{i} *D* **22** Lyden $A'FR_1$*aut* $_2\nu\pi_2 l$ Lydem λ Liden CDR_1*aut* $_2\gamma\delta u$ Lide π_1 lira γu **23** in comptum $AB\lambda$ incomptum $CDFR\gamma\delta\pi a l$ *Pph. Ac. Pseudacr.* inconptum *u* incomptam *y* (*cod. Torrenti*) *Bentl.; cf. Ou. met.* I 477. 497 *sq.* 529 *de Daphne:* uitta coercebat positos sine lege capillos . . . spectat (sc. Apollo) inornatos collo pendere capillos, et: 'quid si comantur?' ait . . . et leuis impexos (al. impulsos) retro dabat aura capillos lacaenae $A'R\gamma\lambda'\pi$ lacenae $DF\delta u$ lacene *C* **24** comam $F\delta_1\lambda'_2\pi u$ *schol.* φ *Bentl.* comas $CD\gamma\delta_2\nu$ *Pseudacr.* comas *R* comae $AB\lambda'_1$ *Pph.* coma l_3 comas *etiam a, sed* s *fort. ab alt. m.; uid. Epileg.* relegata *D* religare *Pph.* nodo *Bentl.* nodum Ω

II 12. AD MECENATEM (MEC: AC_2Ru) ABC_2 *in ras.* Ru AD MECENATEM (MENATEM λ_1) NON ESSE RES MAGNAS LEVI CARMINE DICENDAS λ' AD MECENATEM NON ESSE LEVI CARMINE

nec durum Hannibalem nec Siculum mare
Poeno purpureum sanguine mollibus
aptari citharae modis,
nec saeuos Lapithas et nimium mero
Hylaeum domitosque Herculea manu
Telluris iuuenes, unde periculum
fulgens contremuit domus
Saturni ueteris; tuque pedestribus
dices historiis proelia Caesaris,
Maecenas, melius ductaque per uias
regum colla minacium.
me dulcis dominae Musa Licymniae
cantus, me uoluit dicere lucidum

---

p. 535: bella ferae Numantiae **3 S**: Sil. IIII 168: purpureo ... sanguine **4 T**: Victor. de m. Hor. p. 176 **5** sq. **S**: Verg. ge. II 457: et magno Hylaeum Lapithis cratere minantem **9—12** 'tuque — minacium' **T**: Seru. ad ge. II 42 (cod. Augiens.) **9 S**: Verg. Aen. VII 180: Saturnusque senex **11** sq. **S**: Prop. II 1, 33 sq.: canerem ... regum auratis circumdata colla catenis Actiaque in sacra currere rostra uia **13 T**: schol. *Γ* serm. I 2, 64 **14** sq. **S**: Hom. Il. III 397: *ὄμματα μαρμαίροντα* ‖ Mosch. id. 1, 7 sq.: *ὄμματα δ' αὐτῷ δριμύλα καὶ*

Ω = *A'*(*Aa*)*BCDF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*vπu*]

RES MAGNAS DICENDAS (DIC. *omis.* *δπz*) *Fγδπz* AD MAECENATEM (MECENATE *D*) PSPHONETICE TETRACOLOS· *Da* *sine titulo v*

1 longa//ferae *R* faere *l* ferre *πpr.* //numantię// *v* **2** durum *Ω Ac. Pseudacr.* dirum *y Meineke* () annibalem *Fδπlu* anibalem *λ* hannibalem *R* hannibelem *D* syculū *v* mari *λ* **3** Poene *apr.* Pęno *γu* sangine *B* **4** Aptare *A'Bλ' Victorinus* Aaptari *δ* cytharae *BDFλπ* cythare *l* citharae *cett.* cithara *Victorinus* **5** seuos *Rλvπu* seruos *l* suos *γ1* lapithas *CF1 Rγδvπ* laphitas *ABDλ'u* laphithas *F2* lapetas *a* metro *D* **6** Hylaeum *CDRγa Pph.* Hileum *Fδu* Hyleum *cett.* que *omis. D* hercula *D1 δ1* hesculea *l* **9** Saturnis *a* ueteris// *R* pedes//rib; *π* **10** Disces *B* hystoriis *C* istoriis *δpr.* proelia *ACDFγδ2λ'* broelia *δ1* pręlia *Rv* prelia *u* p̄lia *Bπa* cesaris *δu* **11** Maecenas *BRv* Mecenas *A'CDFγδλ'u* Mecaenas *π* melius] melus *D* per uiam *Seruius* (*cod. Augiens.*) **12** minatium *γalu* minatiuum *λ* minancium *D* minatium *δπ* minacium *cett. Seruius* () **13** dulces *Fλ'u* dulcis *cett. u uar.* dominię *δ1* Musa] mus *C* licymniae *BRλ'* licimniae *AC* lycimniae *Dγva* licinię *u* licĩniæ *δ* lycymniae *Fπ* () **14** lucidum *δ*

fulgentis oculos et bene mutuis
fidum pectus amoribus,
quam nec ferre pedem dedecuit choris
nec certare ioco nec dare bracchia
ludentem nitidis uirginibus sacro
Dianae celebris die.
num tu quae tenuit diues Achaemenes
aut pinguis Phrygiae Mygdonias opes
permutare uelis crine Licymniae,
plenas aut Arabum domos,
cum flagrantia detorquet ad oscula

φλογόεντα ‖ 2, 86: *ὄσσε ... δι' ἵμερον ἀστράπτοντε* ‖ Rufin. epigr. 13, 3 sq. (anal. Br. II p. 393): *τίς πλοκάμους Μελίτης εὐώδεας ἢ πυρόεντα ὄμματα καὶ δείρης φέγγος ἀποπλάσεται;* ‖ Sosipater epigr. 3 (anal. Br. I p. 504): *καὶ γλῆναι λασίῃσιν ὑπ' ὀφρύσιν ἀστράπτουσαι* ‖ anthol. Pal. XII 196: *ὀφθαλμοὺς σπινθῆρας ἔχεις ... μᾶλλον δ' ἀκτῖνας, δέσποτα, πυρσοβόλους· ἀντωπὸς βλέψαι βαιὸν χρόνον οὐ δύναμαί σοι, οὕτως ἀστράπτεις ὄμμασιν ἀμφοτέροις* **17** **S**: Verg. ge. I 11: ferte simul Faunique pedem **19** lud.] **S**: Verg. ecl. 6, 27 **20** celebris] **S**: Tib. IIII 4, 23 **21** sqq. **S**: Sappho fr. 85 B.: *ἔστι μοι κάλα πάις ... ἀντὶ τᾶς ἔγω οὐδὲ Λυδίαν παῖσαν οὐδ' ἔραννᾶν* ‖ Eur. Herc. fur. 643 sqq.: *μή μοι μήτ' Ἀσιήτιδος τυραννίδος ὄλβος εἴη, μὴ χρυσοῦ δώματα πλήρη τᾶς ἥβας ἀντιλαβεῖν* ‖ epigr. adesp. in anth. Pal. XI 3: *ἤθελον ἂν πλουτεῖν, ὡς πλούσιος ἦν ποτε Κροῖσος, καὶ βασιλεὺς εἶναι τῆς μεγάλης Ἀσίης. ἀλλ' ὅταν ἐμβλέψω Νικάνορα τὸν σοροπηγὸν ... τὴν Ἀσίην πωλῶ πρὸς μύρα καὶ στεφάνους* **22** **T**: Seru. ad Aen. II 4 schol. Stat. Th. I 161 Unger **23** **S**: Palladas in anth. Pal. VI 60: *ἀντὶ βοὸς χρυσέου τ' ἀναθήματος Ἴσιδι τούσδε θήκατο τοὺς λιπαροὺς Παμφίλιον πλοκάμους κτλ.* ‖ Aristaen. I 10: (*ἀντὶ Κυδίππης*) *Ἀκόντιος οὐκ ἂν ἠλλάξατο τὸν Μίδου χρυσόν* **24** **S**: Eur. fr. 328, 1 N.: *δόμους ... πληρουμένους* **25** sqq. **S**: Tib. I 4, 53 sqq.: rapias tum cara licebit oscula: pugnabit, sed tamen apta dabit; rapta dabit primo, mox offeret ipse roganti, post etiam collo se implicuisse uolet

---

Ω = *A'*(*Aa*)*BCDF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*νπu*] **15** Fulgentes *CF*R_2*δu* Fulgentis *cett. Pph.* **17** dedocuit π_1 **18** b^{r}achia *δ* brachia *cett.* **20** Diane *Cu* caelebris *πl* **21** quae] que R_1 q. δ_1 achaemenes *ABRγλ'* achemenes *CDFνa Ac.* archimenes *δ* achimenes *π corr. u* achemenis *Porph.* archemenis *π pr.* **22** ping^{v}es *B* pingues A_1 *Seruii cod. Cassel. Lactantius* pinguis *cett. Pseudacr.* phrygiae *CRγλ'π* phrigiae *ADνu* frigiae *BFδ* frygiae *l* phirgiae *a* mygdonias *Fλ'ν* mycdonias *R* migdonias *A'BDδπu Pseudacr.* micdonias *Cγ* **23** licymniae *BRγa* licimniae *ACπ Porph.* lycimniae *DFνl* licynię *λ* licinię *u* licīniæ *δ* lycymnię *Pph.* **25** Dum *Fδπ* Cum *cett. Ac. Pseudacr.* flagrancia *λ* fraglantia π_2*u schol. φ interpr.* 'redolentia' flagrantia *cett.* π_1 () *detorquet R* ^{de}torquet *A*

ceruicem, aut facili saeuitia negat,
quae poscente magis gaudeat eripi,
interdum rapere occupet?

XIII.

Ille et nefasto te posuit die
quicumque primum, et sacrilega manu
produxit, arbos, in nepotum
perniciem obprobriumque pagi;
illum et parentis crediderim sui
fregisse ceruicem et penetralia
sparsisse nocturno cruore
hospitis; ille uenena Colcha

---

26 item 'saeuitiam' Prop. I 1, 10 **28** 'oscula ... praeripere' Lucret. III 893 sq.

II 13. **1** sqq. **S**: Ou. am. I 12, 15 sqq.: illum etiam, qui uos (sc. tabellas) ex arbore uertit in usum, conuincam puras non habuisse manus. praebuit illa arbor misero suspendia collo, carnifici diras praebuit illa cruces: illa dedit turpes raucis bubonibus umbras; uolturis in ramis et strigis oua tulit **1** Seru. de m. Hor. IIII p. 470 Diom. p. 524 Victor. de m. Hor. p. 179 **3** Victor. de m. Hor. p. 180 **4** **T**: Victor. de m. Hor. p. 180 sic: 'ode XII: perniciemque ut probrumque p.' **5** sq. 'illum — ceruicem' **T**: Prisc. XVIII 106 **8—10** **S**: Sen. Phaedr. 165—168: compesce amoris impii flammas, precor, nefasque quod non

---

Ω = A'(Aa)BCDF(φψ)Rγδλ'(λl)νπu] **26** seuitia *Au* saeuicia *a* seuicia *ν* **27** pos^{c}ente *δ* **28** occupat *A2δπ Bentl.* occupet *cett. Pph. Porph. gloss. γνab* ('appetat')

II 13. AD ARBOREM *A'BCDR* AD ARBOREM CVIVS CASV PAENE (PENE *δλ'πψbuz* POENE *γ*) PERIERAT *Fγδλ'πbuz, Fλ' add.:* A QVA OPPRESSVM (OPPESSŪ *l*) LITVS (LITUS = LITUSUS *l*) EXECRATVR (EXECATVR *λ* EXSECRATUR *l*) *in b supra* ARBOREM *scriptum est*: ·1· inuectiue LAERCHETICE

1 nef: te] nefas te *B* nefas *π pr.* nefas toto *Victorini cod. A* **3** Producit *Cpr.* in nepotum] nepotus *Victorini cod. A* **4** Perneciem *F* Pernitiem *D ante ras. γπlu* Perniciem *cett. D corr. Victorinus* o^{b}probrium *u* obproprium *Ca* obprobrium *cett. Ac. Pph.* *u.* 5—c. II 16, 19 *DEFICIT cod.* δ1 (δ2 *saec.* XII); *supplementi causa recepimus cod. z: Ω = A'(Aa) BCDF(φψ)Rγλ'(λl)νπuz* **5** parentes *Bπpr.ψpr.* patris *Priscianus* **6** ceruicem *omis. λ'* penitralia *Bu* *u.* **8** *omis. z1* ill*e R* uenena] & uenia *l1* & uenena *l2z(2)* colchica *A2FR2πluz(2) Pph. Porph.* cholcha *π* colcha *cett. A'R1 Ac.* ()

et quicquid usquam concipitur nefas
tractauit, agro qui statuit meo
te triste lignum, te caducum
in domini caput inmerentis.
quid quisque uitet numquam homini satis
cautum est in horas. nauita Bosphorum
Poenus perhorrescit neque ultra
caeca timet aliunde fata,
miles sagittas et celerem fugam
Parthi, catenas Parthus et Italum
robur; sed inprouisa leti
uis rapuit rapietque gentis.
quam paene furuae regna Proserpinae

---

ulla tellus barbara commisit umquam, non uagi campis Getae nec inhospitalis Taurus aut sparsus Scythes **8 S**: Ou. her. 6, 131: Colchis ... ueneris ‖ *Κόλχος* ut Apoll. Rh. IIII 486 **9 S**: Sen. Med. 44 sq.: quodcumque uidit Pontus aut Phasis nefas, uidebit Isthmos **13** sq. 'quid — est' **T**: floril. Paris. 8069 **17** sq. **S**: Verg. ge. III **31**: fidentemque fuga Parthum uersisque sagittis ‖ IIII **313** sq.: sagittae ... Parthi ‖ Claud. de IIII cons. Honor. 531: refugo quae sit fiducia Partho **19** sq. **S**: Prud. ham. 535—538: praepes enim, uolucres dum pennis transuolat auras, inprouisa uenit, nec stridor nuntiat ante aduentum leti, quam pectoris abdita rumpat securam rapiens medicato uulnere uitam **21** sq. **S**: Sen. Phoen. 521—535: quam paene mater maius aspexi nefas, quam quod miser uidere non potuit pater! licet timore facinoris tanti uacem uideamque iam nil tale, sum infelix tamen, quod paene uidi ‖ Herc. fur. 547—549: qua spe praecipites actus ad inferos audax ire uias inremeabiles uidisti Siculae regna Proserpinae? ‖ anthol. Lat. 1615, 2 M.: nondum Persephones sperabam uisere regna **21 T**: Seru. ad ge. III 407 'furuae regna Proserpinae' **T**: Agroecius (VII) p. 125 **S**: Stat. Th. VIII 10: Eumenis aut furuo Proserpina poste notarat

---

Ω = *A′(Aa)BCDF(φφ)Rγλ′(λl)νπuz*] **10** quistauit *γ* **12** capud *u* inmerentis *CRuz Ac.* immerentis *A′DFγλ′ν*π_2 īmerentis *B* inminentis π_1 **13** () quisquis u_1 nunquam *C* **14** ///in *D* oras *F* bosforum *B Pph. Porph.* bosphorum *cett. Pseudacr. schol. λ; Pseudacr. interpret.* βοὸς φόρος () **15** Pęnus *νu* Poenus *cett. Pph. bis Porph. Ac. Pseudacr.* Thynus *Lachmann uid. Epileg.* perorrescit *F* **16** Ceca A_1*Cγνu Ac.* *timet /// R_2 in ras.* timetque *Axt* timetue *Lachmann* facta *πu* **17** sagitasset *π* sagitas ψ_1 celerim R_1 **19** s& *γ* sed *cett.* (s, *C*) improuisa *A′BDl* inprovisa// *R* inprouisa *cett.* leti *Cpr.Rλ*a_1 lęti *Aγ* l^o^eti *a* loeti *Ccorr.DFνπ*a_2*luz* **20** rapi&, *omisso* que, *ν* gentis *A′Bλ′* gentes *cett.* A_2 **21** paene *DFR*l_2 pene *ABC γλ*a_2 pęnę *u* poene *z* sepe l_1 *ut uid.* penę *π*, a_1 *non liquet* f^o^oruę *A* forue A_1 *Ac.* furuę *z* furue *C* furuae *cett. Pph. Porph. schol. γ*

et iudicantem uidimus Aeacum
sedesque discriptas piorum et
Aeoliis fidibus querentem
Sappho puellis de popularibus
et te sonantem plenius aureo,
Alcaee, plectro dura nauis,
dura fugae mala, dura belli.
utrumque sacro digna silentio
mirantur umbrae dicere; sed magis
pugnas et exactos tyrannos
densum umeris bibit aure uolgus.
quid mirum, ubi illis carminibus stupens

---

23 **S**: Nemes. buc. 1, 19 sq.: quem nunc emeritae permensum tempora uitae secreti pars orbis habet mundusque piorum ‖ Lact. inst. d. VII 7: esse inferos Zeno Stoicus docuit et sedes piorum ab impiis esse discretas ‖ Verg. Aen. VIII 670: secretosque pios ‖ Hilarius de Machab. u. 212: laetique manent in sede piorum **24. 34** piorum defunctorum *φορμίγγεσι τερπομένων* et Cerberi centum capitibus praediti iam Pind. meminit fr. 129, 5 **26** sq. cf. 'Alcaeus in parte operis aureo plectro merito donatur' Quintil. instit. X 1, 63 **26** *πλῆκτρον χρυσοῦν* Eur. Herc. fur. 351 Pind. N. 5, 24 (*χρυσέῳ πλάκτρῳ*) sonantem] **S**: *κελαδεῖν* apud Pind. Ol. 2, 2 P. 2, 63 ‖ Stat. s. II 7, 114: et te nobile carmen insonantem **29** sq. **S**: Luc. VIIII 564: effundit d i g n a s a d y t i s ... u o c e s ‖ Iuu. 13, 205: uocem adyti dignam templo sil. ... umbr.] **S**: Verg. Aen. VI 264: umbraeque silentes **32** **S**: Auien. orb. terr. 261: sudorisque mei patulo bibe carmina rictu ‖ Stat. Ach. II 120: uigilique haec a u r e b i b e n t e m; praeterea elocutio 'auribus bibere aliquid' extat apud Stat. s. V 2, 58. 59 Prop. III 5, 8 Ou. tr. III 5, 14 Apoll. Sid. c. 16, 126 **33** sqq. **S**: Pind. P. 1, 6 sq.: *εὕδει δ' ἀνὰ σκάπτῳ Διὸς αἰετὸς ὠκεῖαν πτέρυγ' ἀμφοτέρωθεν χαλάξαις κτλ.* ‖ Verg. ge. IIII 481—483: quin ipsae s t u p u e r e domus atque intima Leti Tartara caeruleosque im-

---

Ω = *A'*(*A*)*aBCDF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*νπuz*] **22** uindicantē *ν* uidimꝫ (= uidimius) *B* eacum *CF*γ_1*νuz* ęquū π_1 aecum *R* aeacum π_2 *cett.* **23** que *omis. C* discriptas *A'B nec dissent. Pseudacr. et schol. λφ* (*interpret.* 'separatas') descriptas *CD*R_1*γν*π_1*u Ac. Pph. Porph.* discretas A_2*Fλ'*π_2*z* descretas R_2 () *uid. Epileg.* **24** Aeolus *R ante ras.* quaerentem *ARπl* queremtem *λ* querentem *cett.* **25** Sappho *DFRλ'az* Sapho *ABCγνπu et semel Porph.* **26** ple^i^nus *a* auro^e^ *z* **27** Alcęi A_1 Alceę *νa* Alce/// (e supra) *π* Alcee *cett.* Alcee/// *R* **28** fuge A_1 *Fγz* *post* fugae *colon ponunt* A_2*CDγλνz schol. γ, post* mala *Fπ Ac., non interpung. BRl, euanuit a* male *B* **29** Vtraq. *A* dignum *F* silemcio *λ* lentio *φ* **30** umbre A_1 set *γ schol. γ* **31** tyrrannos *B* tirannos *u* tyrannos *cett., in D* o *supra* u *scriptum est* **32** umeris *BDRa Porph.* humeris *cett.* bibat *B* uolgus *Fπ pr.* z_1 uulgus *cett. π corr.*

demittit atras belua centiceps
auris et intorti capillis
Eumenidum recreantur angues?
quin et Prometheus et Pelopis parens
dulci laborem decipitur sono,
nec curat Orion leones
aut timidos agitare lyncas.

XIIII.

Eheu fugaces, Postume, Postume,

---

plexae crinibus angues Eumenides tenuitque inhians tria Cerberus ora **33 S**: Sen. Med. 688 de serpente: carmine audito stupet **35** sq. angues Eumenidum capillis implicatae primum occurrunt apud Aesch. choeph. 1049 sqq. **34** 'ubi iacebat Cerberus uel, ut ait Hor., belua centiceps' Sen. apocol. 13, 3 **38 S**: Ou. met. XIIII 121: fallit sermone laborem ‖ trist. IIII 1, 13 sq.: pensa trahentis fallitur ancillae decipiturque labor **39** sq. 'nec — lyncas. et notandum etiam de genere, quod masculino genere protulit Hor.' Prisc. VI 26

II 14. **S**: Anacr. fr. 43: *πολιοὶ μὲν ἡμὶν ἤδη κρόταφοι κάρη τε λευκόν, χαρίεσσα δ' οὐκέθ' ἥβη πάρα* ‖ Mimnermus 5, 4 sq.: *ὀλιγοχρόνιον γίγνεται ὥσπερ ὄναρ ἥβη τιμήεσσα· τὸ δ' ἀργαλέον καὶ ἄμορφον γῆρας ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτίχ' ὑπερκρέμαται* **1** sq. 'eheu — anni' **T**: Diom. p. 445 Hieron. comm. in Amos l. III c. 6 (Vallars. VI 314[e]) idem comm. in Ezechiel l. I c. 1 (Vallars. V 13[d]) schol. Pers. 2, 2 **S**: Mart. V 58, 7 sq.: cras uiues? hodie iam uiuere, Postume, tardum est: ille sapit, quisquis, Postume, uixit heri ‖ Ou. fast. VI 771: tempora labuntur tacitisque senescimus annis **1 T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 470

Ω = *A'(Aa)BCDF(φψ)Rγλ'(λl)νπuz*] **34** Dimittit *l* conticeps *γ1* **35** Auræs *A* Auris *πψ pr.* Aures *cett.* **36** Heu menidū *l1* Eumedium *λ* anges (v *supra*) *B* **38** laborem *A'1BDFR1πuz Pph. Porph.* laborum *A'2CR2γλ'ν Ac. Pseudacr.* () somno *Fλ'z1* so~~n~~no *u* **39** curat *z* oron *π pr.* leonis (e *supra*) *π* **40** timidos *Ω Ac. Priscianus* timidas *δ suppl. 2 (et τ s2)* agi//tare *R* lyncas *BC1Fλ'a corr. z* lycas *π1* lincas *a pr. cett.* lyncos *C2*

II 14. AD POSTVMVM DE CELERITATE VITAE *A'BC(a manu schol.)D, a add.*. PROSPHONETICE TETRACOLOS AD POSTVMVM DE BREVITATE VITAE (VITE *λ*) *Fλ'πuz* PROSPHONETICE TETRACOLOS AD POSTVMV (8 *supra*) DE CELERITATE VIT? *γ*, *antecedenti carmini continuat R* *titulum omisit ν*

1 Eheu (.heu *ν*) *Ω exp. metr. Diomed. Ac. bis Hieronymus comm. in Amos Seruius* Heu *Pph.* Heuheu *Hieronymus comm. in Ezech. schol. Pers.* posthume posthume *B Hieronymus schol. Pers.*; *alterum* Postume *omis. R1π1*

labuntur anni, nec pietas moram
rugis et instanti senectae
adferet indomitaeque morti;
non, si trecenis quotquot eunt dies,
amice, places inlacrimabilem
Plutona tauris, qui ter amplum
Geryonen Tityonque tristi
compescit unda, scilicet omnibus,
quicumque terrae munere uescimur,
enauiganda, siue reges
siue inopes erimus coloni.

Diom. p. 524 S: Prud. cath. 11, 5 sq.: heu quam fugacem gratiam festina uoluebat dies ‖ *χρόνος φεύγων* Theocr. 2, 92 **2** sq. **S**: Manil. II 854 sq.: seros demum complectitur annos labentemque diem uitae tremulamque senectam **2 S**: Verg. ge. I 6: labentem . . . annum ‖ Ou. tr. IIII 10, 27 et anth. L. 11, 141: labentibus annis **3 S**: Sen. nat. quaest. praef. III: premit a tergo senectus **4 S**: Hom. Il. VIIII 158: *Ἀίδης τοι ἀμείλιχος ἠδ' ἀδάμαστος* **5** sqq. **S**: Aesch. Niob. fr. 161 N.: *μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ οὐδ' ἄν τι θύων οὐδ' ἐπισπένδων ἄνοις, οὐδ' ἔστι βωμὸς οὐδὲ παιωνίζεται* ‖ Sen. Oed. 991 sq.: it cuique ratus prece non ulla mobilis ordo **5** sq. **S**: Theogn. 727 sq.: *οὐδ' ἂν ἄποινα διδοὺς θάνατον φύγοι, οὐδὲ βαρείας νούσους, οὐδὲ κακὸν γῆρας ἐπερχόμενον* **5** huc respiciunt fragm. gramm. Bobiensia (VII) p. 544: centenos ducenos trecenos quadrigenos quingenos et deinde per omnia sic declinandum est et dicendum est, non ducentenos tricentenos **S**: Iulianus anthol. Lat. 638, 2 R.: laetificusque dies eat omnibus aethere puro ‖ Ou. a. a. III 62: eunt anni more fluentis aquae **7** sq. **S**: anthol. Pal. VII 483, 1: *Ἀίδη ἀλλιτάνευτε καὶ ἄτροπε* **7 S**: *τρισώματος* est Geryones apud Eur. Herc. fur. 423 ‖ Verg. Aen. VIII 202: tergemini . . . Geryonae ‖ VI 289: forma tricorporis umbrae **9** sq. **S**: Phanocles 2 (anal. Br. I p. 415): *ἀλλὰ τὸ Μοιράων νῆμ' ἄλυτον οὐδέ τιν' ἔστιν ἐκφυγέειν, ὁπόσοι γῆν ἐπιφερβόμεθα* **9** 'compescet : temperat' Pseudophiloxenus 105, 42 **10 S**: Hom. Il. VI 142: *οἳ ἀρούρης καρπὸν ἔδουσι* ‖ Simonid. Ceus fr. 8, 17 B.: *ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονός* ‖ Sen. Phoen. 221 sq.: aut ullo fruor almae parentis munere

---

Ω = *A'*(*Aa*)*BCDF*(*φψ*)*Rγλ'*(*λl*)*νπuz*] **3** Rugis//*et R* et *omis. γ* senecte *A*1*Cψ* **4** Adferet *FR corr. z* Adferit *R pr.* Afferret *γ* Afferet *cett.* **5** sit recens *π*1 si trecenis *π*2 trecenis *zς Ac.* trecentis *λ*1*ν*1*ς* tricenis *cett. λ*2*ν*2 *schol. λφ Pseudacr. fortasse interpolatus* () quod quot *F* quoquot *γ* quodquod *R*1 quotquot *uel* quot quot *cett. R*2 er̄ *A* (= erunt) eū *B* **6** placens *D*(*et τ*) plances *C* **7** Plutonē *A* Pluto*na*/// *R* tauri*s R* **8** Geryonen *π* Gerionen *BDRνφa* Geryonem *A* Geryonē *Ac.* Gerionem *A*1*Cγλ'ψuz schol. γ* tityon *A'Fπ* tytion *γνz* tytyon *CDRλ'* tition *B Ac.* ticion *u* que] quae *R*1 *ut uid.* tristis *D ante ras. π ante ras. l ante ras.* (?) *φ uar. z ante ras.* **9** Conpescit *Rγu* Compescit *cett.* **10** Quęcumque *R*1 **12** *inopes R*

frustra cruento Marte carebimus
fractisque rauci fluctibus Hadriae,
frustra per autumnos nocentem
corporibus metuemus Austrum.
uisendus ater flumine languido
Cocytos errans et Danai genus
infame damnatusque longi
Sisyphus Aeolides laboris.
linquenda tellus et domus et placens
uxor, neque harum quas colis arborum
te praeter inuisas cupressos
ulla breuem dominum sequetur.
apsumet heres Caecuba dignior

---

13 S: Hom. Il. V 31: Ἆρες ... μιαιφόνε ‖ Val. Fl. VI 750 sq.: Issedoniaeque phalanges Marte carent ‖ Sil. XI 375 sq.: dereptaeque uiris sub Marte cruento exuuiae **14 S**: Sen. Oed. 603: fluctusque non tot frangit Ionium mare ‖ Stat. Th. V 291: litore rauco ‖ VIIII 91 sq.: ceu fluctibus obuia rupes, cui neque de caelo metus et fracta aequora cedunt ‖ Sil. It. V 388: fractasque in rupibus undas **17** sq. **S**: Verg. ge. IIII 478—480: quos circum limus niger et deformis harundo Cocyti tardaque palus inamabilis unda alligat et nouiens Styx interfusa coercet ‖ Aen. VI 132: Cocytosque sinu labens circumuenit atro ‖ Sen. Herc. fur. 686: palus inertis foeda Cocyti iacet **17 S**: Sen. Herc. Oet. 141: Ismenos tenui flumine languidus **18 S**: Sen. Phoen. 606: Maeandros ... flectit errantes aquas **21** sqq. **S**: Lucr. III 892—894: iamiam non domus excipiet te laeta neque uxor optima nec dulces occurrent oscula nati praeripere et tacita pectus dulcedine tangent **23** sq. 'Nec te praeter — sequetur' **T**: Seru. ad Aen. III 64 **24 S**: Lucil. Aetn. 615 (621 B.): sed non incolumis dominum sua praeda secuta est **25** huc respiciunt fragm. gramm. Bobiensia (VII) p. 544: Caecuba uina optima dicuntur

---

Ω = *A'*(*A a*)*B C D F*(*φ ψ*)*R γ λ'*(*λ l*)*ν π u z*] **14** Fractis, *om.* que, *z* raucis *A' B π ante ras. Pph.* rauci *cett. π2 a2 Ac. Pseudacr.* adriae *π u z* **15** atūnos *C1* autõnnos *u* autumpnos *z* **17** Viscendus *A'1* langĭdo *B* **18** Cocitos *B u corr. z* Cocitus *u pr.* Cocytos *cett. Ac.* et *π2 in ras.* **19** Imfame *a* Infamæ *D* dampnatus *λ' ν φ* dannatus *u* damnatis *R pr.* damnatus *cett.* **20** Sisiphos *F* Sisyphos *A2 π z* Sysyphus *λ* Sisiphus *u* Sisyphus *A1 cett.* eolides *D u* aeolidies *a ut uid.* aeolydes *R* aeolidis *π pr.* labores *λ1 π pr.* **21** Linquenda *π1* tellus] placens *B pr.* domus] dñs = dominus *C* **22** harum, h *fort. ab alt. manu, R* **23** preter *C D F γ ν z* p̄t *uel* praeter *cett.* cypressos *B π* cupressus *ν* cupressos *cett. Pph. Porph. Ac. Pseudacr.* **24** ulla] Vlila *λ* Vita *F π1 l z schol. λ' φ* sequemur *z pr.* **25** Apsumet *R* Absummet *a l* Absumet *cett. Ac. Pph.* haeres *B F a* heres *u2* cecuba *A γ π u*

seruata centum clauibus et mero
  tinguet pauimentum superbo,
    pontificum potiore cenis.

XV.

Iam pauca aratro iugera regiae
moles relinquent, undique latius
  extenta uisentur Lucrino
    stagna lacu, platanusque caelebs
euincet ulmos; tum uiolaria et
myrtus et omnis copia narium

---

28 S: Mart. XII 48, 12: pontificum ... dapes

II 15. De argumento **S**: Sen. epist. 89, 21: quousque nullus erit lacus, cui non uillarum uestrarum fastigia immineant, nullum flumen, cuius non ripas aedificia uestra praetexant? ... ubicumque in aliquem sinum litus curuabitur (epod. 10, 21), uos protinus fundamenta facietis, nec contenti solo, nisi quod manu feceritis, mare agetis introrsus (c. II 18. III 24 in.) ‖ Quintil. instit. VIII 3, 8: an ego fundum cultiorem putem, in quo mihi quis ostenderit lilia et uiolas et anemonas, fontes surgentes, quam ubi plena messis aut graues fructu uites erunt? sterilem platanum tonsasque myrtos quam maritam ulmum et uberes oleas praeoptauerim? ‖ Mart. III 58, 1 sqq.: Baiana nostri uilla, Basse, Faustini non otiosis ordinata myrtetis uiduaque platano tonsilique buxeto ingrata lati spatia detinet campi, sed rure uero barbaroque laetatur ‖ Quintil. declam. 13, 2 p. 250 B.: quod ciues pascebat, nunc diuitis unius hortus est

---

Ω = *A'(Aa)BCDF(φψ)Rγλ'(λl)νπuz*] **26** mero] ro *in ras. D* **27** Tinget *A'B*z_2 *Ac.* Tingent z_1 Tinguent *π* Tinguet a_2 *cett. Pph.* () superbum *y* (*Barthii cod. Monstroliensis*) *Lambin* superbus *y* (*corr. Vat. A ap. Feam*) *Barth* superbi *y* ('*V. A.*' *Feae*) superbis *Lynford* 'superbo] pro ipse superbus. hypallage' *Pseudacr. schol. φ sim. schol. λb* () **28** potiere *Rpr. aut*1 caenis *CDFνlz*

II 15. *Continuant hoc carmen antecedenti A'BC*R_1 *Pseudacr. expositionis metricae auctor Diomedes Seruius de metris Hor. p.* 470 *Victorinus de metris Hor. p.* 175 *et* 176 () *opp. Porph.* HAEC (HEC *ψl*) DE PRAESENTIS (P̃S: *l*) UITAE (UITE *ψλ*) LUXURIA DICIT *ψλ'* HEC (hec *u* Hec ode R_2 *mg.*) DE PRESENTIS (P̄SENTIS R_2*mg.u*) LVXVRIA TĒPORIS DICIT (*om.* R_2*mg.*) R_2*mg.γu* HAEC (HEC *F*) DE PRAESENTIS (P̃S: *π* PRESENTIS *z*) TEMPORIS LVXVRIA DICIT *Dφπz*

1 regie A_1 **2** lacius *D* **3** Extanta l_1 ui sc̣entur *a* **4** lacus *z* plananus *B* caelebs *A'BFνz* celebs *DRγλπl p.ras. schol. γν* celeps l_1 *aut pr. u Ac.* celebs *π*, *omis.* C_1 **5** Et uincet *l* tu mulolaria z_1 uiolaria *et R* uiolaria] ulolaria $π_1 z_1$ **6** Mirtus *Rau Pseudacr.* myrtus *cett.* oms (= omnes) *B* omnia *πpr.* narum *γ* variū *C* (*et α*)

spargent oliuetis odorem
fertilibus domino priori,
tum spissa ramis laurea feruidos
excludet ictus. non ita Romuli
praescriptum et intonsi Catonis
auspiciis ueterumque norma.
priuatus illis census erat breuis,
commune magnum: nulla decempedis
metata priuatis opacam
porticus excipiebat Arcton,
nec fortuitum spernere c*a*espitem
leges sinebant, oppida publico
sumptu iubentes et deorum
templa nouo decorare saxo.

---

9 sq. **S**: Eur. Bacch. 458: *ἡλίου βολαῖσιν* ‖ Phoen. 169: *βολαῖς ἀλίου* ‖ Apoll. Rh. I 607: *ἠελίοιο βολαῖς* ‖ II 943: *ἠελίοιο βολῇσιν* ‖ anonym. apud Stob. floril. p. 393 Grot.: *θέρμ' ἡλίου τοξεύματα* ‖ 'Phoebi ... ictu' habemus apud Lucan. VII 214, 'excludunt radios ...' apud Stat. s. I 2, 154   spissa — ictus] ad sententiam **S**: Verg. ge. II 19   **13** sqq. **S**: Dem. *κατὰ Ἀριστοκρ.* p. 689 § 206 sq.: *καὶ γάρ τοι τότε τὰ μὲν τῆς πόλεως ἦν εὔπορα καὶ λαμπρὰ δημοσίᾳ· ἰδίᾳ δὲ οὐδεὶς ὑπερεῖχε τῶν πολλῶν. τεκμήριον δέ· τὴν Θεμιστοκλέους μὲν οἰκίαν καὶ Μιλτιάδου καὶ τῶν τότε λαμπρῶν, εἴ τις ἄρα ὑμῶν οἶδεν ὁποία πότ' ἐστίν, ὁρᾷ τῶν πολλῶν οὐδὲν σεμνοτέραν οὖσαν, τὰ δὲ τῆς πόλεως οἰκοδομήματα καὶ κατασκευάσματα τηλικαῦτα καὶ τοιαῦτα ὥστε μηδενὶ τῶν ἐπιγιγνομένων ὑπερβολὴν λελεῖφθαι, προπύλαια ταῦτα, νεώσοικοι, στοαί, Πειραιεύς, τἄλλα οἷς κατεσκευασμένην ὁρᾶτε τὴν πόλιν* ‖ Sall. Cat. 9, 2: in suppliciis deorum magnifici, domi parci ‖ Val. Max. IIII 4 de paupertate   **13** **S**: Mart. XII 6, 9: breues extendere census   **14—16** 'nulla — Arcton' **T**: Prisc. VI 27. VIII 20   'nulla decempedis metata porticus' **T**: gloss. Mai class. auct. VIII 167   **S**: Hieron. epist. 5: tu amplas porticus et ingentia tectorum spatia metiris   **15** sq. **S**: Apoll. Sid. carm. 22, 179: porticus ad gelidos patet hinc aestiua triones   **17** sq. 'nec — sinebant' **T**: Seru. ad Aen. VI 179   **S**: Petron. s. 135 u. 8 sq.: at paries circa palea satiatus inani fortuitoque luto

---

Ω = *A'*(*Aa*)*BCDF*(*φψ*)*Rγλ'*(*λl*)*νπuz*]   **9** *sq.* tum — ictus *omis. B*   **9** Tum *Ω Ac.* Tunc *Pph.*   ramos *ν*1   *u.* **10** *omis. Dpr., add. in infima pagina post u.* 17   **10** ictus] itus *Fλuar.luar.z* estus *u*   non ////ita *π*   **11** Prescriptum *A*1*DR*1*ut uid.νuz* ꝑscriptum *γ*   *uu.* **12—20** *omis. B*   **12** Auspitiis *z*   norma] forma *πzpr.*   **13** beuis *A'*1*upr.*   **14** Cōmunem agnum *A*   ⁿulla *D*   nullā *π a. ras.* nullaq; *νpr.aut*1   decempedes *πpr.φuar. Pph.*   **15** Mettata *A'* Meȧtata *λ*   **16** ar(c)ton *π*   **17** cespitem *Ω Pseudacr.*   **19** Sumtu *πpr.ψ* Sunptu *u* sumpto *Pph.* iubentis *π*   **20** no(uo) *π*   saxa(o) *l*

XVI.

Otium diuos rogat in patenti
prensus Aegaeo, simul atra nubes
condidit lunam neque certa fulgent
  sidera nautis;
otium bello furiosa Thrace,
otium Medi pharetra decori,
Grosphe, non gemmis neque purpura ue-
  nale neque auro.
non enim gazae neque consularis

II 16. **1** sq. **S**: Stat. Th. I 370: hiberno deprensus nauita ponto || Auien. Arat. phaen. 658 sq. H.: uastoque dehinc deprensus in alto nequicquam pigrae clamarit sidera lucis || Germanic. Arat. 298 sq.: aspera sed cum adsultat lateri deprensae spuma carinae || Eumenius orat. pro instaurandis scholis c. 6: in mediis fluctibus ... deprehensi || Verg. ge. II 41: pelagoque ... patenti **1 T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 469 Diom. p. 524 Victor. de m. Hor. p. 175 **2—4 S**: Apoll. Rh. II 1103 sqq.: *κελαινὴ δ' οὐρανὸν ἀχλὺς ἄμπεχεν, οὐδέ πῃ ἄστρα διαυγέα φαίνετ' ἰδέσθαι ἐκ νεφέων, σκοτόεις δὲ περὶ ζόφος ἠρήρειστο* || II 1086: *σφὲ κατέλλαβε χείματος ὥρῃ ἀπροφάτως* **2** *νεφέλη μέλαινα* Hom. Od. XXIIII 315 **4 T**: Victor. de m. Hor. p. 176 **5 S**: Soph. Ant. 969 sq. (*Θρῃκῶν ... ἀγχίπτολις Ἄρης*) || Eur. Hec. 1088—1090 || Manil. IIII 688 || Verg. Aen. III 13 sq. bello fur. = *ἀρειμανής* **7** sq. **S**: Plaut. most. 275: meretricis mores sibi emit auro et purpura **7** 'hic est Grosphus, quem in carminibus alloquitur' schol. *γE* epist. I 12, 22 **9** sqq. **S**: Varro ap. Nonium p. 379 M.: non fit thensaurus, non auro pectus solutum; non animis demunt c u r a s ac religiones Persarum montes, non atria diuitis

---

II 16. c. 16 *titul.* — II 19, 4 *DEFICIT codex l: duo folia desunt* *Ω* = *A'(Aa)BCDF(φψ)Rγλνπuz*] AD POMPEIVM (*om. R*) GROSPHVM *ABCR* HIPOTETICE. GROSPHO *u* HYPOTETICE (YPOTETICE *Fλ*) GROSPHO (CROSPHO *πz*) OSTENDENS (QVA TESTATVR *πz*) QVAM IOCVNDVM (IUC: *φ*) SIT (SIT IOCVNDVM *π* SIT IVCVNDVM *z*) OTIVM *Fλπz* YPONETICE GROSPHO PŌPEIO *γ* AD GROSPHVM POMPEIVM *Da* *titulum omisit v*

1 .tium *γ* diues C_1 deus *v pr.* deos *v corr.* roga*t* *R* impatenti *B* inpatentis *Seruius ed. K.* **2** Praensus *A'F* p̄nsus *B* Presus λ_1 Pressus $\lambda_2 u$ Prensus *cett. Pseudacr. schol. γ v bis Pph. schol. λφ* aegaeo *BFRγ* aegeo *A'Cλν*π_2 egeo *Du* eg^eo^ *z* ^e^age^o^ *π* **3** neque] nec *C* **5** thracem *γ* thrache $\pi_2 \varphi$ thrachae *ψ* trache *u* trachę *z* trace *R pr.* thraciae π_1 **6** faretra *φ Ac.* **7** Crosphe *C* Gros//^h^pe *π* Grophe *u* **7. 8** purpura ue | Nale neque auro *A'BD*R_1*γλν* purpura | Venale neque auro A_2*CFπuz* purpura ue*nale* | //////· neque auro *R* **8** neque *Ω schol. γ* nec *ς(βp) Bentl.* **9** gaze *BCD*ψ_1 gazę *z* gatae π_1 *aut pr.* neque *omis. C*

summouet lictor miseros tumultus
mentis et curas laqueata circum
  tecta uolantis.
uiuitur paruo bene cui paternum
splendet in mensa tenui salinum,
nec leuis somnos timor aut cupido
  sordidus aufert.
quid breui fortes iaculamur aeuo
multa? quid terras alio calentis
sole mutamus? patriae quis exul
  se quoque fugit?

Crassi ‖ Tib. III 3, 21 sq.: non opibus hominum mentes curaeque leuantur; nam Fortuna sua tempora lege regit ‖ Sen. Herc. Oet. 644 sqq.: caespes Tyrio mollior ostro solet inpauidos ducere somnos; aurea rumpunt tecta quietem uigilesque trahit purpura noctes ‖ 652 sqq.: pectora pauper secura gerit. tenet e patula pocula fago, sed non trepida tenet illa manu; carpit faciles uilesque cibos, sed non strictos respicit enses: aurea miscet pocula sanguis **11** sq. **S**: Theogn. 729 sq.: *φροντίδες ἀνθρώπων ἔλαχον πτερὰ ποικίλ' ἔχουσαι, μυρόμεναι ψυχῆς εἵνεκα καὶ βιότου* ‖ Lucret. II 28: nec citharae reboant laqueata arquataque tecta **13** sq. **S**: Pers. 3, 24 sqq.: rure paterno est tibi far modicum, purum et sine labe salinum: quid metuas? **13 S**: Claud. in Ruf. I 215: uiuitur exiguo melius **15** sq. 'nec cupido — aufert' **T**: Seru. ad Aen. V 122 **17** sq. **S**: Patrocles trag. p. 830 N.: *τί δῆτα θνητοὶ πόλλ' ἀπειλοῦμεν μάτην, δεινοὺς ἐπ' ἀλλήλοισι πέμποντες λόγους, καὶ πάντα συννοοῦμεν ἐκπράξειν χερὶ πρόσω βλέποντες, τὴν δὲ πλησίον τύχην οὐκ ἴσμεν οὐδ' ὁρῶμεν ἀθλίου μόρου;* ‖ Eur. Hec. 603: *καὶ ταῦτα μὲν δὴ νοῦς ἐτόξευσεν μάτην* **18** sq. iam Porph. affert Verg. ge. II 512: atque alio quaerunt patriam sub sole iacentem ‖ **S**: Paulin. Nol. carm. 15, 62: mutauit patrias externo cespite terras ‖ Hieron. epist. 87: quid necesse est obsidere Propontidem, mutare loca, diuersas lustrare regiones? ‖ Sil. II 60 sq.: iniquo e sole calentis Battiadas ... regebat **19** sq. **S**: Lucr. III 1066 sq.: hoc se quisque modo fugit: at quom, scilicet ut fit, effugere haut potis est, ingratis haeret et odit ‖ Sen. epist. 28, 2: quaeris, quare te fuga ista non adiuuet? tecum fugis ‖ Symphos. aenigm. 18, 2: mutatoque solo non sum miserabilis exul ‖ Hieron. epist. 39: quis enim monachorum exul patriae non exul est mundi?

Ω = *A'*(*Aa*)*BCDF*(*φψ*)*Rγλνπuz*] **10** Submouet *λ* Summouet *cett.* lictor *R*, *sed* r *in ras.*; lictor// *z* **11** curis *A'*1 cyrcum *φ* **12** uolantes *FR*2*uz* **13** paterno *Fπ*1*z schol λφ* pate(r)num *D* paternum *cett. Pph.* **15** leues *BFR*2*πuz* leuis *cett. R*1 *Pph.* sonnos *u* aut] nec *Seruius* **16** Sordibus *R*1 au*fert R* **17** fortes *Ω Pseudacr.* sontes *λuar.ς* euo *u* **18** salio *BR*1 alia(o) *π* calentes *BFR*2*π corr.uz* calentis *cett. R*1*πpr.* **19** patrie *A* patriae *cett. Pph.* (patria *g*) **20** *REDIT cod. δ*(1)

scandit aeratas uitiosa nauis
Cura nec turmas equitum relinquit,
ocior ceruis et agente nimbos
  ocior Euro.
laetus in praesens animus quod ultrast
oderit curare et amara lento
temperet risu: nihil est ab omni
  parte beatum.
abstulit clarum cita mors Achillem,
longa Tithonum minuit senectus,
et mihi forsan tibi quod negarit
  porriget hora.

21 sqq. S: Lucr. II 48 sqq.: reueraque metus hominum curaeque sequaces nec metuunt sonitus armorum nec fera tela audacterque inter reges rerumque potentes uersantur neque fulgorem reuerentur ab auro nec clarum uestis splendorem purpureai **23** sq. S: Sen. Phaedr. 736 sqq.: fugit insanae similis procellae ocior nubes glomerante Coro, ocior cursum rapiente flamma e. q. s. **23** S: Claud. in Eutr. II 440: ceruoque ferocior ibat • ocior ceruis] S: Plaut. Poen. III 1, 27 (530): uinceretis ceruom cursu **24** ocior Euro: Verg. Aen. VIII 223. XII 733 Sil. II 173 Stat. Th. VI 521 S: Nemesian. ecl. 4, 14: rapidisque fugacior Euris ‖ Claud. in Olybr. et Prob. cons. 100: rapido uelocior Euro ‖ Sil. III 292: uelocior Euris ‖ IIII 6: citatior Euro **25** quod ultra est] Graeorum *τὰ πόρρω* **26** sq. S: anth. Pal. VII 155: *ὁ τὸν πολυστένακτον ἀνθρώπων βίον γέλωτι κεράσας* **27** sq. 'uersus Horati: nihil — beatum' T: Aus. profess. 7, 52—54 p. 61 Sch. 'nihil (nichil floril. Paris.) — beatum' T: floril. Paris. 8818[a] floril. Cusanum S: Eur. Stheneb. 661 N.: *οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ* ‖ fr. inc. 45 N.: *ὥστ' οὔτις ἀνδρῶν εἰς ἅπαντ' εὐδαιμονεῖ* ‖ Theogn. 441: *οὐδεὶς γὰρ πάντ' ἐστὶ πανόλβιος* ‖ Bacchyl. fr. 1: *οὐ γάρ τις ἐπιχθονίων πάντα γ' εὐδαίμων ἔφυ* ‖ anth. Lat. 193, 5 M.: nulli laudabile totum est **29** S: Paulin. Nol. append. carm. 1, 96: mors cita **30** T: Seru. ad Aen. IIII 585 S: anth. c. 642, 5 R.: longaque iam minuit ‖ Gregor. Cypr. prouerb. t. II p. 87 L.: *Τιθωνοῦ γῆρας· ἐπὶ τῶν πολυχρονίων*

Ω = *A′(Aa)RCDF(φψ)Rγδλνπu*] **21** eratas *Bψ* ħęratas *δ* //ęratas *R* heratas *φz* uiciosa *Dνa* naues *Fπ*$_2$*u* nauis *cett. Pph. Ac.* **22** neq. *B* ęquitum *Dδ* relinquit *A′BCDRcorr. δcorr. λνπφu Pph. Pseudacr.* relinquid *γψ* reliquit *Rpr. δpr.* *u.* **23** *omis. Dpr.* $ψ_1$ Otior *Cγλνu* Ocium $π_1$ nymbos *ν* **24** Otior *Cγλνu* **25** Loetus *R* Letus *Cνu* presens $R_1δν$ qđ *R* ultrast R_1 *ut uid.* ultra $ψ_2$ (*eth*) ultra est *cett.* R_2 *in ras.* **26** curare/// *δ* amare $BR_1ψ_1$ ama^{r}ta *ν* **27** Temperet R_1 *cett.* Temperat R_2 nichil *φu* **29** A^{b}stulit *δ* Abstulit *cett. Ac.* clar̄ icıto *B* acchillē *π* **30** thithonum *u* titonum *a* tithoum *νpr.* tit^{h}onum *δ* **31** Est mihi *B* forsan mihi *R*, an *fort. ab altera manu* michi *φ* forsam $λ_1$ forset (fors et) $Fδ_1π$ *cons. gloss.* *λφ* forsan *cett.* $δ_2$ *Ac. schol. Γ* tibi] ibi *γ*

te greges centum Siculaeque circum
mugiunt uaccae, tibi tollit hinnitum
apta quadrigis equa, te bis Afro
murice tinctae
uestiunt lanae: mihi parua rura et
spiritum Graiae tenuem Camenae
Parca non mendax dedit et malignum
spernere uolgus.

XVII.

Cur me querellis exanimas tuis?

---

33 sq. **S**: Bacchyl. fr. 28 B.: *οὐ βοῶν πάρεστι σώματ᾽ οὔτε χρυσός κτλ.* quae laudauimus ad c. II 18, 1 sqq. ‖ Quintil. declam. XIII 3: tibi omne armentis mugiet nemus, tu gregibus arua sulcabis ‖ Sen. Tr. 1020 sqq.: remoueto centum rura qui scindunt opulenta bubus: pauperi surgunt animi iacentes ‖ Stat. s. IIII 5, 17 sq.: non mille balant lanigeri greges, nec uacca dulci mugit adultero **35** sq. **S**: Lucan. X 123 sq.: strata micant, Tyrio quorum pars maxima fuco cocta diu uirus non uno duxit aeno **36 S**: Venant. Fortun. carm. VIII 6, 9: regali murice tinctae ‖ Ennod. p. 157 Vog. (carm.): uellera ceu Serum murice tincta feras ‖ Ou. fast. II 319: tunicas Gaetulo murice tinctas **37** sq. **S**: Hieron. epist. 107: tenuis mihi est spiritus ad implendam eius tam magnificam dicendi tubam **38 S**: Auson. Mos. 396 sqq.: mollia subtili nebunt mihi carmina filo Pierides tenuique aptas subtemine telas percurrent ‖ Lactant. inst. diu. II 14: spiritus ... tenues ... mentes furoribus quatiunt **39 S**: Pers. 5, 48: Parca tenax ueri (cf. Hor. c. s. 25) ‖ Tertullian. de pallio c. 2: Sibylla non mendax

II 17. **1 T**: Seru. de m. Hor. p. 470 Diom. p. 524 Victor. de m. Hor. p. 179

$\Omega = A'(Aa)BCDF(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda\nu\pi u$] **33** syculęq; *ν* siculaq. *δ ante corr.* **34** uacce A_1 ^{h}initum *δ* innitum a_1 *ut uid.* **34** *sq.* hinni | Tum apta CDR_1 hinnitum | Tū apta (*sic*) *ν* (Tū *a prima manu*) **35** qua*d*rigis *R* quadr*a*gis *Fδ pr.* aequa *F* te bis a_2 *ut uid. in ras.* ^{te}. bis *D* te quis *B* affro *u* **36** tincte *D* tin^{c}tę *π* **37** l^{a}unæ *δ* michi *φ* **38** Spritum *B* Sspiritum *δ* graię *R* graie $A_1BC\gamma_1$ camęnae *δ* camene *R* **39** Pa//ca *R* *et malignum* R_2 *in ras.* maligno π_1 **40** uolgus $F\delta_2$ *aut corr.* π_2 uoltus δ_1 *aut pr.* π_1 uulg^{v}s *B* uulgus *cett.*

II 17. AD MECENATEM *ABCR* SYMBOLEVTICE (SYBOLEVTICE *π*) AD MECENATEM (MECENTEM *δ*) *Fδλπuz* PARANETICE VEL SIMBOLEVTICE AD MECENATEM *γ* AD MAECENATEM (MEC̨ENATEM *a* MECENATEM *D*) PARANETICE TETRACOLOS *Da*

1 Ccur *C* Quid *Victorinus* me] *in ras. C, omis.* δ_1 querellis *CD ante ras.* $\nu\pi_1$ *Ac. expos. metrica Diomedes Seruius* quaerellis A_1R_1 *Pph.*

nec dis amicum est nec mihi te prius
  obire, Maecenas, mearum
    grande decus columenque rerum.
a! te meae si partem animae rapit
maturior uis, quid moror altera,
  nec carus aeque nec superstes
    integer? ille dies utramque
ducet ruinam. non ego perfidum
dixi sacramentum: ibimus, ibimus,

---

2 Graeca locutio, uid. Theogn. 731 sq.: *Ζεῦ πάτερ, εἴθε γένοιτο θεοῖς φίλα τοῖς μὲν ἀλιτροῖς ὕβριν ἁδεῖν, καί σφιν τοῦτο γένοιτο φίλον* Hom. Il. II 116: *οὕτω που Διὶ μέλλει ὑπερμενέι φίλον εἶναι* **3 T**: Victor. de m. Hor. p. 180 **4 T**: Victor. de m. Hor. p. 180 **S**: Pind. Ol. 2, 81 sq. Hectorem uocat *Τρώας κίονα* ‖ Plaut. Cas. 536: senati columen ‖ Auson. epist. 24 (25), 56 p. 189 Sch.: ergo meum patriaeque decus columenque senati ‖ Prud. contra Symm. II 636: capita haec et culmina rerum ‖ Apoll. Sid. epist. VIII 5, 1: ibis et tu in paginas nostras, amicitiae columen, Fortunalis, Hibericarum decus inlustre regionum ‖ carm. 23, 2: Consenti, columen decusque morum ‖ ibid. uu. 70 sq.: decus ... Romanae columen salusque gentis **5** sqq. **S**: anthol. 445, 1 sqq. R.: ablatus mihi Crispus est, amici, pro quo si pretium dari liceret, nostros diuiderem libenter annos. nunc pars optima me mei reliquit. Crispus, praesidium meum [cf. Hor. c. I 1, 1], uoluptas, pectus, deliciae; nihil sine illo laetum mens mea iam putabit esse. consumptus male debilisque uiuam; plus quam dimidium mei recessit ‖ Augustin. confess. IIII 6: ego sensi animam meam et animam illius unam fuisse animam in duobus corporibus; et ideo mihi horrori erat uita, quia nolebam dimidius uiuere, et ideo forte mori metuebam, ne totus ille moreretur (Hor. c. III 30, 6), quem multum amaueram ‖ Ou. met. VIII 405 sq.: o me mihi carior, inquit, pars animae consiste meae ‖ Stat. s. III 2, 7 sq.: animae partem ... nostrae maiorem ‖ Apoll. Sid. carm. 21, 4: namque animae nostrae portio maior eras ‖ append. Auson. p. 261 Sch. epigr. 32 (105), 1 sq.: nec nisi tecum totus ero, pars cum sim altera, Galla, tui ‖ Venant. Fortun. carm. VI 10, 48: et uenis huc animae pars mediata meae Pythagoricum hoc est: *σώματα μὲν δύο, ψυχὴ δὲ μία* cf. **S**: ad I 3, 8 **6 S**: Cic. de republ. VI 15: quaeso, inquam, pater sanctissime atque optime, quoniam haec est uita, quid moror in terris? quin huc ad uos uenire propero? **10 S**: Stat. s. II 1, 218 sq.: quicquid init ortus, finem timet: ibimus omnes (cf. c. I 28, 15), ibimus

---

Ω = A′(Aa)BCDF(φψ)Rγδλνπu] *Victorinus* quaerelis *Ap.ras.Fγδ1 schol.γ* q̄relis *B* querelis *Dp.ras R2 δ2λau* exagitas *Victorinus* **2** dis *BFRδ1π* diis *cett.* δ2 michi *φ* **3** maecenas *BRγδλν* męcęnas *D* mecęnas *a* mecenas *ACFπu* **4** graue decus columenque r. *Victorinus* Grandecus *δpr.* **5** Ha *up.ras.*ς Has *uante ras.* A *cett. Ac.* At *A2γuar.*ς Ah *R2* m(e)æ *δ* **6** uis *R* *uu.* **7—9** *omis. B* **7** eque *DF* equę *u* ęquæ *aante ras.* nec] *supra u. D* **8** Inte///ger *δ*, ‿ *ab alt. manu* dies/// *δ* **9** ruiam *δpr.* nec ego *δ*ς **10** *alterum* ‘ibimus’ *omis. R*

utcumque praecedes, supremum
carpere iter comites parati.
me nec Chimaerae spiritus igneae,
nec si resurgat centimanus Gigas
diuellet umquam: sic potenti
Iustitiae placitumque Parcis.
seu Libra seu me Scorpios aspicit
formidulosus, pars uiolentior
natalis horae, seu tyrannus
Hesperiae Capricornus undae,
utrumque nostrum incredibili modo
consentit astrum. te Iouis impio
tutela Saturno refulgens
eripuit uolucrisque Fati

---

11 sq. **S**: Soph. Ant. 807 sq.: *τὰν νεάταν ὁδὸν στείχουσαν* ‖ Eur. Alc. 610: *ὑστάτην ὁδόν* = mortem ‖ Auson. prof. 22, 16: s u p r e m u m Lachesis ni celerasset i t e r ‖ Hegesippus de excidio Hierosolym. V p. 559: s u p r e m u m i t e r c a r p e n t e s **12 S**: Ou. met. III 58 sq.: aut ultor uestrae ... mortis aut comes ... ero **13 S**: Pind. Ol. 13, 90: *Χίμαιραν πῦρ πνέοισαν* ‖ Verg. Aen. VI 288: flammisque armata Ch. ‖ VII 785 sq.: Ch. ... Aetnaeos efflantem faucibus ignis **14** 'centimanus Gigas' **T**: Prisc. XVII 152 **17** sqq. **S**: Pers. 5, 45—51: non equidem hoc dubites, amborum foedere certo (= Hor. c. III 24, 23) c o n s e n t i r e dies et ab uno sidere duci. nostra uel aequali suspendit tempora L i b r a Parca tenax ueri, seu nata fidelibus hora diuidit in Geminos concordia fata duorum S a t u r n u m q u e grauem nostro I o u e frangimus una, nescio quod, certe est quod me tibi temperat a s t r u m **17** sq. 'seu libra — formidolosus' **T**: schol. Pers. 5, 48 **19** sq. 'seu — undae' **T**: Seru. ad ge. I 336 'seu — Capricornus' **T**: mythographus III tract. 1, 3 apud Mai auct. class. III p. 162 **20 S**: Propert. IIII 1, 86 sq.: H e s p e r i a quid (sc. moueat) C a p r i c o r n u s aqua dicam **21** sq. 'utrumque — astrum' **T**: Porph. ad u. 22 sq. **22—25** 'te — alas' **T**: Seru. ad Aen.

Ω = *A′*(*A a*)*B C D F*(*φ ψ*)*R γ δ λ ν π u*] **11** Vutcumque *δ* precedes *γ ν ψ* suppremum *δ λ u* **13** chimaerę *R* chimere *A*1 *C λ Ac.* chimerae *D γ δ ν π φ a u* chymerae *B ψ* **14** gigan̦s *R* gygas *ν* gigas *cett. Pseudacr. Pph. gloss. Γ:* briareus Gyges *Muret* Gyas *Lambin* () *uid. Epileg.* **16** Iiustitiæ *δ* Iustitie *A* Iusticiae *C D ν a* parcis *R* **17** Seu me (me *puncta subscripta*) libra seu me *ν* scorpios *B F R sch. γ* s//rpius (co *superscr.*) *δ* scorpius *cett. schol. Pers.* **18** Formidulosus *F Ac.* Formididolosus *π ante ras.* Formidolosus *cett.* uiolencior *D* **19** Loetalis *A uar. F δ* Lo&talis *π* *N*atalis *u* Natalis *cett. δ uar. Ac. Pseudacr.* () tirannus *A F γ δ*2 *ν u* tiramnus *δ ante ras.* **20** Haesperiae *F* Hisperiae *δ* ındę (v *superscr.*) *δ* **21** incledibili *δ pr.* **22** Consensit *C* *ante* te *duo uel tria uerba erasa in δ* inpio *λ* impio *u a. ras.* **24** Eripuitq, *A*1 *et mythographus* uolucres *y Seruius* que *omis. ν pr.*

tardauit alas, cum populus frequens
laetum theatris ter crepuit sonum:
me truncus inlapsus cerebro
sustulerat, nisi Faunus ictum
dextra leuasset, Mercurialium
custos uirorum. reddere uictimas
aedemque uotiuam memento:
nos humilem feriemus agnam.

XVIII.

Non ebur neque aureum
mea renidet in domo lacunar,

IIII 610 24 S: Eur. Alc. 261: πτερωτὸς ᾍδας 26 S: Propert. III 10, 4: manibus faustos ter crepuere sonos 27—29 'me — leuasset' T: Prisc. XVIII 126 29 sq. S: Symmach. epist. V 85, 2: quod te facere non oportet Mercurialis artis peritum 32 S: Ou. tr. I 10, 43 sq.: hanc si contigerit, meritae cadet agna Mineruae; non facit ad nostras hostia maior opes

II 18. 1 sqq. S: Bacchyl. fr. 28 B.: οὐ βοῶν πάρεστι σώματ' οὔτε χρυσὸς οὔτε πορφύρεοι τάπητες, ἀλλὰ θυμὸς εὐμενής, μοῦσά τε γλυκεῖα καὶ Βοιωτίοισιν ἐν σκύφοισιν οἶνος ἡδύς ‖ idem fr. 27, 8 B.: χρυσῷ δ' ἐλέφαντί τε μαρμαίρουσιν οἶκοι ‖ anthol. 443, 1 sqq. R.: quod tua mille

---

$\Omega = A'(Aa)BCDF(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda\nu\pi u$] 25 alas cum] //// δ alas dum *omis.* Fδ1π1 tum R1π2*marg.* *Ac.* te Fδ1π1(*ras.* δπ) cum *cett.* *Rp. ras.* dum δ2 *uid.* *Epileg.* 26 Leti (v *suprascr.*) *u* Letum *D* teathris *Bu* teatris (h *suprascr.*) *R* 27 trūcȝ *B* inlapsus *CDγπ* inlapsus *R* illapsus *cett.* *cerebro R*2 *in ras.* 28 nisi δ 29 Dextera *A'* δ merculialium *R*a1 mercuralium *D* mercurium *Cpr.* 31 Aedem (q. *suprascr.*) *R* Edemque *u* Aedumque *A*2 Aedamque π2 notiuam ψ1 32 humiles *y* ()

II 18. AD AVRVM *A*1*BCPseudacr.* (A *suprascr.* AVRVM *A*) PARANETICE ALII HYPOTETICE (YPOTETICE *F*λ) DE CONTINENTIA (CONTINENCIA λ) QVA PAVPERTATEM SVAM DIVITIIS (DIUICIIS λ) PRAEFERT (P̄FERT δ PRAEFERAT π) *F*δλπ PARANETICE VEL YPOTICE AD VARVM γ AD AVARVM *Da* PARANCETICE ALII HIPOTETICE DE CONTINENTIA *u*, *sine interuallo Rv*, *sed in marg. R scriptum* AD QVENDAM DIVITEM

1 .on γ neq' *R* aureum] aurum *u*1 *Diomedis p.* 510 *codd. ABM p.* 524 *Fortunatiani codd. p* 302 *Isidori* XV 8, 5 *cod. Guelf.* I 2 renitet *B* renitet (t.d *suprascr.*) *R*ς *Isidori* XVIIII 12 *cod. Guelf.* I

non trabes Hymettiae
premunt columnas ultima recisas
Africa; neque Attali
ignotus heres regiam occupaui,
nec Laconicas mihi
trahunt honestae purpuras clientae.
at fides et ingeni
benigna uenast, pauperemque diues

---

domus solidas habet alta columnas, quod tua marmore o ianua poste nitet, aurea quod summo splendent laquearia tecto etc. ‖ Petr. 135, uu. 1 sqq.: non Indum fulgebat ebur, quod inhaeserat auro, nec iam calcato radiabat marmore terra muneribus delusa suis ‖ Prop. III 2, 9 sqq.: quod non Taenariis domus est mihi fulta columnis nec camera auratas inter eburna trabes ... at Musae comites ‖ Prud. per. 12, 51 sqq.: subdidit et Parias fuluis laquearibus columpnas ... sic prata uernis floribus renident ‖ Sen. Phaedr. 496—498: mille non quaerit tegi diues columnis, nec trabes multo insolens suffigit auro ‖ Thyest. 457: nec fulget altis splendidum tectis ebur ‖ Arnob. VI 3 p. 216 R.: sint ergo haec licet ex molibus marmoreis structa, laquearibus aut renideant aureis ‖ Sen. dial. XII ad Heluiam 10, 7 ‖ Hieron. epist. 34: auro splendent laquearia ‖ Quintil. declam. VIIII 17: non me aurata laquearia, non radiantes marmore columnae nec graues crustae fecerunt immemorem frugalitatis ‖ Stat. s. I 3, 35 in uilla Vopisci miratur 'auratas trabes' et 'Mauros undique postes' ‖ Sen. Thyest. 645—647 **1** sq. **T**: Caesius Bassus p. 270 Terent. p. 399 Fortunat. p. 302 Victor. p. 138. 168 sq. 172 sq. Diom. p. 524 Victor. de m. Hor. p. 181 'neque — lacunar' **T**: Isidor. orig. XV 8, 6. XVIIII 12 **S**: Lucr. II 27 sq.: nec domus argento fulget auroque renidet nec citharae reboant laqueata arquataque tecta **1. 3. 7** cf. Plot. p. 530: 'non ebur nec aureas trabes Laconicas mihi' **1 T**: Diom. p. 510 Seru. de m. Hor. IIII p. 471 **2 T**: Caesius Bassus p. 270 Seru. ad Aen. VIII 25 Prisc. part. XII uers. Aen. 1, 5 'nec mea renidet — lacunar' **T**: Seru. ad Aen. I 726 'Hor.: pulchrum renidet in mea tecta lacunar' **T**: glossar. Mai class. auct. VIII p. 372 **6 S**: fr. poet. ap. Plut. mor. t. II p. 1021 *ἀγνοούμενος κληρονόμος* (al. *κληρονόμον*) **7** sq. 'inuenimus et clientam apud Afranium . . . et apud Hor.: nec — clientae' Charis. p. 100 **8 S**: Hom. *ἠλάκατα στρωφῶν ἁλιπόρφυρα* **9** sq. Porph. scribit: 'hic locus similis est illi Vergiliano (ge. II 461 sqq.): si non in-

---

Ω = *A′*(*A a*)*B C D F*(*φ ψ*)*R γ δ λ ν π u*] **3** hyme//tyae *φ* hymetthyae *ψ* hymetiae *R Pph.* *hy*mettiae *π* himetiae *δ ν u* **4** Pręmunt *A R π* colunnas *u* reci//s//as *R* recęsas *π pr.* **5** Affrica *δ ν u* Africa *cett. π in ras.* atali *u* **6** Ignotos *δ* haeres *B a u* **7** lacunias *cod. Neapol. Charisii* **8** purpuras clientes *D in ras.* purpuras// *R* clientae *A1 B test. Charisius cons. Pseudacr.* ('idest ancillae' *schol. λ*) clientiae *C R1 γ ν1 a* clientes *A2 F λ ν2 π u* clientes, *s in ras.*, *δ* Cliente *R2 π2 marg.* () **9** ingeni *Pph.1 et fort. a1* ingenii *cett.* (ingenii *a ut uid.*) **10** uenast *R1* uena ẽ *R* uena est *cett.* pauperiēq; *C* pauper//em. *δ*

me petit; nihil supra
deos lacesso, nec potentem amicum
largiora flagito,
satis beatus unicis Sabinis.
truditur dies die,
nouaeque pergunt interire lunae:
tu secanda marmora
locas sub ipsum funus et sepulchri
inmemor struis domos,
marisque Bais obstrepentis urges
summouere litora,
parum locuples continente ripa.
quid quod usque proximos
reuellis agri terminos et ultra

---

gentem foribus domus alta superbis mane saluta⟨n⟩tum totis uomit aedibus, et cetera' **12 S**: anthol. 1704, 33 M.: o Priape, potens amice, salue! **14 S**: Prud. cath. 7, 216: satis beatus quisque dextram porrigit **15 S**: Ter. Andr. IIII 4, 39 sq. = 778 sq.: fallacia alia aliam trudit ‖ Petron. 45: quod hodie non est, cras erit: sic uita truditur ‖ Paulin. Nol. carm. 16, 2: cuncta dies trudendo diem fugit et rotat orbem **18 S**: Pind. Isthm. 1, 67 sqq.: *εἰ δέ τις ἔνδον νέμει πλοῦτον κρυφαῖον, ἄλλοισι δ' ἐμπίπτων γελᾷ ψυχὰν Ἀίδᾳ τελέων οὐ φράζεται δόξας ἄνευθεν* **19 T**: Plot. p. 530 **21 S**: Sen. dial. VIIII de tranquillitate animi 3, 7: incipiemus aedificia alia ponere, alia subuertere et mare summouere ‖ Manil. IIII 263: litoribusque nouis per luxum illudere ponto ‖ Cassiodor. uar. VIIII 6, 4: quantis ibi molibus marini termini decenter inuasi sunt? quantis spatiis in uisceribus aequoris terra promota est? **22—24** cf. Plot. p. 530: 'continente ripa. Quid quod usque proximum reuellis agrum hunc' **22 S**: Paulin. Nol. carm. 24, 31 sq.: namque ut profectus continenti litorum (al. litore) in alta processit freta **23** sqq. **S**: Ambros. t. I p. 565: quis opulentissimorum non exturbare contendit agellulo suo pauperem atque inopem auiti ruris eliminare finibus? hoc metu percitum humanum genus exit iam suis terris, migrat cum paruulis pauper, onustus pignore

---

$\Omega = A'(Aa)BCDF(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda\nu\pi u$] **11** nil *ν* nichil *u* **12** lacessa *B* **14** sabinus *a* **16** Noueq, *D* intritę *pro* interire *π pr.* lune *D* **17** Te *ψ pr.* mormora *A*1 **18** ips// funus *φ* fun*us* *R* sepulcri *BCδψau Pseudacr.* sepulchrū *π pr.* sepulchri *cett. π corr.* **19** Inmemor *FRδλπ* Im̄emor *B* Immemor *cett.* **20** Matrisque *δ*1 Maris, *omisso* que, *a*1 *aut pr.* bas *π*1 bais *R* obstupentis *ν*1 *ut uid.* urgues *R*1*π* urges *cett. Pph.* **21** Submouere *u*1 Sumouere *F* Summouere *cett., nisi quod* Summoue[re] *a* litora *BDγπφa* littora *ACRδλνψu uu.* **22—29** *omis. B* **22** Parum locuples] *a pr. aut* 1 *euanuit* lo//cuples *D* lu[cu]ples *δ* **23** Quid qđ *R* **24** Reuellis// *agri*// t̄minos *R* agris *D*

limites clientium
  salis auarus? pellitur paternos
in sinu ferens deos
  et uxor et uir sordidosque natos.
nulla certior tamen
  rapacis Orci fine destinata
aula diuitem manet
  erum. quid ultra tendis? aequa tellus
pauperi recluditur
  regumque pueris, nec satelles Orci
callidum Promethea
  reuexit auro captus: hic superbum

---

suo. sequitur uxor illacrimans, tamquam ad bustum prosequatur maritum **23** sq. **S**: Quintil. declam. 13, 2 p. 272 B. et 13, 11 p. 284 B.: 'postquam proximos quosque reuellendo terminos ager locupletis latius inundauit' 'ubi enim non iam diuitum priuatum est (cf. c. II 15)? parum est proximos aequare terminos et possessiones suas uelut quasdam gentes fluminibus montibusque distinguere' **24** sq. **S**: Prud. hamart. 432 sq.: ille superuacuis augens patrimonia fundis finitimisque inhians contempto limite agellis **26** sq. 'hoc posse fieri ex Horati dictis intellegimus, qui, cum loqueretur de auaris potentibus, ait de uicino cliente: pellitur — deos' Seru. ad Aen. VI 609 **27** sq. cf. Plot. p. 530: in sinu ferens deos et u. e. u. sordidasque uestes **28 S**: Mart. I 49, 27 sq.: focum infante cinctum sordido **29—32** 'sepulcrum sedes uocatur. Hor. nulla — erum' Seru. ad Aen. VI 152 **30 S**: Callim. anth. Pal. VII c. 80, 6: *ἁρπακτὴρ Ἀίδης* ‖ Eur. fr. 916, 4 N.: *κοὐκ ἔστιν ὅρος κείμενος οὐδεὶς εἰς ὅν τινα χρὴ κέλσαι θνητοῖς, πλὴν ὅταν ἔλθῃ κρυερὰ Διόθεν θανάτου πεμφθεῖσα τελευτή* ‖ Sen. Phaedr. 1152: patruo rapaci (= Plutoni) ‖ Tib. I 3, 65: rapax mors **31** aula] **S**: Eur. Alc. 259 sqq.: *ἄγει μέ τις ... νεκύων ἐς αὐλάν ... πτερωτὸς Ἅιδας* ‖ C. I. L. V 6128: praecipitem memet superi mersere sub aulas ac tumulo clusere graui **32—34 S**: Ambros. t. I p. 565: terra nescit fines possessionum sepulcro includere: cespes angustus aeque et pauperi abundat et diuiti (cf. loc. sim. II 3, 21 sqq.) **34** sqq. Graecam aliquam fabulam, qua Prometheus auro ablato frustra aliquando a Charonte petiisse ferebatur, ut sese ad superos reueheret, uidetur respexisse

34 S: Leonid. Tar. c. 59, 1 (anal. Br. I p. 235): *Ἀίδεω λυπηρὲ διήκονε*

35 Prometheus apud Hes. theog. 511 *αἰολόμητις* uocatur **36** sq. 'hic

---

Ω = *A'*(*Aa*)*BCDF*(*φψ*)*Rγδλνπu*] **25** Limitem *δ1πu* Limites *cett. uuar.* **28** sordidosq; *D*, *sed* rdido *in ras.* **29** cercior *DRau* **30** fine *Ω Pph. schol. Γ gloss. λφ* sede ς *Seruius* () *uid. Epileg.* *u.* **31** *omis. δ pr.*, *add. ead. m. in mg.* **31** *Aula u2*, *omis. Seruius* aula *π continuans hunc uersum uersui* 30 **32** Erumq, quid *R* Herum *γλu2* Erum *cett. Seruius* *aequa tellus ab altera manu scriptum in D* equa *u* **33** Pauperi//recluditur *R* **36** Reuexit *A'BCDR1λνu2 gloss γ* (*interpr.* 'reduxit') Reuixit *Fγδ pr.* Reuinxit *F2R2δ corr. πu1 gloss. D* (*interpr.* 'resoluit')

Tantalum atque Tantali
genus coercet, hic leuare functum
pauperem laboribus
uocatus atque non uocatus audit.

XVIIII.

Bacchum in remotis carmina rupibus
uidi docentem, credite posteri,
Nymphasque discentis et auris
capripedum Satyrorum acutas.

superbum Tantalum' **T**: Plot. 5, 10 p. 530 **S**: ad sent. Pind. Ol. 1, 55 sqq. **38** sq. functum . . . laboribus] **S**: poet. Graec. ap. Plutarch. mor. t. I p. 136: *θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον* **38 S**: anthol. 1704, 9 sq. M.: quae ad domus trahet inuidas Auerni, fabulas manes (cf. Hor. c. I 4, 14) ubi rex coercet **38—40 S**: Prud. epilog. 10—12: nec ad leuamen pauperum potentes; approbat tamen deus pedestre carmen et benignus audit **40 S**: fabula Aesopica, cui inscribitur *Θάνατος καὶ γέρων*, et Suid. s. u. *καλούμενος*: '*καλούμενος καὶ ἄκλητος ὁ θεὸς παρέσται*' ‖ Sen. dial. VI ad Marciam 20, 1: mors . . . quibusdam uotum, de nullis melius merita, quam de iis, ad quos uenit, antequam inuocaretur ‖ Heliodor. Aeth. IIII 16 p. 114 B.: *τὸ θεῖον . . . ἐπίκουρον γίνεται καὶ ἄκλητον, εὐμενείᾳ πολλάκις φθάνον τὴν αἴτησιν* ‖ Boeth. phil. consol. I metr. 1, 13 sq.: mors hominum felix, quae se nec dulcibus annis inserit et precibus saepe uocata uenit ‖ Verg. ge. IIII 7: auditque uocatus Apollo

II 19. Hoc carmen fluxit ex Eur. Bacch., uid. uu. 874 sq. 281. 723 sqq. 142 sqq. 706 sqq. 558. 605 sq. 633. 569. 698 et 103. 378 sq. 419 sq.; eandem fabulam respexit Hor. epist. I 16, 73 sqq. **1** sq. 'Bacchum — docentem' **T**: schol. Iuu. 7, 58 **S**: Sil. XIII 642: uidi, crede, Iouem **1 T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 470 Diom. p. 524 Victor. de m. Hor. p. 179: 'Bacchum in remotis c. r.' **S**: Soph. Oed. T. 1105: *ὁ Βακχεῖος θεὸς ναίων ἐπ' ἄκρων ὀρέων* **3 T**: Victor. de m. Hor. p. 180 **4 T**: Victor. de m. Hor. p. 180 omissa uoce 'acutas' Graece Satyri

Ω = A′(A a) B C D F(φ ψ) R γ δ λ ν π u] **37** Tamlatū *π pr.* Tamtalū *π corr.* **38** Geg̈us (n supra g) *δ* coercet *R π pr. a* choercet *u* cohercet *π corr. cett.*

II 19. AD LIBERVM PATREM (PARTEM *D*) *A′B C D* ENTUSIACE LIBERI PATRIS LAUDES *F λ* ENTHVSIATICE AD LIBERVM PATREM *γ* ENTUSIATICE LIBERO LAV∂ *u* ENTHVSIATICE LIBERO · IN LIBERVM (LIBERO *π*) PATREM LAVDES (LAUDIS δ_1) *δ π z*; *sine interuallo ac titulo R, sine titulo v*

1 Bachum *A′C D* δ_2 *φ a* .achum *γ v*, *om. R* remotis// *π* **3** Nimphas *A γ δ π u* discentis *D* R_1 *γ* δ_2 *Victorinus* discendentes δ_1 (*et* z_2) dicentes *π pr.* discentes *cett.* R_2 *π corr.* auris *D* R_1 *γ π Pph.* aures *cett. Victorinus* **4** satirorum *C δ ψ u* acutas *δ*

euhoe recenti mens trepidat metu,
plenoque Bacchi pectore turbidum
laetatur: euhoe parce Liber,
parce, graui metuende thyrso!
fas peruicacis est mihi Thyiadas
uinique fontem lactis et uberes
cantare riuos atque truncis
lapsa cauis iterare mella,
fas et beatae coniugis additum
stellis honorem tectaque Penthei
disiecta non leni ruina
Thracis et exitium Lycurgi.

---

vocantur *αἰγίποδες* uel *τραγοσκελεῖς*, capripedes Satyros primus dixit Lucretius IIII 578 **5 T**: Prisc. XV 17 'Satur est cum dicit Hor. euhoe!' Apoll. Sid. ep. VIII 9, 1 et schol. Iuu. 7, 62 **S**: Sil. IIII 806: trepidare metu **6 S**: Plaut. Epid. II 2, 102 = 289: pleno pectore ‖ Ou. fast. VI 538: fitque sui toto pectore plena dei **8 S**: Ou. am. III 15, 17: corniger (cf. huius carminis u. 30) increpuit thyrso grauiore Lyaeus **9 S**: Aus. Mos. 443 sq.: fas mihi sacrum perstrinxisse amnem tenui libamine Musae ‖ Sil. I 17. 19: tantarum causas irarum ... fas aperire mihi superasque recludere mentes **10—12 S**: Eur. Bacch. 142 sqq.: *ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον, ῥεῖ δ' οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελισσᾶν νέκταρι* ‖ 706 sqq. N.: *ἄλλη δὲ νάρθηκ' ἐς πέδον καθῆκε γῆς καὶ τῇδε κρήνην ἐξανῆκ' οἴνου θεός· ὅσαις δὲ λευκοῦ πώματος πόθος παρῆν, ἄκροισι δακτύλοισι διαμῶσαι χθόνα γάλακτος ἑσμοὺς εἶχον· ἐκ δὲ κισσίνων θύρσων γλυκεῖαι μέλιτος ἔσταζον ῥοαί* ‖ Claud. laud. Stilich. 1, 85 sq.: mellisque lacus et flumina lactis erupisse solo ‖ Sen. Oed. 494 sq.: combibit dulces humus alta sucos niueique lactis candidos fontes **11 sq. S**: Verg. ecl. 4, 30: et durae quercus sudabunt roscida mella **13 sq. S**: Aus. Mos. 149 de pisce qui est 'magnus ... honor additus amni' ‖ Verg. Aen. VIII 301: salue, uera Iouis proles, decus addite diuis

---

Ω = *A('Aa)BCDF(φψ)Rγδλ'(λl)νπu*] **5** *REDIT cod. l* Euhoe *BCDFγνπau* Euohe *δ* Eu ohe. *R* Heu hoe *Aλ' Priscianus* Heu he *Pph.* meus (n *supra* u) *A* **6** bachi *ABCDpr.Fγν* bacche *πpr.* turgidum *Rpr. aut* 1 **7** Letatur *A*1 *Cu* euhoe] heu hoe *λ'* heuheu *π*1 heuhoe *π*2 euohe *Rδ*2 euhe *δ*1 **8** Parce *R* metuendae *R* thirso *Aγδu* tyrso *π* (tyrso *l*) **9** peruicacis *Pph.* peruicaces *Ω Ac.* thyadas *BDλ'π* thiadas *A'CFRγδ* tyadas *νu* *u.* **10** *omis. π pr.* Vniq, *C* *U*iniq, *δ* **11** Ccantare *δ* nudos (riuos *supra*) *δ* **12** itera (re *supra*) *δ* //i//terare *R* **13** et] *omis. ν* beate *C* coniugis *R* aditum *ψ*1 **14** pentei *F* **15** leui *πu* (leni *π mg. uar.*) **16** Trhacis *A* Tracis *u* et *omis. δpr.νπupr.* exitum *A'BCR*1 *Ac.* lycurgi *AB* lygurgi *FRλa* licurgi *Dγπ*1 *Ac., item δ, sed* g *in litura* ligurgi *νπ*2*lu* lygurri *C*

tu flectis amnes, tu mare barbarum,
tu separatis uuidus in iugis
nodo coerces uiperino
Bistonidum sine fraude crinis.
tu, cum parentis regna per arduum
cohors Gigantum scanderet impia,
Rhoetum retorsisti leonis
unguibus horribilique mala;
quamquam choreis aptior et iocis
ludoque dictus non sat idoneus
pugnae ferebaris, sed idem
pacis eras mediusque belli.
te uidit insons Cerberus aureo
cornu decorum leniter atterens
caudam et recedentis trilingui
ore pedes tetigitque crura.

17—20 eadem narrat Nonnus XII 123 sqq. **18** uuidus] **S**: Eur. El. 326: *μέϑῃ δὲ βρεχϑείς* **20** **T**: Pseudacr. ad carm. saec. 41 **22** cf. Marius Victorinus p. 144: cantu continuit feros et impios gigantas **25** **S**: Anacreonteum 40: *Διονύσου φιλοπαίγμονος* **29** sq. 'te uidit — decorum' **T**: Seru. ad Aen. IIII 654 mythographus III tract. 9, 10 apud Mai auct. class. III p. 239 **29** 'te — Cerberus' **T**: Seru. ad Aen. III 93 'insons insontis, sic Hor.' **T**: Prob. cath. p. 28, 27 **30** **S**: Ou. a. a. III 348: insignis cornu Bacche **31** sq. **S**: Verg. Aen. VI 417: latratu ... trifauci

---

Ω = *A'(Aa)BCDF(φψ)Rγδλ'(λl)νπu*] **17** flectes *B* (*ex corr. ut uid.*) annes *u* manes *R* **18** superatis *γ* seperatis *D* uiuidus *D* in *omis. upr.* **19** coerces *BRπa* coherces *cett. Pph.* **20** Bistonidum *Dpr. FRδu* Bisthonidum *A'BCD corr. γλ'νπ* sin^e *δ* flaude *Dpr.* () crinis *R1 Pph.* crines *cett.* **21** co^v mparentis *D* parentis *R* per arduum *R2 in ras.* **22** giganthum *A* **23** Roethum *λ'u* Roetum *ν* Rhoetum *cett.* leonum *Fπ corr. l2 uar.* **24** orribili *F* horribili *cett.* *post u.* 24 *πpr. scripserat u.* 10 **25** Quanquam *Fδ* coreis *ν* (^h coreis *l*) apcior D locis *D ante ras. R* **26** sat// *π* **27** Pugne *CDR1* **29** cerbe^r us *D* **30** Conu *C* Cornu *cett. mythogr. Porph. Ac. Pseudacr. gloss. λφ* curru *Seruii cod. Florent. bibl. sanctae crucis* XXII 1 aterens *A1* attr^e ens *u* **31** Cauda *A* et] *om. ν* recedentes *B* trilingue *ψpr.* triling^v ı *B* **32** tetegit *φ*

XX.

Non usitata nec tenui ferar
pinna biformis per liquidum aethera
uates, neque in terris morabor
longius inuidiaque maior
urbes relinquam. non ego pauperum
sanguis parentum, non ego quem uoca*nt*,

II 20. **1** sqq. **S**: Theogn. 237 sqq.: *σοὶ μὲν ἐγὼ πτέρ' ἔδωκα, σὺν οἷς ἐπ' ἀπείρονα πόντον πωτήσῃ καὶ γῆν πᾶσαν ἀειράμενος ῥηιδίως· θοίνῃς δὲ καὶ εἰλαπίνῃσι παρέσσῃ ἐν πάσαις, πολλῶν κείμενος ἐν στόμασιν* ‖ 1097 sq.: *ἤδη καὶ πτερύγεσσιν ἐπαίρομαι ὥστε πετεινὸν ἐκ λίμνης μεγάλης, ἄνδρα κακὸν προφυγών* ‖ Anacr. fr. 24 B.: *ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὄλυμπον πτερύγεσσι κούφαις* ‖ Eur. fr. inc. 911 N.: *χρύσεαι δή μοι πτέρυγες περὶ νώτῳ καὶ τὰ Σειρήνων ἐρόεντα πέδιλα ἁρμόζεται· βάσομαί τ' εἰς αἰθέριον πόλον ἀρθείς, Ζηνὶ προσμείξων* ‖ Pind. N. 6, 47 sqq.: *ἀρετὰς ἀποδεικνύμενοι μεγάλας, πέταται δ' ἐπί τε χθόνα καὶ διὰ θαλάσσας τηλόθεν κλέος αὐτῶν* ‖ Enn. epigr. 2 M.: nemo me lacrumis decoret nec funera fletu faxit. cur? uolito uiuos per ora uirum **1 T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 470 Diom. p. 524 Victor. de m. Hor. p. 179: 'non uota nec tenui f.'
2 liquidum aethera] **S**: Pind. N. 8, 41 sq.: *πρὸς ὑγρὸν αἰθέρα* ‖ Sil. XIII 18: liquida Mauortem agitare sub aethra **3 T**: Victor. de m. Hor. p. 180 **S**: Ambrosius t. II p. 1123: quid diuitius in hac uita degere iuuat atque in terris morari? ‖ Cic. de republ. VI 15: quid moror in terris? **4 T**: Victor. l. c. p. 180 **S**: Callim. epigr. 23, 4: *ὁ δ' ἤεισεν κρείσσονα βασκανίης* **5–8 S**: Luccei epitaphium (anthol. Lat. 1167, 19 sqq. M.): non ego Tartareas penetrabo tristis ad undas, non Acheronteis transuehar unda uagis, non ego caeruleam remo pulsabo (al. sulcabo) carinam nec te terribilem fronte timebo, Charon, nec Minos mihi iura dabit grandaeuus et atris non errabo locis nec cohibebor aquis **5** sq. **S**: Sil. XI 177 sq.: ille ego sanguis Dardanius
6 S: Prud. per. 10, 123 sq.: absit ut me nobilem sanguis pa-

II 20. $\Omega = A'(Aa)BCDF(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\nu\pi u$] AD MECENATEM (MEC: *ACR*) *ABCR* PARANETICE SE INMORTALEM (IMM: *φ*) FUTURŪ ET IN CIGNUM (INCICNŪ *l*) CONUERTENDUM AIT *Fλ'* PARANETICE SIBI · INMORTALEM (ININMORTALĒ *π*) SE (ꝺє *δ*) FVTVRṼ CARMINṼ BENEFICIO (BENEFITIO *z*) ET IN CIGNṼ (DIGNŨ *δ*) SE CONVERTENDVM AIT · *δπz* PARANETICE SIBI *u* AD MECENATEM (MECENATE *D*) ALLEGORICE TETRACOLOS (*rell. omis. Da*) VEL PARANETICE SIBI *Dγa* *titulum omis. v* *hoc carmen Horatio abiudicabat Paldamus*

1 Non₃ ita ita nec *B* usitata] uota *Victorini cod. A* nec tenui *Ω Pph. Ac.* non tenui *ς* **2** Pinna *A'1BCR1γ Ac.* P¹enna *D* Penna *A'2FR2δλνπu* PLeṇa (n *supra*) *l* ethęra *γ* &hra *π* **3** Vatis *π* Vuates *δ* neque *Ω* nec *ς Victorinus* terra *Fδπu* terris *cett. u uar.* **4** longum *Victorinus K.* **6** sangis (v *supra*) *B* quam uocas *λ1* quem uocas *cett. λ2* quem uocant *Bentley* quem uotas *Holder uid. Epileg.*

dilecte Maecenas, obibo
nec Stygia cohibebor unda.
iamiam residunt cruribus asperae
pelles et album mutor in alitem
superne nascunturque leues
per digitos umerosque plumae.
iam Daedaleo notior Icaro
uisam gementis litora Bosphori
Syrtisque G*a*etulas canorus
ales Hyperboreosque campos.
me Colchus et qui dissimulat metum
Marsae cohortis Dacus et ultimi
noscent Geloni, me peritus
discet Hiber Rhodanique potor.

---

rentum praestet aut lex curiae de forma 'parentum' uide testim. c. III 24, 21 **8** **S**: anthol. Lat. ed. M. 1297, 14: raptum quem Stygio detinet unda lacu ‖ Aus. epitaph. c. 35, 6 Sch.: nec metues Stygios flebilis umbra lacus ‖ Verg. Aen. XII 91: Stygia ... unda **9—12** **S**: Ou. trist. IIII 8, 1: iam mea cycneas imitantur tempora plumas **14** **S**: Hom. Il. XXIII 230: *Θρηίκιον κατὰ πόντον· ὃ δ' ἔστενεν οἴδματι θύων* ‖ Soph. Ant. 592: *στόνῳ βρέμουσιν ἀντιπλῆγες ἀκταί* **15** sq. canorus ales] **S**: Callim. hymn. in Del. 252 de cycnis: *Μουσάων ὄρνιθες, ἀοιδότατοι πετεηνῶν* **15** **S**: Claud. IIII cons. Hon. 438: Gaetulas ... Syrtidos undas **18** sq. **S**: Sen. Herc. Oet. 1041 sq.: defecisse putant Getae Hebrum Bistones ultimi **20** **T**: Seru. ad Aen. VII 605

Ω = *A'*(*Aa*)*BCDF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*νπu*] **7** ('Dilecte] uocatiuum enim sibi quasi a Mecenate dictum posuit' *schol. γ*) Delecte *B* Dilectę *π* maecenas *ABRγνφl* mecenas *Cδλπψau* męcęnas *D* abibo *R* **8** stigia *BFRγδπau* cogibebor *γ* choibebor *u* coibebor *π* cohibeor a_1 **9** resident *u* aspere *γπ* **10** m(v)otor *l* **11** Supernae *R ut uid.* l_1*u* Sup.(ne) *D* **12** umeros *BDRa* hum: *cett.* plume A_1*D* **13** dedale(o)ociorcaro *π* daedaleo *Rδ* deda lea(o) *l* dedaleo *cett.* notior *A'B Rγ*$ν_1$*l Pph.* nocior *Dλ* otior $A_2$$ν_2$*u* ocior *CFδ uid. Epileg.* Iạcaro *B* **14** Visam *R* gementes D_1 *aut pr.* R_1 litora *BCDRλ'πφa Ac. Pph.* littora *Aγδνψu* //bosphori *ν* bosphori *cett. Porph.* bosfori *Ac.* **15** Syrtis *CDγνa pr. ut uid.* Syrtes *R* Sirtis R_1*γ* Syrte *B* Syrtes *AF*R_2*δλ'πa corr. ut uid.* Sirtes *u* tegulas $π_1$ getulas *cett.* **16** yperboreos *Bψ* hiperboreos *γπu Ac.* hypborea(o)s *ν* hysperbo reos *C* hyperboreos *cett.* **17** colcus *γ* cholcus *R* col//chus *π* et *omis. δ pr.* $π_1$ dissimula//t *π* mecū *C* **18** Marsae *R* Marse A_1*Fγ* Massae *la. ras.* choortis *u* cohortes *B* Dacus] clauus *C* dacus *R* **19** Nossent *C* No(s)cent *δ* No(s)cent *l* **20** hyber *Fl* iber *γ* hiber *cett.* hrodani *ν* rodani *u*

absint inani funere neniae
luctusque turpes et querimoniae:
compesce clamorem ac sepulchri
mitte superuacuos honores.

S: iam Hom. (Il. II 825): *πίνοντες ὕδωρ μέλαν Αἰσήποιο* ‖ Pind. Ol. 6, 85 sq.: *Θήβαν . . . τᾶς ἐρατεινὸν ὕδωρ πίομαι* ‖ Apoll. Sid. carm. 5, 479: Scythicae potor Tanaiticus undae ‖ epist. IIII 17, 1: potor Mosellae ‖ epist. I 8, 1: bibitor Araricus ‖ Sil. XV 500: Rhodani qui gurgite gaudent **21** sqq. S: Sen. epist. 92, 35: neminem de supremo officio rogo; nulli reliquias meas commendo . . . diserte Maecenas ait: 'nec tumulum curo, sepelit natura relictos' **21** S: Prud. cath. XI 34: nam caeca uis mortalium uenerans inanes nenias uel aera uel saxa algida uel ligna credebat deum ‖ Ou. met. II 340 sq.: fletus et inania morti munera dant lacrimas ‖ Stat. Th. VI 168 sq.: quid dona, duces, quid inania fertis iusta rogis? ‖ Sil. X 536: officium infelix et munus inane peremptis **23** sq. S: Plin. epist. VIIII 19, 6: inpensa monumenti superuacua est: memoria nostri durabit, si uita meruimus **23** S: Plaut. Poen. 1035: linguam conpescas ‖ Sen. Herc. Oet. 1832: compesce fletus, mater Alcidae incluti ‖ 1427: compesce uoces, inclutum Alcidae genus ‖ 1674: compesce lacrimas **24** S: Anacreonteum 30, 12: *τί δὲ γῇ χέειν μάταια;* ‖ Verg. Aen. VI 52: uano maesti comitamur (sc. iuuenem) honore ‖ Apoll. Sid. epist. II 8, 2: siquis haud incassum honor cadaueribus impenditur

---

Ω = *A'(Aa)BCDF(φψ)Rγδλ'(λl)νπu*] **21** funerę *δ* naenię *π u*. **22** *omisit C* turpis *R*1 querimoniae *A'BDλνu* querimonie *γ* queremoniae *F* quaerimoniae *Rδπl* **23** Conpesce *δνu* sepulcri *BCγψau Pph.* sepulchri *cett.* **24** Mite *ψ*1 Mites *C* Mittes *Dν ante ras.* Mittes *a* Mitte *cett.* onores *γ*

QVINTI (*omis. γδ*) HORATII (ORATII *R*) FLACCI (QVINTI FLACCI HORATII [HORACII *λ*] *ACλ'* Q · F · h *a* Q · h · F *u*) CARMINVM LIBER ·II· EXPLICIT. INCIPIT LIBER (*om. Fu*) ·III· (TERCIUS *a*) *A'CDFRγδλ'πu; δλ'π add.* FELICITER LIBER CARM̄ ·II· EXPŁ. ĪCIP̄ LIBER ·III· *B; in ν duorum uersuum interuallum uacuum relictum est*

Q. HORATI FLACCI

CARMINVM

LIBER TERTIVS.

I.

Odi profanum uolgus et arceo:
fauete linguis; carmina non prius

III 1. **1** **T**: Diom. p. 525 Mallius Theodorus p. 590 Petron. 118 Seru. de m. Hor. IIII p. 470 Victor. de m. Hor. p. 179 'peruincis tamen, et operta Musarum mearum, quae initiorum uelabat obscuritas, quamquam non profanus, irrumpis, Paule carissime. quamuis enim te non eius uulgi existimem, quod Horatius arcet ingressu, tamen sua cuique sacra, neque idem Cereri quod Libero, etiam sub iisdem cultoribus' Aus. praef. edyll. 7 p. 125 Sch. cf. idem praef. edyll. 11 p. 128 Sch.: '... et quicquid profanum uulgus ignorat' **S**: Callim. hymn. in Apoll. 2: *ἑκάς, ἑκάς, ὅστις ἀλιτρός* ‖ Orph. *ἀποσπ.* 1, 1 sq.: *φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί, θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις πᾶσιν ὁμοῦ* ‖ A. Gellius n. A. praef. § 20: ut ea ne attingat neue adeat profestum et profanum uulgus a ludo musico diuersum **2** sq. **T**: Seru. ad Aen. V 71 **2** 'fauete linguis' **T**: Seru. ad ge. IIII 230 mythographus III tract. 6, 34 apud Mai class. auct. III p. 212 **S**: Ou. fast. I 71: linguis animisque fauete ‖ Mart. X 87, 3: linguis omnibus et fauete uotis ‖ Iuu. 12, 83: linguis animisque fauentes ‖ Sen. dial. VII de uita beata 26, 7 et Stat. s. II 7, 19: fauete linguis **2** sq. 'carmina — audita' **T**: schol. *γ* c. IIII 9, 3

III 1. *Ω = A'(Aa)BCDF(φψ)Rδλ'(λl)vπu*] AD CHORVM VIRGINVM ET PVERORVM *ABC* AD CHOROS (CHORVS *D*) VIRGINVM ET PVELLARVM *Dγa* AD CHORVM VIRGINVM ET PVERORVM. (AD — PVERORVM *omis. Fδu*) PRACMATICE (PRAGMATICE *λu* PRACMATICÆ *φ*) AD INDOCTOS *Fδλ'u* *titulum omis. Rvπ* *unam oden esse c.* I—VI *existimauit Porphyrion*

uu. **1—4** *uelut prooemium carminum* I—VI *separatos posuit Meineke* **1** .di *v* uolgus *δπ Petroni cod. Bernens. pr.* uulgus *cett. Pph. grammatici* a. *pro* arceo *Victorinus* **2** lingis (v above) *B*

audita Musarum sacerdos
uirginibus puerisque canto.
regum timendorum in proprios greges,
reges in ipsos imperium est Iouis,
clari Giganteo triumpho,
cuncta supercilio mouentis.
est ut uiro uir latius ordinet
arbusta sulcis, hic generosior
descendat in campum petitor,
moribus hic meliorque fama
contendat, illi turba clientium
sit maior: aequa lege Necessitas
sortitur insignis et imos,
omne capax mouet urna nomen.

---

3 praem. 'libro III ode I' **T**: Victor. de m. Hor. p. 180 **S**: Theocr. 17, 115: *Μουσάων ὑποφῆται* **4** **T**: Victor. de m. Hor. p. 180, sed cod. A pro 'puerisque canto' scripsit 'puellisque cano' **S**: Ou. am. III 8, 23: ille ego Musarum purus Phoebique sacerdos **5** sqq. **S**: C. Iulius Caesar in laudatione Iuliae apud Sueton. diu. Iul. 6: est ergo in genere et sanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent, et caerimonia deorum, quorum ipsi in potestate sunt reges ‖ Sen. Th. 607—612: uos, quibus rector maris atque terrae ius dedit magnum necis atque uitae, ponite inflatos tumidosque uoltus: quicquid a uobis minor extimescit, maior hoc uobis dominus minatur. omne sub regno grauiore regnum est ‖ Stat. s. III 3, 50 sqq.: propriis sub regibus omnis terra; ... mox crescit in illos imperium superis **8** alludere uidetur ad Hom. Il. I 528 sqq.: *ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων· ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο· μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον* ‖ Verg. Aen. VIIII 106: adnuit et totum nutu tremefecit Olympum ‖ Ou. m. I 180 **10** sq. schol. *ν* ad c. III 1, 13: cum supra dicto scilicet qui generosior petitor descendit in campum **14** sq. 'equa lege — imos' **T**: floril. Paris. 8069 **16** **S**: Sen. Herc. fur. 775 sq.: cumba populorum capax succubuit uni ‖ idem Oedip. 166 sqq.: quique capaci turbida cumba flumina seruat durus senio nauita ‖ Sil. XIII 760 sq.: uectatque capaci agmina mole Charon

---

Ω = *A'(Aa)BCDF(φψ)Rγδλ'(λl)νπu*] **4** *hunc uersum ante u.* 1 *exhibet D* Virginb; *C* **5** propios *λ* gregis *R*1 **6** īpiū *C* in;-perium *D* est] *omis. ν; test. Porph.* Iouis] quis *π pr.* **7** Crari *π pr.* giganteo *in litura π* gigantheo *R* triumpheo *D* **8** Cuncta// *D* **9** ut] & *C* uir uiro *ν* lacius *D* ordinat *B* **11** Descendet *γ* Descendit *C* **12** -que (q.) *omis. D pr. ut uid.* **13** Contendit *ν* clyentium *F* clientum *ν π pr. u* **14** Sit *δ* **15** insignis *R*1*π* insignes *cett. R*2 **16** nomen] nō *B*

destrictus ensis cui super impia
ceruice pendet, non Siculae dapes
dulcem elaborabunt saporem,
non auium citharaeque cantus
somnum reducent: somnus agrestium
lenis uirorum non humilis domos
fastidit umbrosamque ripam,
non Zephyris agitata Tempe.
desiderantem quod satis est neque
tumultuosum sollicitat mare,
nec saeuos Arcturi cadentis
impetus aut orientis Haedi,
non uerberatae grandine uineae
fundusque mendax, arbore nunc aquas

17—24 **S**: Sen. Herc. Oet. 644: caespes Tyrio mollior ostro solet inpauidos ducere somnos ‖ Apoll. Sid. epist. II 13 **17** sq. ʻdestrictus — pendet' **T**: Porph. ad c. I 9, 5 Charis. p. 269 Seru. in Donat. p. 419 Pompeii commentum p. 275 **S**: Sen. Herc. Oet. 655 sq.: carpit faciles uilesque cibos, sed non strictos respicit enses ‖ anthol. Lat. 444, 12 R.: et stricto nihil aestuare ferro ‖ Claud. in Ruf. II 16: impositi radiant ceruicibus enses **18 S**: Συρακοσία τράπεζα Plat. r. publ. III p. 404 d ‖ Symmach. epist. VII 15: Siculas uoluptates **24** Tempe] **S**: Verg. ge. II 469 **27** sq. **S**: Leonid. Tarent. epigr. 92, 4 (anal. Br. I p. 244): Ἀρκτούρου λαίλαπι ‖ Plaut. rud. prol. 71: (Arcturus) uehemens sum exoriens, quom occido, uehementior **29 S**: anthol. Lat. ed. M. 1676, 5: nec sum grandine uerberata dura ‖ Hilarius genes. u. 178: horrida tum grando turbatos uerberat agros **30 S**: Petron. 117: loquatur aurum et argentum fundosque mendaces ‖ Sil. VII 160: diues ea et numquam tellus mentita colono ‖ Ou. fast. IIII 645

Ω = *A'*(*Aa*)*BCDF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*νπu*] **17** Destrictus *A'BCD γδνu2 Pph. Pseudacr. Porph. ad c.* I 9 *Seruius Charisius* Destrictis (v) *R* Districtus *Fλ'πu1 Pompei cod. A* Dextris iunctus *Pompei codices BC* ////*cui R* impia *Ω* impiā *u2* inpia *Ac. Porph. ad c.* I 9 **18** Cceruice *δ* Ceruicē *u2* dependet *Charisius* pendit *Pompei cod. C* syculę *ν* sicule *C* **19** *el*aborabunt *R* elaborabunt *cett.* () (ʻreddent' *interpr. schol. γ*) elaborarunt *edit. uet.* **20** Non *δ* cytharae *Fδλπ* cythare *D* **21** Sonnum *u* reducunt *C1* sonnus *u* **22** uiuorum *C1* humilis *A'R1δλ'πu uar. sch. ν* humiles *BCDFR2γνu* d*omos R* **24** zephyris *ADFδλ'π* zephiris *CRνau* zefiris *B* zepheris *γ* **25** Ddesiderantē *π* **26** sollicitas *D ante ras. et corr.* **27** seuos (v) *π* seuus *CDFν* sęus (v) *B* sęuū (1) *u* saeuus *cett. Pph.* arc*turi R* acrturi *u* **28** orientis ęui *Ac.* horientis *D* hedi *Fλ'au* **29** uerberate *CD* **30** mendax *omis. B* n*unc aquas R*

culpante, nunc torrentia agros
sidera, nunc hiemes iniquas.
contracta pisces aequora sentiunt
iactis in altum molibus; huc frequens
caementa demittit redemptor
cum famulis dominusque terrae
fastidiosus: sed Timor et Minae
scandunt eodem quo dominus, neque
decedit aerata triremi et
post equitem sedet atra Cura.
quodsi dolentem nec Phrygius lapis
nec purpurarum sidere clarior
delenit usus nec Falerna
uitis Achaemeniumque costum,

---

33 sqq. similis sententia et conclusio extat apud Sen. epist. 89, 21 (XIIII 1, 21): ubicumque in aliquem sinum litus curuabitur (cf. c. I 33, 16), uos protinus fundamenta facietis nec contenti solo (cf. c. II 18, 22), nisi quod manu feceritis, mare agetis introrsus e. q. s. **33—37 S**: Cassiod. uar. VIIII 6, 4: quantis ibi molibus marini termini decenter inuasi sunt! quantis spatiis in uisceribus aequoris terra promota est! **33** sq. **S**: Tibull. II 3, 48 sq.: claudit et indomitum moles mare, lentus ut intra neglegat hibernas piscis adesse minas ‖ Apoll. Sid. carm. II 57: itur in aequor molibus, et ueteres tellus noua contrahit undas ‖ Petron. 119 u. 88: expelluntur aquae saxis, mare nascitur aruis ‖ Sen. Th. 459 sq.: non classibus piscamur et retro mare iacta fugamus mole **37** sq. 'sed — scandunt eo quo dominus' **T**: floril. Par. 8069 **40** cf. gloss. *Dλφ* ad c. II 16, 22: unde Boetius inquit: post equitem sedet ‖ Boeth. phil. consol. III metr. 3, 1—6: quamuis fluente diues auri gurgite non expleturas cogat auarus opes, oneretque bacis colla rubri litoris, ruraque centeno scindat opima boue: nec cura mordax deserit superstitem, de-

---

Ω = *A′(Aa)BCDF(φψ)Rγδλ′(λl)νπu*] **31** nunc] *priore* n *in ras. D* torrencia *D* **32** Sidere *δ pr.* Sydera *λ′* hyemes *l* iniquos *C* **33** equora *C* senciunt *D* **34** mollib, *C* hunc *ψ* **35** Cementa *Cu*1 dimittit *CDλ* remittit *δ pr.* demittit *cett. δ corr. Ac. sch. Γ* () redemtor *ψ* **36** -que *omis. C* **37** Fastidiosus, o *supra* u *picta, D* set *γ* **38** Scandent *ν* **39** Decedite aratri remi *B* Decedit///erata *π* erata *φ* triremi/// *δπ(et s)* et *δ*1?*π*1?*ς(βs*1?*v)*, *omis. cett. δ*2*π*2*(et s*2*) Pph.*, *in δπ(et s) locus rasus* **40** aequitem *δπl a. ras.* **41** phrygius *Rδλ′φ* phrigyus *ψ*1 phrigius *A′BCDγνu* frigius *π* frigius *ψ* **42** sydere *l* **43** Delenit///usus *π* Delenit *A*1*BCπ pr.* ('mitigat' *interpret. gloss. Γ*) Delen*it a* Del*i*nit// *R ut uid.* Delinit *A*2*DFγδλ′νπ corr. u* () falerna *A′BFδλ′πu* falernae *DRγνa*2 falerne *C* () **44** Vitis *A*2*FR*1*δλ′πu* Vites *A′BCDR*2*γν* () achemenium *R* achaemonium *Ba* achoemeniū *C* achemenium *Fδλ′u Ac.* acchemenium *π* achemonium *ADν* achimenium *γ*

cur inuidendis postibus et nouo
sublime ritu moliar atrium?
cur ualle permutem Sabina
diuitias operosiores?

II.

Angustam amice pauperiem pati
robustus acri militia puer
condiscat et Parthos ferocis
uexet eques metuendus hasta
uitamque sub diuo et trepidis agat
in rebus. illum ex moenibus hosticis

---

functumque leues non comitantur opes atra Cura] **S**: Hom. Il. IIII 117: *μελαινέων . . . ὀδυνάων* **41. 43 S**: Sulpic. Seuer. chron. I 35, 3: Dauid Saulum cithara laborantem deliniens **44 S**: Sil. XV 23: Achaemenium spirabat uertice odorem

III 2. **1 T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 470 Victor. de m. Hor. p. 179, hic omissa uoce 'pati' **S**: Paulin. Nol. c. 18, 220 sq.: angustam . . . pauperiem amice . . . pati] **S**: *ἀγαπητῶς φέρειν* **2 S**: Varro sat. Men. p. 213 R.: miles acer ‖ Commodian. carm. apolog. 69: ignauia pueris opus est, non certe robustis **3 T**: Victor. de m. Hor. p. 180: 'condiscat — f.' **4 T**: Victor. de m. Hor. p. 180 ita: 'uixet eques metuendum h.' (sic cod. *A*) **S**: Stat. Th. IIII 221: metuendus in hasta **5** sq. trepidis . . . in rebus] **S**: Liu. IIII 17, 8 ‖ XXXIIII 11, 5 ‖ Tib. II 3, 21 ‖ Sil. XIIII 110 sq. **6** sqq. ad sent. **S**: Hom. Il. III 161—242 ‖ VI 388 ‖ Eur. Phoen. 101 sqq. ‖ Ennius ann. 376 V.: matronae moeros complent spectare fauentes ‖ Verg. Aen. XI 475 sq. ‖ anthol. Lat. c. 914, 27 sq. R.: non prius e muris pugnantem regia uirgo uiderat ‖ Ou. met. VIII 19 sqq. ‖ XIII 415—417 ‖ Lucan. VII 369 sq. ‖ Sil. II 251 sqq. ‖ Stat. Th. VII 420 ‖ II 479 sq.: attonitae tectorum e culmine summo prospectant matres ‖ Parthenius erotic. c. 21

Ω = A'(Aa)BCDF(φψ)Rγδλ'(λl)νπu] **46** moli*ar*// *a*trium *R* molior *Dτ*, *sed* lior *in ras. D* molliar *u* atrium, um *in ras., D* **48** Diuicias *Da* operiosiores *D*(*et τ*)

III 2. AD AMICOS *A'BCD* DE INSTITVTIONE (INSTITUTIONIBUS *l* INSTITUCIONE *λ*) AD AMICOS LOQVITVR (L : *omis. F*) *F γδλ'πu* *sine interuallo ac titulo* R_1, *sine titulo ν; b2 superscr.* EVTICE

1 Angustam *R* Angustum *D* amice *Ω Pph. Ac. gloss. λφ Seruius Victorinus* amici R_2ς(*αg*) *Pseudacr.* (*interpret.* 'Hanc odem ad amicos generaliter scribit') *Bentley* *u.* **2** *omis. B* sacri *C* milicia *Da* **3** p^{h}artos *R* ferocis *A'B* feroces *cett.* **4** Uocet *l* aeques *π* arta π_1 asta $\pi_2\psi$ *uu.* **5—12** *omis. B* **5** dio A_1*Ac.* diuo *cett.* () trepidus *γλ* **6** menibus A_1

matrona bellantis tyranni
prospiciens et adulta uirgo
suspiret: 'eheu, ne rudis agminum
sponsus lacessat regius asperum
tactu leonem, quem cruenta
per medias rapit ira caedes!'
dulce et decorum est pro patria mori:
Mors et fugacem persequitur uirum,
nec parcit inbellis iuuentae
poplitibus timidoue tergo.
Virtus repulsae nescia sordidae
intaminatis fulget honoribus,
nec sumit aut ponit securis
arbitrio popularis aurae.

---

11 sq. S: Sen. Herc. fur. 918 sq.: gnate, manantes prius manus cruenta caede et hostili expia ‖ 1160: gnati cruenta caede confecti iacent **11** sic iam Homer. saepe heroas suos cum leonibus comparat ‖ Sil. VII 401 de Hannibale: iam cernes Libycum hunc uallo adsultare leonem **13** T: floril. Paris. 8818[a] S: Tyrtaeus fr. 10: *τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα ἄνδρ' ἀγαθὸν περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον* ‖ Eur. Tr. 386 sq.: *Τρῶες δὲ πρῶτον μέν, τὸ κάλλιστον κλέος, ὑπὲρ πάτρας ἔθνῃσκον* ‖ Hom. Il. XV 496 sq.: *οὔ οἱ ἀεικὲς ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης τεθνάμεν* cf. 'censent hostibus occurrendum, pulchrum esse dicentes pro patria mori' translatio Dionysii c. 10 (mon. Germ. XIII 360) Prud. ham. 154: dulce mori est, tanta in tenebris de peste uoluptas! ‖ Maximian. eleg. I 115: dulce mori miseris ‖ Pentadius anthol. Lat. 235, 21 et 22 R.: tunc quoque dulce mori ... tunc quoque dulce mori **14** S: Simonid. fr. 65: *ὁ δ' αὖ θάνατος κίχε καὶ τὸν φυγόμαχον* ‖ Callin. fr. 1, 14 sq.: *πολλάκι δηιοτῆτα φυγὼν καὶ δοῦπον ἀκόντων ἔρχεται* (*ἔργεται* Bgk.), *ἐν δ' οἴκῳ μοῖρα κίχεν θανάτου* ‖ Curt. IIII 14, 25: effugit mortem quisquis contempserit, timidissimum quemque consequitur **15** S: Sen. Troad. 401 sq.: mors indiuidua est, noxia corpori nec parcens animae **17** S: Symmach. or. IIII 4: fugit repulsa uirtutem **17—20** S: Eur. fr. 1029 N.: *οὐκ ἔστι ταύτης κτῆμα τιμιώτερον· οὐ γὰρ πέφυκε δοῦλον οὔτε χρημάτων οὔτ' εὐγενείας οὔτε θωπείας ὄχλον* **18** S: Cic. pro Sest. 28, 60: (uirtus) lucet in tenebris ... splendetque per sese semper neque alienis umquam sordibus obsolescit **19** sq. S: Vellei. Pat. II 33 de Pompeio: qui, quod cupisset, arbitrio suo sumeret, alieno deponeret

---

$\Omega = A'(Aa)BCDF(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\nu\pi u$] **7** tiranni *Au* **8** Prospitiens *π pr. u* **9** //eheu *R* eheu *u ut uid.* **10** lacesset *A'* lacessat *cett. A2 schol. γ bis* () **12** iras ψ cedes *ACγπlu* caedes *cett.* **13** *Dulce R* **14** prosequitur *δς* persequitur *cett.* () **15** ībellis *B* imbellis *δλ'a* inbellis *cett.* iuuente *Cl* **16** Poblitibus *Bδ* Popilitibus *D* timidoue *A'BDγν Ac.* timidoque *FRδλ'πu* timodoq, *C* *uu.* **17—32** *omis. B*; $\Omega = A'(Aa)CDF(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\nu\pi u$ **17** sordide *C* **18** Incontaminatis *uς* **19** securis *R1* secures *cett. R2*

Virtus, recludens inmeritis mori
caelum, negata temptat iter uia,
coetusque uolgaris et udam
spernit humum fugiente pinna.
est et fideli tuta silentio
merces: uetabo, qui Cereris sacrum
uolgarit arcanae, sub isdem
sit trabibus fragilemque mecum
soluat phaselon: saepe Diespiter
neclectus incesto addidit integrum;

---

21 sq. **S**: anthol. Pal. VII 251 de iis qui apud Thermopylas ceciderunt: *οὐδὲ τεθνᾶσι θανόντες, ἐπεί σφ' ἀρετὴ καθύπερθε κυδαίνουσ' ἀνάγει δώματος ἐξ Ἀίδεω* ‖ Sen. Herc. Oet. 1982 sqq.: numquam Stygias fertur ad umbras inclita Virtus. uiuite fortes; nec Lethaeos saeua per amnes uos fata trahent, sed cum summas exiget horas consumpta dies, iter ad superos gloria pandet **21 S**: Sen. Herc. Oet. 1971: Virtus in astra tendit **22 S**: Sen. Phaedr. 224: solus negatas inuenit Theseus uias ‖ Claudian. bell. Pollent. 69 sq.: in astra negatas temptarint munire uias **25** sq. 'est — merces' **T**: floril. Par. 8069 **S**: Simonid. fr. 66: *ἔστι καὶ σιγᾶς ἀκίνδυνον γέρας* **25 S**: Stat. s. IIII 5, 49: 'est et frementi' in initio strophae Alcaicae ‖ Verg. Aen. III 112: fida silentia sacris ‖ Apul. met. III c. 25: sacris pluribus initiatus profecto nosti sanctam silentii fidem **26** sqq. **S**: Callim. hymn. in Cerer. 117 sq.: *Δάματερ, μὴ τῆνος ἐμὶν φίλος, ὅς τοι ἀπεχθής, εἴη μηδ' ὁμότοιχος* **28** sq. **S**: Eur. fr. 852 N.: *ὅστις δὲ τοὺς φύσαντας μὴ τιμᾶν θέλῃ, μή μοι γένοιτο μήτε συνθύτης ποτὲ μήτ' ἐν θαλάσσῃ κοινόπλουν στέλλοι σκάφος* ‖ Eur. El. 1354 sq.: *οὕτως ἀδικεῖν μηδεὶς θελέτω μηδ' ἐπιόρκων μέτα συμπλείτω*
28 sq.: **S**: Prud. contra Symm. II 530: institerant tenues cumbae fragilesque phaseli **29** sq. **S**: Aeschyl. sept. 602 sqq.: *ἢ γὰρ ξυνεισβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ ναύταισι θερμοῖς καὶ πανουργίᾳ τινὶ ὄλωλεν ἀνδρῶν ξὺν θεοπτύστῳ γένει* ‖ Eur. suppl. 226 sqq: *κοινὰς γὰρ ὁ θεὸς τὰς τύχας ἡγούμενος τοῖς τοῦ νοσοῦντος πήμασιν διώλεσε τὸν οὐ νοσοῦντα κοὐδὲν ἠδικηκότα*

Ω = *A'(Aa) CDF(φψ) Rγδλ'(λl)νπu*] **21** inmeritis *CDRδνπal* immeritis *AFγλu* **22** Celum *Cu* iter $FR\gamma\delta_1\pi a_2$ *uar.* u_1 *Pph. gloss.* *λφ* ire $A'CD\delta_2\lambda'\nu u_2$ **23** Caetus *ADγπu* -que *omis.* δ_1
uolgaris] uulgaris *CDRγπpr.* uulgares *cett.* **24** fugente *C* pinna $A'CR_1\gamma\nu_1$ *Ac.* penna $A_2DFR_2\delta\lambda'\nu_2\pi u$ () **25** et *omis.* *λ* silencio *D*
26 Meres A_1 uitabo *λ'* **27** Volgarit *FRδπ* Vulgarit *γ uar. λ'u Pph. gloss. λφ* Vulgauit *A'CDγν Pseudacr.* arcanae *Rλa* archanae *ADFγδνlu* arcane *π* archane *C* subistem *D* hisdem *A* ⊢isdem *l*
28 trabib; *D, posteriore* b *in rasura* fragilem *Dpr.* fragilemque *cett. Dcorr.* *post hunc u. DEFICIT cod. ν usque ad c.* III 4, 15 **29** phaselon $CF\gamma\delta\lambda' a_2$ *Pseudacr.* aselon R_1 uaselon R_2 phaselo π_2 phasilon A'_1 phaselum $A_2\lambda_2\pi_1 u$ sepe *ACγλ'πu* sepę *φ* **30** Nec lectus *A Ac.* Neclectus $\pi_1 a_1$ Neglectus *cett.* π_2

raro antecedentem scelestum
deseruit pede Poena claudo.

III.

Iustum et tenacem propositi uirum
non ciuium ardor praua iubentium,

---

31 sq. **T**: Seru. ad Aen. I 543 schol. Stat. Th. V 60 **S**: Eur. fr. 979 N.: *ἡ Δίκη … σῖγα καὶ βραδεῖ ποδὶ στείχουσα μάρψει τοὺς κακούς, ὅταν τύχῃ* ‖ id. fr. 835 N. ‖ Prud. c. Symm. II 181: r a r a reos iusta percellit p a e n a securi ‖ Tib. I 9, 4: sera tamen tacitis P o e n a uenit p e d i b u s ‖ anth. Pal. XII 229, 2: *ὑστερόπουν … Νέμεσιν*

III 3. **1—8 T**: schol. Lucan. II 243 Sulpit. **1—6 S**: Sen. Thy. 348—364: rex est, qui posuit metus et diri mala pectoris: quem non ambitio inpotens et numquam stabilis fauor uulgi praecipitis mouet, non quicquid fodit occidens aut unda Tagus aurea claro deuehit alueo, non quicquid Libycis terit feruens area messibus (cf. Hor. c. I 1, 10), quem non concutiet cadens obliqui uia fulminis, non Eurus rapiens mare aut saeuo rabidus freto uentosi tumor Hadriae, quem non lancea militis, non strictus domuit chalybs ‖ Ag. 593—598: nullus hunc terror nec impotens (al. impotentis) procella Fortunae mouet aut iniqui flamma Tonantis. … nullos ciuium coetus timet aut minaces uictoris iras, non maria asperis insana Coris **1—4** 'iustum — solida' **T**: Lactant. diu. instit. V 13 **S**: Theogn. 319 sq.: *Κύρν', ἀγαθὸς μὲν ἀνὴρ γνώμην ἔχει ἔμπεδον αἰεί, τολμᾷ δ' ἔν τε κακοῖς κείμενος ἔν τ' ἀγαθοῖς* **1 T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 470 praemisso 'ode III' et omisso 'uirum' **T**: Victor. de m. Hor. p. 179 **S**: Ou. met. X 405: propositique tenax ‖ Val. Max. VI 3, 5: aeque tenax propositi L. Domitius ‖ Ammian. Marc. XXVII 8, 10: u i r u m acrioris ingenii, sed i u s t i t e n a c e m et recti ‖ Eutrop. VIIII 11, 2: parcus uir et modestus et i u s t i t e n a x

---

$\Omega = A'(Aa)CD\,F(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi u$] **31** antecedente *F* *VERSVS* **31** *VLTIMVS EST CARMINVM IN cod. D, sequitur epist.* II 2, 112 $\Omega = A'(Aa)CF(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi\tau u$ **32** pena *u* pęna *Pseudacr.* cl^a^udo *π*

III 3. *Continuant hoc carmen antecedenti A C1 R Pseudacr. originarius Porph. et sine dubio archetypus cod. B, qui hanc oden omisit; cett. et Seruius et Victorinus nouum carmen incipiunt* () AD AVGVSTVM *τ* AD MVSAS DE AVGVSTO (*haec om. π*) QVI IN (QVIN *π*) PROPOSITO (PREPOSITO *π cons. δ*) SVO (SVI *δπ*) VIDETVR PERSEVERARE *Fλ'πu* AD MVSAS DE AVGVSTO *γ* MЄTRV̄ ΛLCΛICVM SIUЄ IΛMBICUM *a* *in δ ut uersus carminis* (= II 2, 33) *scripta leguntur haec:* Qui ^i^N p̃posito sui uidetur perseuerare

1 Iustum] *Iustum R ut uid.* lustrum *Victorinus* et] ac *schol. Lucan.* **2** ardor ciuium *schol. Lucan.* parua *δ1* iubentium *R*

non uoltus instantis tyranni
mente quatit solida neque Auster
dux inquieti turbidus Hadriae
nec fulminantis magna manus Iouis;
si fractus inlabatur orbis,
inpauidum ferient ruinae.
hac arte Pollux et uagus Hercules
enisus arces attigit igneas,

---

3 sq. **T**: floril. Cusanum: 'ORATIVS Sapientem uirum non quatit minax uultus tyranni'; ad sententiam **S**: Apoll. Sid. carm. 23, 470 sqq. **3 T**: Victor. de m. Hor. p. 180 **S**: Pseudosen. Octau. 108 sqq.: poena nam grauior nece est uidere tumidos et truces miserae mihi uoltus tyranni **4 T**: Victor. (cod. A) de m. Hor. p. 180 omissa uoce 'auster' **6 S**: Hom. Il. XIII 242 sq.: *ἀστεροπῇ ἐναλίγκιος, ἥν τε Κρονίων χειρὶ λαβὼν ἐτίναξεν ἀπ' αἰγλήεντος Ὀλύμπου* ‖ Sil. VII 371 sq.: magna fulmina dextra torserit omnipotens **7** sq. **T**: Hieronymus epist. 6 ad Iulianum (Vallars. I 17[a]) idem epist. 118 ad Iulianum 2 (Vallars. I 787[b]) idem comment. in epist. ad Ephesios lib. III c. 5 (Vallars. VII 653[c]) 'quod in lyrico carmine super iusti praeconio dicitur: si — ruinae' Hieronym. epist. 130 ad Demetriadem 7 (Vallars. I 976[a] = 982 Ven.) **S**: Theogn. 869 sqq. ‖ Graecum prouerbium: *τί εἰ οὐρανὸς ἐμπέσοι*; ‖ Ter. heautont. IIII 3, 41 = 719: quid si nunc caelum ruat? ‖ Prud. per. IIII 6: non timet mundi fragilis ruinam **8 S**: Sil. XIIII 678: nec turbatum animi tanta feriente ruina ‖ Paulin. Nol. append. carm. 1, 95 sq.: si mucrone paret ceruicem abscindere lictor, inpauidum inueniet; mors cita (c. II 16, 29), poena breuis **9—16 S**: Sil. XV 78—83: caeli porta patet. referam quid cuncta domantem Amphitryoniadem? quid, cui, post Seras et Indos (cf. c. I 12, 56) captiuo Liber cum signa referret ab Euro, Caucaseae currum duxere per oppida tigres? quid suspiratos magno in discrimine nautis Ledaeos referam fratres uestrumque Quirinum? ‖ Lactant. inst. diu. I 18: uirtutem esse dicunt, quae hominem tollat in caelum; non illam, de qua philosophi disserunt, quae posita est in bonis animi, sed hanc corporalem, quae dicitur fortitudo, quae, quoniam praecipua in Hercule fuit, immortalitatem meruisse creditur **9 S**: Stat. s. IIII 3, 155 sq.: ibis, qua uagus Hercules et Euhan, ultra sidera flammeumque solem **10 S**: Lucan. VII 593 sq.: nondum attigit arcem iuris

---

Ω = *A'*(*Aa*)*CF*(*φφ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πτu*] **3** uoltus *Fδπ* uultis *A1* uultus *cett. A2 Victorinus* tiranni *Au* **4** solidum nec *Victorinus* **5** inqui&is *π ante ras.* inquiete *R* torbidus *π* hadrie *A1 schol. Lucan.* adriae *δπu1 Ac.* **7** inlabatur *A'2 CFRγλ corr. π schol. γλφ* (*interpr.* 'ruat') illabatur *δ Hieronymus schol. Lucan.* inlabetur *A'1λ pr.* illabetur *τl* inlabitur *u* orbis] iouis *u1* **8** Impauidum *A'λ'* Inpauidum *cett.* Impauidi *schol. Lucan.* feriunt *C* **10** Enisus *A'Cγλ'u2 Ac.* Innisus *Fδπτ cons. schol. γλφ* (*interpr.* 'incumbens') E//nisus *u* Inisus *R*, I *fort. ab alt. manu* ()

quos inter Augustus recumbens
purpureo bibet ore nectar.
hac te merentem, Bacche pater, tuae
uexere tigres indocili iugum
collo trahentes; hac Quirinus
Martis equis Acheronta fugit,
gratum elocuta consiliantibus
Iunone diuis: 'Ilion, Ilion
fatalis incestusque iudex
et mulier peregrina uertit
in puluerem, ex quo destituit deos
mercede pacta Laomedon, mihi
castaeque damnatum Mineruae
cum populo et duce fraudulento.

---

11 sq.: **S**: Prud. hamartig. 856 sqq.: illic purpureo latus exporrecta cubili floribus aeternis spirantes libat odores ambrosiumque bibit roseo de stramine rorem ‖ ad sent. cf. Theocr. 17, 16 sqq. et Verg. ecl. 4, 15 sq. **12 S**: Simonid. fr. 72 B.: *πορφυρέον ἀπὸ στόματος* ‖ Catull. 45, 12: illo purpureo ore sauiata ‖ Ou. Ib. 558: bibit ore ‖ Prud. per. III 160: appetit et bibit ore rogum ‖ Stat. s. IIII 6, 54: nectar adhuc torua laetus Iunone bibebat (sc. Hercules) **13 S**: Ou. trist. V 3, 19 sq.: ipse quoque aetherias meritis inuectus es arces, quo non exiguo facta labore uia est **14 S**: Sidon. Apoll. c. 22, 22 sq. ‖ Sil. XVII 647 sq. **15—17**: **S**: Ennius, uid. Vahleni prolegomena p. XXXVIII **16 S**: Pind. fr. 143 B. de diis: *βαρυβόαν πορθμὸν πεφευγότες Ἀχέροντος* ‖ Theocr. id. 17, 46 sq. ‖ Sen. Phaedr. 1150 sq.: quod tuus caelum superosque Theseus spectat et fugit Stygias paludes **18** sq. 'Ilion — iudex' **T**: Porph. ad epist. II 1, 11 **18 S**: Eur. Orest. 1381. 1383: *Ἴλιον, Ἴλιον, ὤ μοί μοι, . . . ὥς σ' ὀλόμενον στένω* **19 S**: Sen. Troad. 65 sq.: iamdudum sonet fatalis Ide iudicis diri domus ‖ Ag. 730 sq.: fatalis sedet inter potentes arbiter pastor deas **20** sq. **S**: Ou. her. 1, 24: uersast in cineres . . . Troia **20 S**: Eur. Andr. 649. 670, ubi Helenam *γυναῖκα βάρβαρον* uel *ξένην* uocat **21** sq. **S**: Verg. ge. I 501 sq. **22 S**: Prud. per. X 970: mercede certa pactus ut conluderet

---

recūbens

$\Omega = A'(Aa)CF(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi\tau u$] **11** residens *l* (*omnia ab eod.*) **12** bibet *A'Rγλ'τu* bibit *A2CFδπ Pph.* **13** bache *Cτa* **14** tygres *Fδ* **15** hac] ac *π* **17** *Porphyrion auctor est fuisse qui inde ab hoc uersu nouam oden incipere arbitrarentur* eloquuta *A'λ'* consilientibus *F* conciliantibus *u* **18** diu*is* *A* ilion ion *π*1 **21** distituit *Cτ* destuit *ψ*1 **22** pacta *Ω Ac. corr.* pancta *Ac. pr.* laumedon *A' schol. γ uno loco aut pr. aut corr.* (*opp. duobus aliis locis*) la*omedon*·//// *R* **23** Castęque *R* dânatū mineruae *δ* dampnatum *φψ2al* dannatum *u* **24** popolo *λ* fraudolento *Ac.*

iam nec Lacaenae splendet adulterae
famosus hospes nec Priami domus
periura pugnaces Achiuos
Hectoreis opibus refringit,
nostrisque ductum seditionibus
bellum resedit: protinus et grauis
iras et inuisum nepotem,
Troica quem peperit sacerdos,
Marti redonabo; illum ego lucidas
inire sedes, discere nectaris
sucos et adscribi quietis
ordinibus patiar deorum.
dum longus inter saeuiat Ilion
Romamque pontus, qualibet exules
in parte regnanto beati;
dum Priami Paridisque busto
insultet armentum et catulos ferae
celent inultae, stet Capitolium

---

26 sq. **S**: Sen. Ag. 863: mendax Dardanidae domus **28 S**: Prop. III 3, 44: Teutonicas Roma refringit opes **30 S**: Verg. Aen. VIIII 643 sq.: bella ... resident **33** sq. **S**: Hom. Il. XIII 243: *ἀπ' αἰγλήεντος Ὀλύμπου* ‖ anthol. 1704, 40 sq. M.: atque sedes lucidas cupidus suas relinquit **37** sqq. **S**: Verg. Aen. I 607: in freta dum fluuii current ‖ Ou. am. I 15, 9 sqq.: uiuet Maeonides, Tenedos dum stabit et Ide, dum rapidus Simois in mare uoluet aquas ‖ Lucan. I 89 sq.: dum terra fretum terramque leuabit aer ‖ Sen. Oed. 505: Oceanus clausum dum fluctibus ambiet orbem **38** sq. **S**: Ou. met. I 132: exilio felix **40** sq. **S**: Hom. Il. IIII 176 sq.: *καί κέ τις ὧδ' ἐρέει Τρώων ὑπερηνορεόντων τύμβῳ ἐπιθρῴσκων Μενελάου κυδαλίμοιο κτλ.*

Ω = *A'(Aa)CF(φψ)Rγδλ'(λl)πτu*] **25** lacaenae *γ* lacenae *A'R δλ'τψu* lacene *Cφ* *lacenę π* **26** hosp*o*s (e supr.) *π* **27** Per iura *FRγδ* **28** Haectoreis *Fγλ'Ac.* refringet *R* **29** Nr̃is (q; supr.) *C* sedicionibus *λ* **30** residit *R*1 recedit *δ pr.* graues *FR*2*δπτlu* grauis *R*1 *cett.* **31** Ira*s*// et //inuisum *R* **33** Mart*i*// *re*donabo *R* ego illum *π pr.* ego *omis. τ* **34** In//ire *R* discere *A'*2*CFRγδπτu Ac. pr. Pph. Porph.* ducere *A'*1*γ uar. λ' Ac. corr. schol. γ* ('deorum conuiuiis etiam interesse permittam' *Pseudacr.*) **35** Sucus *τ* Succos *λ'u* adscribi *CFγπτ Ac.* adscribi// *R* asscribi *δu* ascribi *A'λ'* **36** paciar *CFτ* **37** seuiat *ACπφlu* se uiat *δ*1 illion *R* elion *π pr.* **38** portus *u*1 exulęs *λ* **39** parte] e *supr. u. π* regnant*o*// *R* regnando *F* **40** primi *R* paridis, *omisso* q' *R*1 **41** Insulte carmentum *π*1 **42** Caelent *A'Fγλ'πτ* inulte *C* st& *R* & stet *δ*

fulgens triumphatisque possit
Roma ferox dare iura Medis.
horrenda late nomen in ultimas
extendat oras, qua medius liquor
secernit Europen ab Afro,
qua tumidus rigat arua Nilus,
aurum inrepertum et sic melius situm,
cum terra celat, spernere fortior
quam cogere humanos in usus
omne sacrum rapiente dextra.
quicumque mundo terminus obstitit,
hunc tanget armis, uisere gestiens
qua parte debacchentur ignes,
qua nebulae pluuiique rores.
sed bellicosis fata Quiritibus
hac lege dico, ne nimium pii
rebusque fidentes auitae
tecta uelint reparare Troiae.

---

43 sq. **S**: Claud. de bello Gild. 17. 19 sq.: Roma . . . iura Britannis diuidit **44 S**: Stat. s. V 3, 186: iura dat Eois ‖ III 2, 94 **45** sq. **S**: Symmach. rel. 12, 4: ut fasti memores (c. III 17, 4) celebre nomen extenderent ult. or.] **S**: Plaut. most. IIII 3, 3 = 983: oras . . . ultumas **46** sq. **S**: poeta apud Cic. nat. de. III 10: Europam Libyamque rapax ubi diuidit unda **48 S**: Ou. am. III 6, 46: arua rigas ‖ Prud. cath. III 104 sq. ‖ ad sent. **S**: Verg. ge. IIII 293 **49** sq. **S**: Verg. Aen. VIII 364: aude . . . contemnere opes **51 S**: Nemes. buc. 1, 10: in carmina cogis ‖ Trebat. ap. Arnob. VII 31 R.: uinum . . . esse sacrum incipiat et ex usibus eripiatur humanis **53** mund. = orb. terrarum] **S**: Verg. ecl. 4, 9 **55** debacch.] non inuenitur praeter hunc locum et Ter. ad. 184 et 185

Ω = *A′*(*Aa*)*CF*(*φψ*)*Rγδλ′*(*λl*)*πτu*] **43** -que *omis. l* **44** *dare R* **46** Extendit *δ*1 Extendat *cett. δ*2 extendet *Ac.* horas *CR ante ras. γδπτu* oras *cett. Rp. ras.* quas *ψ* **47** Decernit *π* heuropen *F* euro poen¦abafro *π* affro *u* **48** arua rigat *C* regat *R*1 aru//a *R* **50** caelat *Fτl* **51** in humanos usus *τu* usos *Rpr.* **52** *rapiente R* dextera *ψ* **53** mundi *A*2*y* terminos *π* obsistit *πpr.* **54** tanget *Ω* tangat *R*2*y Bentl.* **55** debacchentur *FRγδ*1*πu Pph. Ac.* debachentur *A′Cδ*2*λ′* debachantur *τ* dibachentur *Pseudacr.* ‘dicit baccentur’ *per errorem schol. γ* **56** pluuięq: et rores *u* **57** Set *γ* bellicos//is *Rl* bellicossis *R*1 *ut uid.* **58** le//ge *π* ꝑdico *δ* ꝓpriis *δ*1 pii *δ*2 *cett.* **59** Re*bus* //// fidentes *R* auite *C* **60** Tæcta *ψ*

Troiae renascens alite lugubri
fortuna tristi clade iterabitur,
ducente uictrices cateruas
coniuge me Iouis et sorore.
ter si resurgat murus aeneus
auctore Phoebo, ter pereat meis
excisus Argiuis, ter uxor
capta uirum puerosque ploret.'
non hoc iocosae conueniet lyrae:
quo, Musa, tendis? desine peruicax
referre sermones deorum et
magna modis tenuare paruis.

IIII.

Descende caelo et dic age tibia
regina longum Calliope melos,

---

64 S: apud Hom. Iuno saepe uocatur Iouis *κασιγνήτη ἄλοχός τε* ‖ Verg. Aen. I 46 sq.: ast ego, quae diuom incedo regina Iouisque et soror et coniunx ‖ Sil. XVII 365: et soror et coniunx ‖ Sen. Ag. 348—350: ades, o magni soror et coniunx, consors sceptri, regia Iuno **65 S**: Prud. ham. 480 sq.: si domitam Iericon lituis atque aere canoro rursus in antiquos patitur consurgere muros? **66 S**: Prud. per. II 416: atque auctor horum moenium ‖ Verg. ge. III 36: Troiae Cynthius auctor **72 S**: carmen tenuare ap. Prop. III 1, 5 et Stat. s. IIII 7, 9

III 4. **1** sq. **S**: Alcm. fr. 45: *Μῶσ' ἄγε, Καλλιόπα, θύγατερ Διός, ἄρχ' ἐρατῶν ἐπέων* ‖ Stesich. fr. 45: *δεῦρ' ἄγε Καλλιόπεια λίγεια* ‖ Stat. s. III 1, 50: dic age, Calliope **1 T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 470 Victor. de m. Hor. (omisso 'tibia') p. 179

Ω = *A'(Aa)CF(φψ)Rγδλ'(λl)πτu*] **62** Fortuna, a *in ras.*, *δ* **65** æneus *Cτ* **66** phębo *Aγ* phebo *Cπτ* **67** ter uxor] et uxor *Ac.* //ter uxor *δ* *uxor R* **69** iocosę *R* conueniet *Ω Pph.* conueniat ς(*Labhrv*) *Ac.* () lirae *Aγu* lyre *π, omis. τ* lyrae *cett.* **70** musa *omis. lpr.* tendes *A'*1 *opp. Pph.* **71** Refferre *C* **72** Mmagna *δ* tenu//are *a*

III 4. *Ω* = *A'(Aa)BCF(φψ)Rγδλ'(λl)πτu*] AD CALLIOPEM (CALLIOPĒ *B* caliopem *C*) MVSAM *A'BCFλ'u* AD CALLIOPEM (-Ē *π*) MVSAM HYMNVS (YMNUS *δ*) *δπ* AD CALLIOPEN MVSAM *γτ* *sine titulo aut interuallo R*

1 *Descende R* de celo *C* celo *u* et *omis. u pr. Pph. opp. Ac.* tybia *C* **2** męlos *ψ*

seu uoce nunc mauis acuta
seu fidibus citharaue Phoebi.
auditis, an me ludit amabilis
insania? audire et uideor pios
errare per lucos, amoenae
quos et aquae subeunt et aurae.
me fabulosae Volture in *auio*
nutricis extra limen Apuliae
ludo fatigatumque somno
fronde noua puerum palumbes
texere, mirum quod foret omnibus,
quicumque celsae nidum Acherontiae
saltusque Bantinos et aru*o*m
pingue tenent humilis Forenti,

---

3 'Seu — a.' **T**: Victor. de m. Hor. p. 180 4 **T**: Victor. l. c. p. 180 **S**: Verg. Aen. VI 120: Threicia fretus cithara fidibusque canoris 5 similes interrogationes habes apud Ou. fast. V 549 ('fallor? an arma sonant?') Sen. Troad. 371 sq. 648 sq. Aus. epist. 24 (25), 132 6 sq. **S**: Verg. ecl. 10, 58 sq.: iam mihi per rupes uideor lucosque sonantis ire 9 sqq. similia de Stesichoro et Pindaro narrabantur 11 **S**: Hom. Il. X 98 et Od. XII 281: *καμάτῳ ἀδηκότες* (*ἀδηκότας*) *ἠδὲ καὶ ὕπνῳ* 14 **S**: Cic. de orat. I 44, 196: Ithacam illam in asperrimis

---

Ω = *A′*(*Aa*)*BCF*(*φψ*)*Rγδλ′*(*λl*)*πτu*] 3 mauis] canas *Victorinus* acu//ta *R* 4 fidibus] fidis *Victorini cod. A* citharaue *BCγalu Victor.* cytharaue *FRδ2λπτ* citharauę *A* cythara//ue *δ* cytharaque *δ1 ut uid.* citharaque *Bentl. uid. Epil.* phębi *Aγ* phebi *CRτ* leui *Victor.* 5 lusit *C*
7 amęnę *γτ* amenae *u* amoene *C* 8 aque *C* aure *C* 9 fabulose *BC* uolture *A′FRγλπ Ac. Pseudacr.* uoltore *δ* uulture *BCτlu* apulo *Ω* abdito *Bentl.* auio *editor, receptum a Carolo Pozdero* (*Hor. carm. ed. Budapestini* 1891), *prob. Waltzio* (*ed. Paris.* 1888) *aliis*, *cf.* c. I 23, 2: montibus auiis, *uid. Epileg.* 10 Altricis *F uar. δ l2 uar.* Nutricis *cett. Porph. Pseudacr.* () limina pulliae *A′1 B R1* limina pullie *schol. γ* limen apulliae *τ a2* limena pulliae *δ2* Lim̄ in appulię *Ac.* limen apuliae *cett. A2 δ1 Porph. Pseudacr. schol. λφ* lumina Pulliae *Pauly* limina sedulae *Bentl.*, abuliae (*sic*) *Quicherat,* pergulae *Bährens,* cellulae *Herbst,* pallidae *Roeder,* palliae *Holder*, Lupiae *Unger*, Apollinis *Hamacher,* Dauniae *Paldamus,* patriae *Jani,* uillulae *Yonge,* deuio *Lehrs*, prouidae *nescio quis*, adoreae *Hitzig,* adulterae *Horkel,* Eduliae *Schepss* 11 sonno *u*
13 Texere[m]//irū *π* qđ *R* 14 celse *γ* caelsae *δ* nidu *A* cnidum *φ* acherontiae *Cτ Pseudacr.* achoerontię *γ* acheronthiae *A′Bλ′* acheruntiae *Fδπu Porph.* acherunthiae *λ2* a/////runtiae *R* 15 cubantinos *γ uar. τ* () aruum *Ω* 16 *HIC REDIT cod. v; Ω* = *A′*(*Aa*)*BCF*(*φψ*)*Rγδλ′*(*λl*)*vπτu* Pinguę *A* forenti *A′BCRγδ2v Pseudacr.* ferenti *Fδ1λ′πu Pph. Porph.* *f*orenti *τ*

ut tuto ab atris corpore uiperis
dormirem et ursis, ut premerer sacra
lauroque conlataque myrto
non sine dis animosus infans.
uester, Camenae, uester in arduos
tollor Sabinos, seu mihi frigidum
Praeneste seu Tibur supinum
seu liquidae placuere Baiae.
uestris amicum fontibus et choris
non me Philippis uersa acies retro,
deuota non extinxit arbor
nec Sicula Palinurus unda.
utcumque mecum uos eritis, libens
insanientem nauita Bosphorum
temptabo et urentis harenas
litoris Assyrii uiator,
uisam Britannos hospitibus feros

saxulis tamquam nidulum adfixam **15 S**: Sil. I 213: felix qua pingues mitis plaga temperat agros **20 S**: Hom. *οὔ τοι ἄνευ θεοῦ* (Od. II 372. XV 531) uel *οὐκ ἀθεεί* (Od. XVIII 353; item Mosch. 2, 148) **21—24** ad sent. **S**: Verg. ge. II 486—489 **21** sq. cf. Marius Victorinus p. 143: 'beatus ille qui procul (epod. 2, 1) tollor in montes uagus' et p. 144: 'tollor altos in montes' **23** 'cliuumque (corrigendum fort. Tiburque) supinum' **T**: schol. Iuu. 3, 192 **S**: Iuu. 3, 190: gelida Praeneste ‖ 192: proni Tiburis arce **30 S**: Rutil. I 619 sq.: quis enim sub tempestate maligna insanituris audeat ire fretis? ‖ Verg. ecl. 9, 43: insani ... fluctus ‖ Sen. Phaedr. 351: insani ... ponti ‖ Sil. I 638: insana freta **31 S**: Sil. VI 140: turbidus arentis lento pede sulcat harenas ‖ Boeth. phil. cons. II 6, u. 13: ardentes recoquens harenas ‖ Plin. n. h. VII § 22: feruentibus harenis ‖ Sen. n. qu. IIII 2, 18: ardens puluis ‖ Ou. met. XV 268: siccis humus aret harenis

Ω = A′(Aa)BCF(φψ)Rγδλ′(λl)νπτu] *uu.* **17—20** *omis. B* **18** Dormire*m* *&* ursis *R* ut] & *R* premeret *ψ* **19** collata *δντ*a_2*u* conlata *cett.* a_1 *Pph.* que *omis. C* mirto *γτapr.u* **20** diis *A′*$_2$*C γδντlu Pph.* **21** camaenae *R* camene *C* o camenę *l* **23** Preneste *ντu* Praeneste *uel* P̄neste (*sic C*) *cett.* seu — supinum *omis.* l_1 subinum R_1 **24** liquide *γ* baię *R* balae *δ ante ras. π ante ras. z ante ras.* **26** *me in ras. δ* philippus $λ_1$ aties *ψ* **27** extincsit *ν* ^ex^tinx̄ *C* extincxit *Ac.* arbos *τ* arbor *cett. Pph. Ac. schol. ν mg.* *u.* **29** *omis. B* **30** bosforum *δ* bosphorum *cett.* **31** urentis *A′C*R_1*γ*$δ_2$*λ′ν schol. γν* urentes *Bτu Ac.* arentis $δ_1$*π* arentes *F*R_2 () arenas *Fδπa* harenas *cett. Ac. schol. ν mg.* **32** Littoris *ABCδντu* litoris *cett. Ac.* assirii *ABCFγντu* **33** brittannos *AFγν* britannos *cett. δ corr., omis. δ pr.* feros hospitib; *ν* feros *R*

et laetum equino sanguine Concanum,
  uisam pharetratos Gelonos
    et Scythicum• inuiolatus amnem.
uos Caesarem altum, militia simul
fessas cohortis addidit oppidis,
  finire quaerentem labores
    Pierio recreatis antro.
uos lene consilium et datis et dato
gaudetis almae. scimus, ut impios
  Titanas immanemque turbam
    fulmine sustulerit caduco,
qui terram inertem, qui mare temperat
uentosum et urbes regnaque tristia,

---

34 cf. schol. Lucan. Omnib. III 284: Massagetes ueluti lacte et sanguine equino nutriuntur ... qui mos etiam Sarmatarum fuit ... et Concanorum ut Hor. in carminibus testatur **S**: Sil. III 360 sq.: nec qui Massageten monstrans feritate parentem cornipedis fusa satiaris, Concane, uena **35 S**: Verg. Aen. VIII 725: sagittiferosque Gelonos **40 S**: Pind. P. 6, 48 sq.: δρέπων, σοφίαν δ' ἐν μυχοῖσι Πιερίδων **41** sq. 'uos — gaudetis' **T**: Porph. ad u. 42—43 **41 S**: Aus. profess. 25, 9 sq. Sch.: tam bone dandis semper consiliis quam taciturne datis **44** καταιβάτης κεραυνὸς Ζηνός Typhoea interemit, Aeschyl. Prom. 358 sq.
45 sq. **S**: Sen. Thy. 362: uentosi ... Hadriae ‖ Ou. her. 18, 199: uentosas ... undas ‖ Verg. Aen. VI 335: uentosa ... aequora **45 S**: Verg. ge. I 94: glaebas ... inertis ‖ Calpurn. 4, 109: iners ... tellus **46** sq. urbes ... mortalis] **S**: Enn. Epich. fr. 7 V.: quoniam mortalis atque urbes beluasque omnis iuuat

---

Ω = *A′(Aa)BCF(φψ)Rγδλ′(λl)νπτu*] **34** letum *ψu* sangine *B* **35** faretratos *F* gelones *π* **36** scythicum *BFλa* scithicum *ACγντ* sciticum *δπu* sciticum *τl* schythicum *R* inuiolatus *R* inuiolat C_1 annem *u* **37** caesa*rem R* cesarem *Au* milicia *λa* **38** cohortis] fortis *Pph.* choortes *u* cohortes *cett. uid. gramm. Aufsätze p.* 318 addidit *BFu Pph.* abdidit *A′CRγ*δ_2*λ′ντ Ac. Pseudacr. schol. γ bis* reddidit ς redditis *δπ* () *uid. Epileg.* opidis *ψ* opibus *τ* *uu.* **39—52** *omis. B* **39** querentem *Cγνlu* **40** Pyerio *δ*λ_2*π* *recreatis* ////// antro. *R* **41** et datis] datis *Pph. omisso* et; *item Porph. ad u.* 42 **42** Gaudetes *ν* Ggaudetis *δ* alme *C omis.* γ_1 scimos *a* ut] *omis.* A_1 & *a* inpios *λ Pph.* **43** Tithanas *A′* inmanem *CFπu* immanem *cett. Pph.* -que] -q' //// *R* turmam *Fδλπ* turbam *cett. Pph. schol. γ* **44** caduco sustulerit *C* caduco *R* **45** inhertem *Aγν* **46** Vento//sum *π* Ventorum R_1*ψ pr.* Ventuosum *τ* tris*tia R*

diuosque mortalisque turmas
imperio regit unus aequo.
magnum illa terrorem intulerat Ioui
fidens iuuentus horrida bracchiis
fratresque tendentes opaco
Pelion imposuisse Olympo.
sed quid Typhoeus et ualidus Mimas,
aut quid minaci Porphyrion statu,
quid Rhoetus euolsisque truncis
Enceladus iaculator audax
contra sonantem Palladis aegida
possent ruentes? hinc auidus stetit

---

47 S: Hom. *φῦλ' ἀνθρώπων* **49** sqq. S: Verg. ge. I 278 sqq.: tum partu Terra nefando Coeumque Iapetumque creat saeuomque Typhoea et coniuratos caelum rescindere fratres. ter sunt conati imponere Pelio Ossam scilicet atque Ossae frondosum inuoluere Olympum **51** sq. S: Hom. Od. XI 315 sq.: *Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ Πήλιον εἰνοσίφυλλον* ‖ Ou. am. II 1, 13 sq.: ingestaque Olympo ardua deuexum Pelion Ossa tulit ‖ Sen. Ag. 345—347: stetit imposita Pelion Ossa; pinifer ambos pressit Olympus **53** sqq. S: Apoll. Sid. carm. 6, 24 sqq.: Rhoeti ... manu. sternitur ... Mimas ... Enceladus ... Typhoeus ‖ id. carm. 15, 19 sqq.: Enceladus ... Typhoeo; Porfyrion ... Mimas contra aegida torquet ‖ Stat. Th. II 595 sqq.: non aliter ... armatum ... Briareus stetit aethera contra, hinc Phoebi pharetras, hinc toruae Pallados anguis e. q. s. **58** sq. S: Hom. Il. III 133: *λιλαιόμενοι πολέμοιο* ‖ Tac. ann. I 51: auidas legiones

---

Ω = *A'*(*Aa*)*CF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*νπτu*] **47** mortalisque *A'λ schol. νf* mortalesque *CFRγδνπτl* et mortales *u* turmas *A'Fδλ'π* turbas *CRγντu schol. γν* **50** bracchiis *Rφ* brachiis *cett. schol.* **51** tendentes *Ω* intendentes *Ac.* () **52** inposuisse *ACFRλνu schol.* imposuisse *γδπal* olimpo *AFγδlu* olimpho *π* **53** *PERGIT B* Set *γ* qu*id R* quọd (i suprascr.) *ν* typhoeus *A'Bν* tiphoeus *CFγδπ* typheus *Rλu* typhęus *τ* tipheus *l* ualidas *τ1* minas *A'1l* mias *R2*, *R1 non liquet* **54** qd *omis. ν pr. add. ν corr.* m*i*naci *R* porphyrion *CRλ'πa corr.* porphirion *A'Fγδντ* phorphyrion *B* porphion *u* **55** rhoetus *A'γλντ et R, sed in R* r *in ras.* roethus *l* roetus *B* rhetus *F* rethus *Cδπ2lu* puthius *π1* euolsis *A'1Fδ* euosis (l suprascr.) *π* euulsis *A'2 cett.* at (uel *l*) ęuoṣis (euosis *Fλνz*) idest (*omis. λ*) annosis *gloss. Fλ'νz* **56** Encheladus *Cτa2u* Encelatis (h suprascr.), at enceladus *π* **57** pallidis *λ1* egida *Fu*

Volcanus, hinc matrona Iuno et
numquam umeris positurus arcum,
qui rore puro Castaliae lauit
crinis solutos, qui Lyciae tenet
dumeta natalemque siluam,
Delius et Patareus Apollo.
uis consil*i* expers mole ruit sua,
uim temperatam di quoque prouehunt
in maius; idem odore uiris
omne nefas animo mouentis.
testis mearum centimanus Gigas
sententiarum, notus et integrae
temptator Orion Dianae,
uirginea domitus sagitta.

---

59 matrona I. = *πότνια Ἥρη* Homeri **60** S: Eur. Alc. 40 Apollinem facit dicentem: *σύνηθες αἰεὶ ταῦτα βαστάζειν ἐμοί* **61—64** S: Pind. P. 1, 39: *Λύκιε καὶ Δάλοι' ἀνάσσων Φοῖβε, Παρνασοῦ τε κράναν Κασταλίαν φιλέων* ‖ Stat. Th. I 696—698: Phoebe parens, seu te Lyciae Patarea niuosis exercent dumeta iugis, seu rore pudico Castaliae flauos amor est tibi mergere crines **61** T: Seru. ad Aen. X 727 S: Pind. Isthm. 6, 64: *ἄρδειν καλλίστᾳ δρόσῳ* **64** 'Lycius et Patareus Apollo' T: schol. Stat. Th. I 696 **65** S: Pind. P. 8, 15—18: *βία δὲ καὶ μεγάλαυχον ἔσφαλεν ἐν χρόνῳ. Τυφὼς Κίλιξ ἑκατόγκρανος οὔ νιν ἄλυξεν, οὐδὲ μὰν βασιλεὺς Γιγάντων· δμᾶθεν δὲ κεραυνῷ τόξοισί τ' Ἀπόλλωνος* ‖ Eur. fr. 732 N.: *ῥώμη … ἀμαθὴς πολλάκις τίκτει βλάβην* ‖ Oros. II 16, 15: expers consilii furor ‖ Ou. met. I 156: (Gigantum) obruta mole sua cum corpora dira iacerent ‖ Marius Victor comm. in genes. II 476 sq.: tam magna mole ruentes iam persentit aquas **67** sq. S: Eur. Hel. 903: *μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς τὴν βίαν* ‖ Orest. 706 **69** sq. 'testis — sententiarum' T: Prisc. VI 84 **69** 'centimanus Gigas' T: Prisc. XVII 152 **70** sq. S: Seren. Sammon. lib. medic. 864 B.: et documenta dedit nobis prostratus Orion **71** sq. 'Orion … cum uellet cum Diana concumbere,

---

Ω = A'(Aa)BCF(φψ)Rγδλ'(λl)νπτu] **59** Volcanus *Fδς(Lϱbrz)* Vulcanus *cett.* **59** *sq.* iuno (iupo *π pr.*) | Et numquam *Fδπ* **60** Nunquam *u* umeris *A'CR Pph.* humeris *cett. Ac.* archum *ψ1* **62** Crinis *A'CR1γλν* Crines *cett. R2* lyciae *A'BCλντ* liciae *Fδπu* licyae *R* litię *l* litie *γ* tenet *omis. π1* **64** patareius *λ1u* patereus *γ pr.* **65** consiliis *γ* consilii *cett. Pph. Ac.* ruit mole sua *u* mole// //ruit sua *λ* molę *ruit//* sua *R* *uu.* **66—68** *omis. B* **66** di *FRπ* dii *cett.* **67** malus *π ante ras.* uiris *R1* uires *cett. R2* **68** mouentis *A'R1λπ corr.* uentis *π pr.* mouentes *cett. R2a2* **69** gigas *Ω Ac. Priscianus* Gyges *Bentl.* Gyas *ed. uet.* () **70** sententiarum notus, et *Lambin* integre *CRδ1* **71** ǒrion *R*

iniecta monstris Terra dolet suis
maeretque partus fulmine luridum
missos ad Orcum; nec peredit
impositam celer ignis Aetnen,
incontinentis nec Tityi iecur
reliquit ales, nequitiae additus
custos: amatorem trecentae
Pirithoum cohibent catenae.

V.

Caelo tonantem credidimus Iouem

---

ut Hor. dicit, eius sagittis occisus est' Seru. ad Aen. I 535 item mythographus ap. Mai class. auct. III p. 13 et p. 132 **71 S**: Stat. Th. XI 12 sq.: quantus Apollineae temerator matris Auerno tenditur **72 T**: schol. Stat. Th. VII 256 **S**: Hom. Il. V 278: *ἦ μάλα σ' οὐ βέλος ὠκὺ δαμάσσατο, πικρὸς ὀιστός* ‖ Apoll. Rh. I 483: *ἔμπης δὲ θοοῖς ἐδάμησαν ὀιστοῖς* **73 S**: Sen. Ag. 342—344: uel cum montes montibus altis superimpositi struxere gradus trucibus monstris **75** sq. **S**: Callim. *αἴτια* fr. 151 Rauch = schol. Aesch. Prom. 367: *ἔνθεν ὁ Καλλίμαχος πυρὶ δεῖπνόν* (uel *πυρίδειπνόν*) *φησι* (*τὴν Σικελίαν*) ‖ Petron. 119, 135 sq.: iamque Aetna uoratur ignibus insolitis **77—79** ad sent. **S**: Verg. Aen. VI 595 sqq. **77 T**: Seru. ad Aen. VI 596 'Hor. incontinentis nec (ut *C* aut *D*) Tityi iecur' mythograph. II 105 codd. *CD* apud Bodeum uol. II p. 94, similiter mythograph. apud Mai class. auct. III p. 190 = p. 177 Bode **79** trecentae = innumerae] **S**: ter centum Verg. ge. I 15. Aen. IIII 510. VII 275. VIII 716. X 182 ‖ Hes. theog. 715: *τριηκοσίας πέτρας* ‖ Verg. Aen. I 295 sq.: centum uinctus aenis . . . nodis

III 5. **1** sq. **S**: Lucan. III 318 sqq.: sortisque deorum ignarum mor-

---

Ω = $A'(Aa)BCF(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\nu\pi\tau u$] **73** In//ecta (i superscr.) *π* montris γ_1 **74** Maeret $BR\delta_2 a$ Meret *cett.* δ_1 partos *B* partum $\delta_1\pi_1$ partus *cett.* $\delta_2\pi_2$ **75** orcum *R* orchum *u* peredie *B* **76** Inpositam $R\gamma\nu\pi\psi$ *Pph.* Impositam *cett.* caeler *F* aetnen *Pph.* ethnen *Bl* *superscr.* aethnen $A'R_1\gamma\lambda_1\nu\tau$ aethnam $CR_2\lambda_2\varphi$ ęthnan *A* athnam (e superscr.) *π* ethnam *lu* ethan *ψ* hetnam *δ* *cons. Pseudacr.* **77** Incontinentes *π pr.* nec] aut *Seruius* tycii *A* tycii *λa* titii $BCR\gamma$ *in ras.* $\delta\pi\tau\varphi\psi_2 l$ ticii $\nu\psi_1 u$ titui *Pph.* iecor (v superscr.) *τ* **78** Reliquit $A'B\gamma\delta_2\nu\pi l$ Relliquit *τ* Reliquid $CR_1\lambda$ Relinquit $\delta_1 u$ *Pph.* nequiciae *νa* aditus (d superscr.) *B* **80** Perithoum *Rδνau Pph.* Piritoum *π* Pirithoum *cett. Ac. Pseudacr.* cathenae *F, omis. B*

III 5. AD DIVVM AVGVSTVM *ABCFδλ'πu* IN HONOREM AVGVSTI *τa* IN HONOREM DIVI AVGVSTI *γ Ac.* *sine interuallo, sed cum maiore littera initiali R*

1 .aelo *γν* Celo *u* credidimus *AF* credi mus *B* credimus $\delta_1\pi$ *pr.*

regnare: praesens diuos habebitur
Augustus adiectis Britannis
imperio grauibusque Persis.
milesne Crassi coniuge barbara
turpis maritus uixit, et hostium
(pro curia inuersique mores!)
consenuit socerorum in armis
sub rege Medo Marsus et Apulus,
anciliorum et nominis et togae
oblitus aeternaeque Vestae,
incolumi Ioue et urbe Roma?
hoc cauerat mens provida Reguli
dissentientis condicionibus

---

tale genus per fulmina tantum sciret adhuc caelo solum regnare Tonantem ‖ Ou. tr. IIII 4, 20: quorum hic (Augustus) aspicitur, creditur ille (Iuppiter) deus ‖ Mart. VII 60, 2: quem saluo duce credimus Tonantem **1 T**: Seru. de m. Hor. p. IIII p. 470 **2 S**: Cic. Tusc. I 12, 28: Hercules ... tam praesens habetur deus ‖ Verg. ecl. 1, 41: nec tam praesentis alibi cognoscere diuos (sc. licebat) ‖ Veget. r. mil. II 5: (imperatori) tamquam praesenti et corporali deo ... **3 T**: Victor. de m. Hor. p. 180 **S**: Ou. met. XV 756: Pontum populo adiecisse Quirini **4 T**: Victor. de m. Hor. p. 180 **8 S**: Liu. XXXII 3, 5: consenuisse sub armis in Sicilia, Africa, Macedonia ‖ Aurel. Victor. epitom. c. 32: Valerianus ... in Mesopotamia bellum gerens a Sapore Persarum rege superatus, mox etiam captus, apud Parthos ignobili seruitute consenuit **10** sq. **T**: Seru. ad Aen. VII 188 'anciliorum oblitus nominis et togae' **T**: Cledonius p. 43 Cassiodor. comm. de oratione et de octo partibus eius c. 1 (II p. 539 Gar.): 'anciliorum, dicente Horatio: anciliorum, nominis et togae oblitus est' Probus de nomine exc. p. 208 K.: 'Lucretius [sic per errorem] metrum custodiens rationem regulae excessit, qui ait anciliorum, non ancilium' **S**: Florus II 21 (IIII 11), 3: 'patriae, nominis, togae, fascium oblitus' **10 T**: Charis. p. 62

Ω = *A′*(*Aa*)*BCF*(*φψ*)*Rγδλ′*(*λl*)*πτu*] *Pph.* credidimus *cett.* $\delta_2\pi$ *corr. Porph.* (*uaria lectio ex Pseudacronis interpretatione orta esse uideatur*) **2** presens *γδλ′νφ* diu(v)s *B* diuus *cett. uid. Epileg.* **3** brittannis *Aγδ ante ras. νψ Ac.* brittanis *C* britannis *cett. δ p. ras. Victorinus, in R* is *in ras.* **5** crassis *λ* **6** Turpes R_1 ostium λ_1 **7** *codd. pars* Pro· *pars* Pró· *scribunt* inuersisq; *λ u.* **8** *omis. τ* Conseniit *C* sacerorum *Cpr.* **9** Marsus *omis. B* mars *C* **10** Anciliorum et n: $FR\delta\lambda_2\pi$ *Pph. Charisius Seruii Reginensis* et *omis. A′BCγλ′ντu Cledonius Cassiod. Seruii Paris.* 7929 () *uid. Epileg.* **11** aeterne *π* ueste $A_1\delta\pi l$ **12** Incolomi *λ′ψpr.* **13** prouida mens *C* **14** Dissentientes *πpr.* condicionibus *CRδπ corr. φ* conditionibus *cett. πpr.*

foedis et exemplo trahenti
perniciem ueniens in aeuom,
si non periret inmiserabilis
captiua pubes. 'signa ego Punicis
adfixa delubris et arma
militibus sine caede' dixit
'derepta uidi; uidi ego ciuium
retorta tergo bracchia libero,
portasque non clausas, et arua
Marte coli populata nostro.
auro repensus scilicet acrior
miles redibit. flagitio additis
damnum: neque amissos colores
lana refert medicata fuco,
nec uera uirtus, cum semel excidit,

16 S: Lucan. VII 390: populos aeui uenientis **19—21** S: Sil. X 598 sq.: arma deripite, o pubes, templis ‖ Lucan. I 240 **22** S: Hom. Il. XXI 30 sq.: *δῆσε δ' ὀπίσσω χεῖρας ἐυτμήτοισιν ἱμᾶσιν* ‖ Ou. am. I 2, 31: manibus post terga retortis ‖ Prud. per. X 851 sq.: et iam retortis brachiis furca eminus Romanus actus ingerebatur rogo ‖ contra Symm. II 559 sq.: captiuos poplite flexo ad iuga depressos manibusque in terga retortis (sc. miramur) **26** sq. S: Eur. Rhes. 102: *αἰσχρὸν γὰρ ἡμῖν καὶ πρὸς αἰσχύνῃ κακόν* **27** sq. 'neque — fuco' T: Pseudacr. uolgatus et schol. γ ad serm. I 2, 83 S: Hieronym. epist. 57: lanarum conchylia quis in pristinum colorem reuocet? ‖ Quintil. inst. or. I 1, 5: nec lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus (medicatus coni. Peerlk.) est, elui possunt **28** S: Paulin. Nol. carm. 17, 23 sq.: medicata ... uellera fuco (cf. Hor. epist. I 10, 27: potantia uellera fucum) ‖ Ou. rem. am. 707: medicatum uellus **29** sq. T: Seru. ad Aen. II 367

Ω = A'(Aa)BCF(φψ)Rγδλ'(λl)νπτu] **15** Fędis *Fν* Fedis *AR* Foedis *cett.* exemplis *u* exemplo *cett.* trahenti *Canter* trahentis *Ω Pph. schol. γ uid. Epileg.* **16** Pernitiem *Cγπψ1l Porph. Pseudacr.* Pernetiem *ψ2* Perniciem *cett.* ueniens// *R* euū *πu* aeuum *cett.* **17** imīserabilis *B* immiserabilis *τa* inmiserabilis *cett. Pph. Ac.* uae miserabilis *Paldamus* **18** ergo *l* **19** Affixa *δτlu* Adfixa *cett. Pph.* ar//ma *π* **20** cede *ACδπu* cede *R* **21** Derepta *R* Direpte *C* Direpta *cett. schol. λφ* () *cf.* deripere *Sil. It.* X 598 *sq. Lucan.* I 240 *Tac. ann.* II 45 *alterum* uidi *omis. δ1π pr. aut1* **22** bracchia *u* bra chia *δν* b[r]achia *C* brachia *cett. Ac.* **23** conclusas *π* clusas *δν* clausas *cett. Ac.* () arua] ardua *δ1* **27—c. III 7, 12** *desunt in cod. ν omissis duobus foliis* **27** Dannum *u* Damnatum *ψ* Dampnum *φ* () nec *CRγτ* neque *cett. uid. Epileg.* **28** referat *schol. γ ad serm.* I 2 **29** semex *A1* occidit *τ*

curat reponi deterioribus.
si pugnat extricata densis
cerua plagis, erit ille fortis,
qui perfidis se credidit hostibus,
et marte Poenos proteret altero,
qui lora restrictis lacertis
sensit iners timuitque mortem.
hic, unde uitam sumeret inscius,
pacem duello miscuit. o pudor!
o magna Carthago probrosis
altior Italiae ruinis!'
fertur pudicae coniugis osculum
paruosque natos ut capitis minor
ab se remouisse et uirilem
toruos humi posuisse uoltum,
donec labantis consilio patres
firmaret auctor numquam alias dato
interque maerentis amicos
egregius properaret exul.

---

30 S: Sen. Med. 591 sq.: caecus est ignis stimulatus ira nec regi curat **31** sq. 'si — plagis' T: Seru. ad Aen. VI 27 S: 'muta quoque animalia, cum fraude capiuntur, si aliquo modo se in fugam extricauerint, fiunt postmodum cautiora' Lactant. inst. VI 24 ‖ Val. Fl. III 706: aspera nunc pauidos contra ruit agna leones? **33** S: Cic. epist. IIII 7, 3: uictori sese crediderunt **38** S: Liu. I 27, 2: ut prius in bello pacem, sic in pace bellum quaerens ‖ Prud. per. V 129: quis uultus iste? proh pudor! **41** S: *αἰδοῖαι ἄλοχοι* ap. Hom. **44** S: Hom. Il. III 217: *στάσκεν, ὑπαὶ δὲ ἴδεσκε κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας* ‖ Theocr. id. 2, 112: *ἐπὶ χθονὸς ὄμματα πᾶξαι*

Ω = *A'*(*A a*)*BCF*(*φ ψ*)*R γ δ λ'*(*λ l*)*π τ u*] *uu.* **31—34** *omis. B* **31** Sic *y Seruii codices quidam* extricata *R* **34** marte *F* penos *l*1 *aut pr. u* propteret *Rπ* ꝑterit *τ* **35** restrūctis *R* restrixitis (c *supra*) *B* **36** inhers *π* **37** inscius] aptius *A*2 *δ λ uar. π*2 *φ*2 *ψ uar. l*2 *uar. u* inscius *cett. δ uar. u uar. Pph. Pseudacr. gloss. Γ* anxius *David Jani et Kreussler* **39** O(h) magna *δ* cartago *B F δ π u* cartago *τ* chartago *R* carthago *cett.* (Kartago *ϑ h r v*) probosis (r *supra*) *γ* **40** italie *C* ruginis *γ* runis *l* **41** pudice *Cγ* osculu *sine lineola supr.* u *fin. C* **43** Ab *A' B F δ λ' π u Pph.* A *C R γ τ* uiridē *C* **44** torus (v *supra*) *B* Toruus *cett.* uoltum *F δ π* uultum *cett.* **45** labantes *F δ τ*2 *ut uid. u* labentis *R* labantis *cett. τ*1 *ut uid.* patris *π* //atres (p *supra*) *δ* **47** Interquę *R*1 maerentis *B a* merentis *A C R γ λ' τ* merentes *F δ π u Ac.* **48** Aegregius *δ*

atqui sciebat quae sibi barbarus
tortor pararet; non aliter tamen
dimouit obstantis propinquos
et populum reditus morantem,
quam si clientum longa negotia
disiudicata lite relinqueret,
tendens Venafranos in agros
aut Lacedaemonium Tarentum.

VI.

Delicta maiorum inmeritus lues,
Romane, donec templa refeceris,
aedisque labentis deorum et
foeda nigro simulacra fumo.

---

49 sq. **S**: Prud. per. IIII 121: b a r b a r u s t o r t o r latus omne carpit **56 S**: Ou. met. XV 50: Lacedaemoniumque Tarentum

III 6. **1 T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 470 schol. Bern. ad Verg. ge. I 502 p. 884 Hagen Victor. de m. Hor. p. 179 **S**: Hom. Il. XI 142: *νῦν μὲν δὴ τοῦ* (οὗ Zenod.) *πατρὸς ἀεικέα τίσετε λώβην* ‖ Eur. fr. 980 N.: *τὰ τῶν τεκόντων σφάλματ᾽ εἰς τοὺς ἐκγόνους οἱ θεοὶ τρέπουσιν* **2** Romane] **S**: Verg. Aen. VI 851: tu regere imperio populos, R o m a n e, memento **3 T**: Victor. de m. Hor. p. 180 **4 T**: Victor. de m. Hor. p. 180 sq. **S**: Eur. Hec. 911 sq. de urbe Troia: *κατὰ δ᾽ αἰθάλου κηλῖδ᾽ οἰκτροτάτᾳ κέχρωσαι τάλαιν᾽*

Ω = *A′*(*Aa*)*BCF*(*φψ*)*Rγδλ′*(*λl*)*πτu*] **49** atqui] 7qſ (= et quis) *B* At qui *R* At qui *δ* **50** Tector *Cpr.* **51** obstantis *R*1 *δπ* (*bis δ pr. per errorem*) obstantes *cett. R*2 amicos *Fδλu ar. πu* propinquos *cett. u uar.* () **52** reditus *ψ* riditus *C* **53** clientium *Fδ*1 *λ′π Pph. Pseudacr. interpret.* clientum *cett. δ*2 *λ p. ras.* negocia *τa* **54** Disiudicata *Fδ*1 *λ′π* D*iiudicata*// *R* *Diiud*icata *τ* Diiudicata *cett. R*2 *δ*2 *λ*2 relinquerit *B* relinquent *ψ*1 **55** *uenafros τ* uenefranos *u* uena fronos *R* uenafrenos *Ac.* **56** Aut] ut *in ras. ut uid. π* At *A′* lacedaemonium *π* (*et z*) lacaedemonium *Cγa*1 lacedomonium *A* lacedemonium *BFRδλ′τ a*2*u Pseudacr.*

III 6. AD POPVLVM *Aγ* AD POPVLVM (PPoPulum *δ*) ROMANVM *BCδπτa* ITEM AD AVGVSTVM *Fλ′* AD AVGVSTVM ITERVM *u* *sine interuallo, sed cum maiore littera initiali R*

1 Delic*ta R* immeritus *A′γδλ Victorinus* immeritis (v *supra*) *R* inmeritus *Fπlu expos. metr. Pph. Seruius* ĩmeritus *BC* inmeritis *schol. Verg. uid. Epileg. ad c.* I 17, 28 luis *schol. Verg.* **2** Roman*e R* refęceris *γ* **3** Aedis *A′B* Aædes *δ* Edes *u* Aedes *cett. Victorinus* labentis *CR*1 *γπ* labentes *cett. Victorinus* et *omis. R* **4** Faeda *A* fumo simulacra nigro *τpr.* simulachra *π* simulata *Bpr.*

dis te minorem quod geris, imperas.
hinc omne principium, huc refer exitum:
di multa neclecti dederunt
Hesperiae mala luctuosae.
iam bis Monaeses et Pacori manus
non auspicatos contudit impetus
nostros et adiecisse praedam
torquibus exiguis renidet.
paene occupatam seditionibus
deleuit urbem Dacus et Aethiops,
hic classe formidatus, ille
missilibus melior sagittis.
fecunda culpae saecula nuptias
primum inquinauere et genus et domos:
hoc fonte deriuata clades
in patriam populumque fluxit.

---

5 **S**: Simonid. 57, 5: ἅπαντα γάρ ἐστι θεῶν ἥσσω ‖ Lactant. inst. V 15: si non tantum quasi parem, sed etiam quasi minorem se gesserit, utique multo altiorem dignitatis gradum deo iudice consequetur **6** **S**: Liu. XXXXV 39: utrum maiores uestri omnium magnarum rerum et principia exorsi ab diis sunt et finem eum statuerunt? ‖ Verg. ecl. 3, 60: ab Ioue principium musae **10** sq. 'non — nostris' **T**: Prisc. X 25 **16** **S**: Sil. XIIII 499: melior remo meliorque sagitta **17—20** **S**: Sen. Thy. 234—236: hunc facinus ingens ausus adsumpta in scelus consorte nostri perfidus thalami auehit: hinc omne cladis mutuae fluxit malum **17** **S**: Sil. II 498: fecundum in fraudes hominum genus **19** sq. **S**: Min. Fel. 13, 3: hoc fonte defluxit **20** 'patriae . . .

aequali recreat sorte uicarius.
illic matre carentibus
priuignis mulier temperat innocens,

τίς δὲ κίνδυνος κρατεροῖς ἀδάμαντος δῆσεν ἅλοις; ‖ fr. 191: *σφυρηλάτοις ἀνάγκαις* **7** sq. **S**: Apoll. Rh. I 1035 sq.: *τὴν* (sc. *μοῖραν*) *γὰρ θέμις οὔποτ' ἀλύξαι θνητοῖσιν· πάντη δὲ περὶ μέγα πέπταται ἕρκος* **8 S**: Stat. s. V 1, 155 sq.: furuae miseram circum undique leti uallauere plagae

9—11. 14. 12 sq. **24** 'de quarum laude gentium Horatium in lyricis suis ita meminit: campestres, inquit, Scythae melius uiuunt et rigidi Getae, quorum — domus, nec cultura — annua. dos est magna parentum uirtus; et peccare nefas, aut precium est mori' **T**: Adamus descript. insularum Aquilonis c. 18 (m. G. uol. VIIII) **9** sqq. campestres — uiuunt **T**: schol. Lucan. (Sulpit.) I 253 'campestres m. sc. qu. pl. u. r. tr. d.' **T**: schol. Lucan. (Omnib.) I 253 **S**: Sen. Phaedr. 170 sqq.: compesce amoris impii flammas precor nefasque quod non ulla tellus barbara commisit unquam, non uagi campis Getae nec inhospitalis Taurus (uid. Hor. epod. 1, 12) aut sparsus Scythes **9** sq. **S**: Aeschyl. Prom. 709 sq.: *Σκύθας δ' ἀφίξει νομάδας, οἳ πλεκτὰς στέγας πεδάρσιοι ναίουσ' ἐπ' εὐκύκλοις ὄχοις* ‖ Sall. hist. fr. III 76 M.: Scythae nomades tenent, quibus plaustra sedes sunt ‖ Stat. s. V 2, 135 sq.: mutatoresque domorum Sauromatas ‖ Sen. Herc. fur. 533: intrauit Scythiae multiuagas domos **10 S**: Val. Fl. VI 80—82: plaustrisque ad proelia cunctas Coelaletae traxere manus; ibi sutilis illis et domus et crudo residens sub uellere coniunx e. q. s. ‖ Sil. III 290: nulla domus, plaustris habitant **11 S**: anthol. 888, 7 M.: qui potuit rigidas Gothorum subdere mentes

---

Ω = *A'*(*Aa*)*BCF*(*φψ*)*Rγδl'*(*λl*)*πτu*] **6** necessitas *R* **7** Clauum *τ* animos *u* anim*um* *R* animum *cett. et schol. γ in interpretatione* metus *π* **8** expedis *R*1 capud *R*1 *δ pr. u* **9** Cãpestris *B·* meli*us* *R* scithe *A* schytę *π* scytę *δ* scithae *u* **10** Quorū *R* *uagas rite trahunt domos R*2 *in ras.* rite uagas *schol. Lucan. Sulpit.* uagos *τ* uages *C* domus *Ac.* **11** V*i*uunt *δ* Viuunt *cett. uid. Epil.* rigi, (/di) *π* g//etę *R* gete *τ* **12** Inmetata *CRγδπu Pph. Porph. Ac.* Inme tata *F cf. c.* II 15, 15 Im̄otata *B* Immetata *A'λ'τ* Iinmetata *δ* *q*uibus *R* iu*g*era *R* **13** Frugis *λ'apr.* **14** pl//acet *R* **16** A(E)quali *π*

nec dotata regit uirum
  coniunx nec nitido fidit adultero.
dos est magna parentium
  uirtus et metuens alterius uiri
certo foedere castitas,
  et peccare nefas aut pretium est mori.
o quisquis uolet impias
  caedes et rabiem tollere ciuicam,
si quaeret ‘pater urbium’
  subscribi statuis, indomitam audeat
refrenare licentiam,
  clarus postgenitis: quatenus, heu nefas,
uirtutem incolumem odimus,
  sublatam ex oculis quaerimus, inuidi.
quid tristes querimoniae,

---

20 sqq. **S**: Plaut. Amph. II 2, 209 sq. = 839 sq.: non ego illam mihi dotem duco esse, quae dos dicitur, sed pudicitiam et pudorem et sedatum cupidinem ‖ Hipponax fr. 72 (nisi potius Hippothoon): *γάμος κράτιστός ἐστιν ἀνδρὶ σώφρονι, τρόπον γυναικὸς χρηστὸν ἕδνον λαμβάνειν. αὕτη γὰρ ἡ προὶξ οἰκίαν σῴζει μόνη* ‖ Antipat. Thess. 46 (anal. Br. II 121): *ἦν δ' ἵκῃ εἰς ὑμέναιον, Ἀχαιίδος ἤθεα μητρὸς χρηστὰ φύλασσε πόσει προῖκα βεβαιοτάτην* **21** [Sergii] explanat. in Donatum lib. I p. 496 K.: et parentum et parentium Horatius dixit **23** **S**: Lucr. V 921: foedere naturae certo discrimina seruant ‖ Verg. Aen. I 62 et Pers. 5, 45 et Sil. XIIII 346. XV 75 et Manil. IIII 839: foedere certo **24** **S**: Sen. Herc. Oet. 1336: pensate merita; mors erit pretium omnium **26** **S**: Flor. II 9 (III 21), 5: ultimo non ciuicam modo, sed hostilem quoque rabiem supergressum **31** sq. **T**: schol. *γ* epist. II 1, 11 **S**: poet. apud Br. anal. I p. 61: *δεινοὶ γὰρ ἀνδρὶ πάντες ἐσμὲν εὐκλεεῖ ζῶντι φθονῆσαι, κατθανόντα δ' αἰνέσαι*

Ω = A′(Aa)BCF(φψ)Rγδλ′(λl)πτa] **19** dodata *τ* **20** Coniux *R pr. π pr. ψ* Coniunx *cett. R corr. π corr.* nitidū *l ante ras. et corr. ut uid.* adultera π_1 *aut pr.* **21** parentium] parentum *A′* R_2 δ_2*λ′τu* *u.* **22** *om. B* **23** fędere *A* federe l_1*u* **24** precium *τψa* p̄cium *λ* **25** ‘Non recte a superiore *ᾠδῇ* haec separata sunt, cum inde pendeant et illis adnexa sint’ *Porph.* quisq; *γ* quis quis *Fλ′a non Pph. Pseudacr.* inpias *λ Pph.* **26** Cedes *Aλu* aut *Fδπu* et *cett.* **27** quaeret *BRγal Pph.* queret *ACλτ*u_2 quęrit δ_2*φ*ψ_2 querit δ_1*π*$\psi_1$$u_1$ **28** Subscripsi *C* statuis] stati us A_1 **29** licenciā *C* *uu.* **30–64** *omis. B*; *Ω = A′(Aa)CF(φψ)Rγδλ′(λl)πτu*] **30** postgenitis *editores plerique, codicum pars* post gen., *post*genitis *R* p̓ genitis *C* quatenus *Ω schol. γb Pph.* quatinus ς **31** incolumen *ψ* incolumem *cett.* incolomem ς *schol. γ epist.* **32** occulis *ψ ante ras.* querimus *CRγu* **33** tristis R_1 querimoniae *Bπτau* quaerimoniae *ACRγλ′*ψ_1 *Pph.* queremoniae *φ*ψ_2 quærimoṇiæ (i suprascr.) *δ*

si non supplicio culpa reciditur?
quid leges sine moribus
uanae proficiunt, si neque feruidis
pars inclusa caloribus
mundi nec Boreae finitimum latus
durataeque solo niues
mercatorem abigunt, horrida callidi
uincunt aequora nauitae,
magnum pauperies obprobrium iubet
quiduis et facere et pati,
uirtutisque uiam deserit arduae?
uel nos in Capitolium,
quo clamor uocat et turba fauentium,
uel nos in mare proximum
gemmas et lapides aurum et inutile,

---

35 sqq. **S**: Arist. pol. II 5, 14: *ὁ . . . νόμος ἰσχὺν οὐδεμίαν ἔχει πρὸς τὸ πείθεσθαι παρὰ τὸ ἔθος* ‖ Sulpicius Lupercus anthol. 649, 15 sq. R.: quis metus hic legum quaeue est reuerentia ueri, crescenti nummo si mage cura (al. culpa) subest? ‖ Petron. s. 14: quid faciant leges, ubi sola pecunia regnat? ‖ Aus. edyll. 2, 34 p. 33 Sch.: atque bonos mores legibus antetuli **37 S**: Lucan. V 24 sq.: uel plaga, qua torrens claususque uaporibus axis nec patitur noctes nec iniquos crescere soles **41 S**: Tac. Agr. 25: uictus Oceanus **42** sq. **S**: Philemon fab. incert. fr. 69 M.: *ἡ γὰρ σπάνις πρόχειρος εἰς τὸ δρᾶν κακά* ‖ Theogn. 649 sqq.: *ἆ δειλὴ πενίη, τί ἐμοῖς ἐπικειμένη ὤμοις σῶμα καταισχύνεις καὶ νόον ἡμέτερον; αἰσχρὰ δέ μ' οὐκ ἐθέλοντα βίῃ καὶ πολλὰ διδάσκεις, ἐσθλὰ μετ' ἀνθρώπων καὶ κάλ' ἐπιστάμενον* ‖ Timocles comic. III p. 609 M.: *πολλοὺς γὰρ ἐνίοθ' ἡ πενία βιάζεται ἀνάξι' αὐτῶν ἔργα παρὰ φύσιν ποιεῖν* ‖ Lucian. apol. 10: *πενίαν πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν ἀναπείθουσαν, ὡς ἐκφύγοι τις αὐτήν* **42 S**: Sall. Cat. 12, 1: paupertas probro haberi . . . coepit **43 S**: Valer. Max. II 6, 12: remoueatur dulcedo uitae, quae multa et facere et pati turpiter coegit ‖ Apul. met. VIIII c. 18: quiduis facere quiduis pati paratus **44 S**: Hes. *ἔργ.* 287 sq.: *τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν* ‖ Sil. II 578: ardua uirtutem profert uia

---

$\Omega = A'(Aa)CF(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi\tau u$] **34** supplitio $\gamma\psi$ suplitio *u* **35** moribus] moris l_1 **36** Vane $\gamma\delta$ Vanę *R*, *sed uirgula in ras.* profitiunt *F* *feruidis* δ_2 **37** c$\overset{a}{o}$loribus ψ coloribus R_1 laboribus u_1 caloribus *cett.* $R_2 u_2$ **38** Mundae l_1 finitum π *pr.* **39** Duratæque δ *æ ab alt. m. in ras.* Duratę///que *R* Durata eque λ **40** abigunt] abiciunt $\pi_1 l$ c$\overset{l}{a}$lidi π **41** equora *C* nautae δu **42** pauperis γ pauperies, *s in ras.*, *R* obproprium $C\delta a$ obprobrium *cett. Pph.* iubet] pati *u pr.* **43** Quidui^{s} *R* Quid quis *l ante ras.* **44** Virtusque γ *pr.* Virtutesque R_1 **46** Quos *u* clamor] damor *R ante ras.* **48** aurum inutile $\delta_1 u_1$

summi materiem mali,
  mittamus, scelerum si bene paenitet.
eradenda cupidinis
  praui sunt elementa, et tenerae nimis
mentes asperioribus
  formandae studiis. nescit equo rudis
haerere ingenuus puer
  uenarique timet, ludere doctior,
seu Graeco iubeas trocho
  seu malis uetita legibus alea,
cum periura patris fides
  consortem socium fallat et hospites,
indignoque pecuniam
  heredi properet. scilicet improbae
crescunt diuitiae: tamen
  curtae nescio quid semper abest rei.

47—49 S: Lucian. Tim. 56 p. 173: *σοῦ δὲ αὐτοῦ χάριν ἐστάλην, ὡς μὴ διαφθείρῃ σε τὸ κάκιστον τοῦτο καὶ ἐπιβουλότατον κτῆμα ὁ πλοῦτος, ὁ πολλοῖς πολλάκις αἴτιος ἀνηκέστων συμφορῶν γεγενημένος· εἰ γάρ μοι πείθοιο, μάλιστα ὅλον ἐς τὴν θάλατταν ἐμβαλεῖς αὐτόν* ‖ idem uit. auct. 9 p. 549: *τὰ δὲ χρήματα, ἢν ἔχῃς, ἐμοὶ πειθόμενος ἐς τὴν θάλατταν φέρων ἐμβαλεῖς* **49** S: Sall. Cat. 10, 3: igitur primo pecuniae, deinde imperi cupido creuit: ea quasi materies omnium malorum fuere ‖ Sulpic. Lupercus anthol. 649, 5 sq. R: sic latebras Eriphyla uiri patefecit, ubi aurum accepit, turpis materiam sceleris ‖ Rutil. itin. I 357: materies uitiis aurum letale parandis ‖ Iustin. III 2, 12: auri argentique usum uelut omnium scelerum materiam sustulit **50** bene = ualde ut apud Ennium frequenter (Porph.) **53** sq. S: Sil. XI 449 sq.: Peliaca formabat rupe canendo heroum mentes et magni pectora Achillis **54—56** S: Dracont. satisfact. 225 sq.: non puer audet attrectare tener Martia tela manu **62** properare aliquid: Graece *σπεύδειν τι* (saepius apud Euripidem) S: Iuu. 14, 178: quis metus aut pudor est umquam

---

Ω = *A′*(*Aa*)*CF*(*φψ*)*Rγδλ′*(*λl*)*πτu*] **49** materiam *Ru* matheriam *ψ* materię̃ *Ac*. **50** pęnitet *φ* penitet *A′CRγδλπu* poenitet *τψl* **51** Eradanda *R1* **52** praui] Praua *Fπ2 aut corr.* Prauae *u* elementa] fomenta *π* temerae *γ* **53** asperiobus *δ* **54** Formande *γ* Formandę *R, uirgula in ras.* Firmandae *Bentl. uid. Epileg.* nescit// equo *R* aequo *Aψ* **55** Herere *δτu* ingenuis *C* inguus *l pr.* **56** Veneraq. *R1* ditior (o supra) *π* **57** gręco *π et fort. a* greco *cett.* trhoco *u* **58** leg////ibus *δ* **59** per iura *AFR* peiura *τ* patris *δ* **60** sotium *γψ* fallet *Pseudacr. in interpret. opp. Ω Pph.* hospites *A′CRγδτl Pseudacr.* hospitem *Fλπu Pph. Porph. schol. λφ* () **62** Haeredi *F* improbae *δλ′πτau* īprobę *C* improbe *AFR* inprobę *γ* **63** Crescunt *R* diuitie *C* diuiciae *a* **64** Curtę *R* qd *R2 in ras.*

XXV.

Quo me, Bacche, rapis tui
  plenum? quae nemora aut quos agor in specus
uelox mente noua? quibus
  antris egregii Caesaris audiar
aeternum meditans decus
  stellis inserere et consilio Iouis?
dicam insigne, recens, adhuc

properantis auari? **64 S**: Sen. Herc. fur. 166 sqq.: hic nullo fine beatas componit opes gazis inhians et congesto pauper in auro ‖ Apul. de magia c. 20: nec montibus auri satiabitur (sc. auarus), sed semper aliquid, ante parta ut augeat, mendicabit

III 25. **1—3 S**: Paulin. Nol. c. 10, 29 sq. 142: nemora aut iuga ... nunc alia mentem uis agit ... mens noua me, fateor, cepit ‖ Lucan. V 166 sqq.: non umquam plenior artus Phoebados irrupit Paean mentemque priorem expulit ‖ VIIII 564: ille deo plenus, tacita quem mente gerebat **1** sq. **T**: Prisc. VI 75 inde hausit artis auctor anonymus Bernensis p. 102 Hagen 'quo — plenum' **T**: florilegium Cusanum **S**: Plaut. Men. 836 = V 2, 82: euhoe ... Bromie, quo me in siluam uenatum uocas? ‖ Auson. grat. act. 1, 5 p. 20 Sch.: nec iam miramur licentiam poetarum, qui omnia deo plena dixerunt ‖ Victorin. de Maccab. fratr. caede u. 253: mens maneat iam plena deo ‖ Val. Fl. II 441: illi sole nouo laeti plenique deorum **1 S**: Seru. de m. Hor. IIII p. 469 K. Diom. p. 526 Victorin. de m. Hor. p. 177 **2** 'plenum quae nemora aut quos agor in s.' **T**: Victor. de m. Hor. p. 175 'quae — specus' **T**: Seru. ad Aen. VII 568 'quos — specus' **T**: Cledon. p. 40 **4. 6 S**: Verg. ge. I 24 sq. 32: tuque adeo, quem mox quae sint habitura deorum concilia incertum est ... Caesar ... anne nouom tardis sidus te mensibus addas? **6** 'astris inserere' legimus ap. Sen. Herc. Oet. 1154, 'dignus... concilio deum' apud Nemesian. buc. 1, 50 sq. **7** sqq. **S**: Ou. trist. IIII 1, 41 sqq.: utque suum Bacche non sentit saucia uolnus, dum stupet Edonis exululata iugis, sic ubi mota calent uiridi mea pectora thyrso, altior humano spiritus ille malo est ‖ Sen. Med. 382—384: incerta qualis

III 25. *Ω* = *A'*(*Aa*)*BCF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πτu*] YMNVS AD LIBERVM PATREM *A'BCτ*, *A add.* SCRIBIT METRO EODEM, *B add.* VT SVPRA, *C add.* SCRIBIT · M&rū id̄ √ sup^a LIBERVM PATREM INVOCAT. LAVDES (LAVDIS *φ*) CAESARIS (CESARIS *γδπu*) DICTVRVS *Fγδλ'πu* *sine interuallo et littera maiore initiali* R_1, *titulum om.* *δ*

1 *Quo R* bache *Cτal* bacchę *R* bacchae *Pph.* braccher *Victorini cod. A* bacches *Victorini Val.* rapis *Ω Pph. Diomed. Seru. Priscian. anonym. Bernensis floril. Cus.* trahis *Victorini codices* **2** quae] que *τ* quo *C* quę *R* aut] et *R Priscianus Victorinus* au^t *a* aut *cett. Ac. Seruius* () **3** *post* noua *δ uersum quartum incipit sic:* Auibus antris etc., A *miniatoris culpa scriptum est pro* Q **4** ægregii *πτ* cesaris *ACγδτu* audiat *δ pr.* **5** decus] denus R_1 **6** ins//erere *R* concilio *FR*δ_1*πu* consilio *cett.* δ_2 *schol. Γ* ()

indictum ore alio. non secus in iugis
exsomnis stupet Euhias,
Hebrum prospiciens et niue candidam
Thracen ac pede barbaro
lustratam Rhodopen, ut mihi deuio
ripas et uacuum nemus
mirari libet. o Naiadum potens
Baccharumque ualentium
proceras manibus uertere fraxinos,
nil paru*o*m aut humili modo,
nil mortale loquar. dulce periculumst,
o Lenaee, sequi deum
cingentem uiridi tempora pampino.

---

entheos cursus tulit, cum iam recepto Maenas insanit deo Pindi niualis uertice aut Nysae iugis **9 T**: gloss. Mai class. auct. VIII p. 549: unde Hor. in odis: exsomnis stupet Euchias **10** sq. **S**: Hom. Il. XIIII 227: *Θρηκῶν ὄρεα νιφόεντα* ‖ Eur. Hec. 81: *τὴν χιονώδη Θρῄκην* ‖ Andr. 215: *Θρῄκην χιόνι τὴν κατάρρυτον* **11** sq. **S**: Sen. Med. 753: secreta nudo nemora lustraui pede **12 S**: Sil. II 73 sqq.: quales Threiciae Rhodopen Pangaeaque lustrant saxosis nemora (cf. u. 2) alta iugis cursuque fatigant Hebrum (cf. u. 10) innupta manus **13 S**: Propert. III 15, 39 de laudibus Bacchi: haec ego non humili referam memoranda coturno **14** sq. **S**: Orph. hymn. 53, 6: *Ναΐσι καὶ Βάκχαις ἡγούμενε* **15** sq. **S**: Eur. Bacch. 1109 sq.: *αἳ δὲ μυρίαν χέρα προσέθεσαν ἐλάτῃ κἀξανέσπασαν χθονός* **18 S**: Stat. s. IIII 5, 25: dulce periculum **20 S**: Prud. cath. III 26 sq.: sperne, Camena, leues hederas, cingere tempora quis solita es

---

Ω = *A'*(*Aa*)*CF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πτu*] *uu.* **8. 9** *omis. B* **8** Indictummore *ψ* Indictũ more R_1 **9** Exsonnis *u* Ex͵omni[s] *π* Exomnis $δ_1$ Ex omnis R_1 Exsomnis *cett.* $R_2 δ_2$ *Ac. Pseudacr. schol. λ φ Burmann ad anthol. Lat.* I *p.* 170 *cf. Verg. Aen.* VI 556 sq.: Tisiphoneque sedens . . . uestibulum exsomnis seruat noctesque diesque euchias *F* $δ_1$ *π ante ras.* heu hias *l* heuhias *A' λ* euhias *cett.* $δ_2 π_2$ **10** Haebrũ *π* Hebreum *δ ante ras.* niue] naue *C* **11** Tracem *F* Trachen *u* Tracen *δ* Thracen *cett.* **12** Lustratum *τ* rodopen *δ u* ut *Ω Ac.* quam *Pph.* michi *φ* deuio] o *in litura δ τ* **13** Ripis *γ* Ripas *cett.* **14** naiadum A_2 *F R*, *δ π u Pph. Ac.* naidum *A' B C γ λ' τ* **15** Bacharum *A' π* bacc[h]ar̄ *B* Baccarũ *π* Baccharum *cett.* **16** fraxinus *F* $δ_1$ *π Pph.* saxinos *ut uid. u* fraxinos *cett.* $δ_2$ *Ac.* **17** Nihil *F R δ π* paruum *Ω* humili *F* R_1 *δ λ u* humile *A' C* R_2 *γ π τ l* (at humili *schol. γ*) humilẽ *B* **18** Nihil *C F R δ Pph. Ac.* loquor $π_1$ *l pr.* periculum *omisso* est *F* (*et* $ϱ_1$); *in γ* ÷ *alt. atram. uidetur scriptum esse; in R* ẽ *alt. manu additum* est, R_1 periculum st *exhibuisse uidetur;* periclũ est *l* periculum est *cett.* **19** laenee// *R* leneæ *a ante ras.* laenę *C* lene e *δ* lęnee *γ τ* lena[ee]// *π* lenee *cett. A'* *sequi* $δ_2$ *in ras.* **20** Cingnentẽ *τ* tempora] timpora $R_2 λ_2 τ_2$ timpore $τ_1$ tympora A_2

XXVI.

Vixi *d*uellis nuper idoneus
et militaui non sine gloria:
  nunc arma defunctumque bello
    barbiton hic paries habebit,
laeuom marinae qui Veneris latus
custodit. hic hic ponite lucida
  funalia et uectes et †arcus
    oppositis foribus minacis.
o quae beatam diua tenes Cyprum et
Memphin carentem Sithonia niue,

III 26. 1 Seru. de m. Hor. IIII p. 470 Diomedes p. 526 Victor. de m. Hor. p. 179 hanc oden praetermisit expositionis metricae auctor **1 S**: Ou. am. II 18, 12: resque domi gestas et mea bella cano ‖ Auson. epigr. 108 (107 Sch.), 14 in scabiosum: femineos coetus et non sua bella lacessit ‖ Terentianus Maurus u. 2632 sq.: opima adposui senex Amori arma Feretrio **2 S**: Ou. am. I 9, 1: militat omnis amans et habet sua castra Cupido **3** 'nunc — b.' **T**: Victor. de m. Hor. p. 180 **4 T**: Victor. de m. Hor. p. 181 **6—8 S**: Theocr. 2, 127 sq.: *εἰ δ' ἄλλᾳ μ' ὠθεῖτε καὶ ἁ θύρα εἴχετο μόχλῳ, πάντως καὶ πελέκεις καὶ λαμπάδες ἦνθον ἐφ' ὑμέας* ‖ Plaut. Bacch. V 1, 33 sq.: iube sis actutum aperiri fores, nisi mauoltis fores et postes comminui securibus ‖ Lucil. p. 107 M.: uecte atque ancipiti ferro effringam cardines ‖ Ter. eun. 774 sqq. ubi narratur quomodo Thaidis domus expugnata sit ‖ Tib. I 1, 73 sqq.: nunc leuis est tractanda Venus, dum frangere postes non pudet et rixas inseruisse iuuat. hic ego dux milesque bonus: uos, signa tubaeque, ite procul, cupidis uolnera ferte uiris ‖ Ou. a. a. III 567: nec franget postis nec saeuis ignibus uret **10 S**: Bacchyl. fr. 39: *τὴν ἀχείμαντόν τε Μέμ-*

Ω = *A'(Aa)BCF(φψ)Rγδλ'(λl)πτu*] III 26. AD VENEREM (VEREM *A*) TETRACOLOS *A'BCτ* AD VENEREM (TETRACOLOS *add. λ'*) LOQVITVR QVOD NEQVE AMARE NEQVE SCRIBERE POSSIT (POSSET *F*) *Fγδλ'πu add. Flu*: PROPTER AETATEM; *sine interuallo et littera maiore initiali R1*

1 *Vixi R* duellis *Franke et Meineke* puellis *Ω uid. Epileg.* idone^{v}os *δ* 5 Leu^{v}om *R* Leuum *γτa p. corr. u* Laeuum *cett. a ante corr. Pph.* marine *δ* 6 ponte *pro* ponite *R1* 7 uestes *π pr. l2 uar.* arcus *Ω* (a^{r}cus, r *ab eodem, l*) *Pph. Ac. Pseudacr. schol. γλφ* securesque *Bentley* asses *G. H. Müller* artes *Hamacher* uncos *Holder* ascias *Keller uid. Epileg.* 8 Opositis *δ* minacis *Pph.* minaces *Ω* 9 quae] quam *τ* beatum *δ1π ante corr.* tenes] regis *δπu, ut interpretatio superscr. in l*; tenes *cett. δ2 uar. π uar. Ac.* () ciprum *Rδau Ac.* 10 Memphin *δς* Memfin *A'BFl* Memphim *Cγ* Memphym *τ* Nemphim *R* Menphin *u* Menphyn *π* Menfin *λ* Memfim *Pph.* sithononia *B* sythonia *τ*

regina, sublimi flagello
tange Chloen semel arrogantem.

XXVII.

Impios parrae recinentis omen
ducat et praegnas canis aut ab agro
raua decurrens lupa Lanuuino
fetaque uolpes;
rumpat et serpens iter institutum,
si per obliquom similis sagittae

φιν καὶ δονακώδεα Νεῖλον ‖ Ou. am. III 7, 7 et Vitalis anthol. 578, 4 R.: Sithonia ... niue ‖ Nemesian. buc. 4, 51: Sithonias ... niues **11** sq. **S**: Mart. VI 21, 9 de Venere: arcano percussit pectora loro ‖ Stat. silu. V 4, 18: extremo me tange cacumine uirgae

III 27. **1** sq. **S**: Aulularia siue Querolus p. 46, 14 Peiper: ego istaec non pertulissem, si recinenti ac monenti credidissem graculae. ego in laqueos non incidissem, si monita curti seruassem canis **1 T**: Seru. de m. H. IIII p. 469 Diom. p. 526 Victor. de m. Hor. p. 175 **1** et **11 S**: Prud. c. S. II 571: cur Cremerae in campis cornice uel oscine parra ... **4 T**: Victor. de m. Hor. p. 176 **5** sq. **S**: Verg. Aen. V 273 sq.: qualis saepe uiae deprensus in aggere serpens aerea quem obliquom rota transit **5 S**: Lucil. Aetn. 370: rumpat iter

---

Ω = *A'*(*Aa*)*BCF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πτu*] **11** Regi//na, ‿ *ab alt m.*, *δ* **12** cloen *Bu* chloen *δ* chloen *cett.* adrogantem *R Pph.* arrogantem *cett.* *in cod. mixto Emmeramensi (CE) post hunc u. incipit altera pars, idest uerus cod. C, ita ut iam construi possit cod. B'* = *BC.* *c.* I 1, 1 = III 26, 12 *melius dixissem E quam C, quod sero me intellexisse doleo*

III 27. AD GALATEAM (GALATHEAM *A'τ corr.*) YPOTHETICE *A'Bτ* PROSPHONETICE (PROSPONETICE *πz*) AD GALATEAM (GALATHEAM *λ'πψ2z*) SVI NON ESSE MEMOREM *Fλ'πz sim. δ marg., sed parum liquet* PROSPHONETICE AD GALATHIĀ (GALATĒ *u*) SVI N̄ ESSE INMEMOREM (IMMEMOREM *u*) *γu*, *sine titulo C, sine interuallo et littera maiore R1*

1 *I*mpios *R* parre *A1* parrere *π* retinentis *C Victorinus* retimentis *R1* **2** praegnas *B* pregnas *R* pregnas (n *supra*) *A'* p̄gnans *λ* pręgnans *C ut uid.* pregnans *cett.* **3** lanouino (v *supra*) *π* lanu‿uino *δ*, ‿ *ab alt m.* **4** Feta *B' π post ras. et π uar. φ Victorinus* Faeta *ARu* Foeta *γδ uar. λ'τa* Festa *δ2 π ante ras.* Pesta *δ1ψ2* (*gloss. interlin. ψbz*: pestilens) () uolpes *A1CFδπ schol. φ* uulpes *cett. A2* uulpis *Victorinus* **5** Rumpit *FR1δ1π Pph. Ac. Pseudacr.* Rumpat *cett. F uar. R2δ2 gloss. Γ bis* **6** obliquom *R* obliquum *BFδπτu* oblicum *A'Cγλ'*

terruit mannos: ego cui timebo
prouidus auspex,
antequam stantis repetat paludes
imbrium diuina auis imminentum,
oscinem coruom prece suscitabo
solis ab ortu.
sis licet felix, ubicumque mauis,
et memor nostri, Galatea, uiuas,
teque nec laeuos uetet ire picus
nec uaga cornix.
sed uides, quanto trepidet tumultu
pronus Orion. ego quid sit ater
Hadriae noui sinus et quid albus
peccet Iapyx.
hostium uxores puerique caecos
sentiant motus orientis Austri et

---

7 S: Ou. am. II 2, 9: quid tibi [amicae], me miserum, Zephyros Eurosque timebo? **11 S**: Apoll. Sid. epist. II 2, 14: oscines coruos uoce triplicata puniceam surgentis aurorae facem consalutantes **12 S**: Ou. tr. V 8, 25 et ex P. III 1, 127: s o l i s a b o r t u **13 S**: Stat. s. II 2, 107: s i s f e l i x, tellus etc. **14 S**: Paul. Nol. c. 17, 9: i m e m o r n o s t r i **15** sq. **S**: Plaut. asin. 259 (II 1, 11) sqq.: inauguratumst: quouis admittunt aues. p i c u s e t c o r n i x a b l a e u a, coruos parra (u. 1) ab dextera consuadent **17** sq. **S**: Apoll. Rh. I 1201—1203: *εὖτε μάλιστα χειμερίη ὀλοοῖο πέλει δύσις Ὠρίωνος, ὑψόθεν ἐμπλήξασα θοὴ ἀνέμοιο καταῖξ* **18** sq. **S**: Verg. Aen. V 2: fluctusque atros **20** cf. 'apud mensam Fauorini in conuiuio familiari legi solitum erat aut uetus carmen melici poetae aut historia partim Graecae linguae alias Latinae. legebatur ergo ibi tunc in carmine Latino I a p y x uentus quaesitumque est, quis hic uentus ... et quae tam infrequentis uocabuli ratio esset' Gellius II 22, 1 sq.

$\Omega = A'(Aa)B'(BC)F(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi\tau u$] **7** manos R_1 cui $A'B'FR\gamma\delta_2\pi$ *uar.* l_2 *uar. Ac. pr. Pseudacr.* cur *τ Ac. corr. ead. m.* ς ('Ego cur timebo] hoc est desertus ab amica' *Pseudacr.*) quid A_2F *uar.* $\delta_1\lambda'\pi u$() **9** stantis $A'B'R_1\lambda'$ *Pph.* stantes *cett.* R_2a_2 paludis R_1 paludes *cett.* R_2 **10** imminentum $FR\gamma\delta\tau u$ imminentium $A'B'\lambda'$ inminentum *π Porph. Pseudacr.* inminentem *Pph.* **11** Oscinen $A\lambda'$ *Ac.* *aut* Oscinet *aut* Osciner *C* Oscinem, *sed* m *in ras.* *π* Oscinem *cett. Porph.* coruum *Ω* praece *C* **13** *ma*uis *R*, in.auis R_1 **14** galatea $A'B'FR\pi$ galathea $\gamma\delta\lambda'\tau u$ **15** lęuos *C* leuos *B* laeuus $AF\lambda$ leuus $R\gamma\tau alu$ //lęuus *δ* leuis *π* levis *Ac.* (*opp. Pseudacr.*) petet *B* uetat *C pr.* pecus *π pr.* **17** quantum *Pph.* **18** sit//ater *R* **20** iapyx $B\lambda\psi a$ iapix *cett.* **21** Noctium *C pr. aut*1 *pueri π* cecos *λ u* **22** Sentient *B* Sentiant *δ* orientis astri *τ* () et] *omis. R*

aequoris nigri fremitum et trementis
uerbere ripas.
sic et Europe niueum doloso
credidit tauro latus et scatentem
beluis pontum mediasque fraudes
palluit audax.
nuper in pratis studiosa florum et
debitae Nymphis opifex coronae
nocte sublustri nihil astra praeter
uidit et undas.
quae simul centum tetigit potentem
oppidis Creten, 'pater, o relictum

---

23 S: Hom. Il. XXIIII 79: *μείλανι πόντῳ* ‖ Musaeus 206: *βρόμον ἠχήεντα βαρυγδούποιο θαλάσσης* ‖ Prud. perist. VII 59: calcare fremitun maris **24** S: Meleag. 50, 5 sq. (anal. Br. I p. 16): *ἀνέμον μάστιξι θάλασσα τραχὺ βοᾷ* **25** sqq. Europae fabulam fortasse ex Bacchylide sumpsit Hor., uid. schol. Ven. ad Hom. Il. XII 307; similes etiam sunt Danaes per mare ablatae lamentationes apud Simonidem fr. 37 **25—28** 'Hor. participii praesentis accusatiuum in III lib. carmin. refert: sic — audax' T: Eutych. (uol. V) p. 484 K. **26** sq. S: Theocr. 17, 98: *πολυκήτεα Νεῖλον* **28** S: Sen. Med. 346: palluit audax Tiphys **29** 'nuper — florum' T: Cledonius p. 66 **30** sq. 'opifex — sublustri' T: gloss. Mai class. auct. VIII p. 314 **31** sq. T: schol. Veron. et Seruius Caroliruh. 339 (saec. X) ad Verg. Aen. VIIII 373; class. auct. ed. Mai VII 300 (= Lion II p. 321): Probus hic posuit aptissimum exemplum ex Horatio: nocte — undas S: Mosch. 2, 127 sqq.: *ἡ δ' ὅτε δὴ γαίης ἀπὸ πατρίδος ἦεν ἄνευθεν, φαίνετο δ' οὔτ' ἀκτή τις ἁλίρροθος οὔτ' ὄρος αἰπύ, ἀλλ' ἀὴρ μὲν ὕπερθεν, ἔνερθε δὲ πόντος ἀπείρων* **31** S: Verg. Aen. VIIII 373: sublustri noctis in umbra **33** sq. S: Hom. Il. II 649: *ἄλλοι θ' οἳ Κρήτην ἑκατόμπολιν ἀμφενέμοντο* **34** sq. S: Stat. Th. III 273: criminis haec merces? hoc fama pudorque relictus? ‖ Ou. her. 10, 69 sq.: pater et tellus iusto regnata parenti prodita sunt facto nomina cara meo!

Ω = *A*('*A a*) *B*'(*B C*) *F*(*φ ψ*) *R γ δ λ*'(*λ l*) *π τ u*] **23** Ae//quoris *π* trementes *F R*$_2$ *δ π u* trementis *R*$_1$ *cett.* **24** Verberae *φ* Verbera *R*$_1$ Verberæ *R*$_2$ Verpere *δ pr.* **25** europe (ł H) *B* europae *C δ Pph.* Dolose *π uar. Pph.* **26** ſcatentem *π* **27** portum *R*$_1$ **29** prastis *Cledonius* studiossa *λ ante ras.* florum (u supra) *R* **30** nyphis *φ* nimphis *B' γ u* nymphis *cett.* **31** nichil *γ u* hastra prae//uidit *Seruii cod. Caroliruhensis* preter *A F λ* **33** Que *τ* tetitigit *u* potentē// *C* **34** cretem *λ'* cretem *R, c in ras.*; cretam *u ς* creten *cett.* pater o rel:] pater relictum *A* pater] ā p̄r *B* ore lectū *B'* lelictum *l pr.*

filiae nomen pietasque' dixit
'uicta furore!
unde quo ueni? leuis una mors est
uirginum culpae. uigilansne ploro
turpe commissum, an uitiis carentem
ludit imago
uana, quae porta fugiens eburna
somnium ducit? meliusne fluctus
ire per longos fuit, an recentis
carpere flores?
siquis infamem mihi nunc iuuencum
dedat iratae, lacerare ferro et

---

36 **S**: Cat. 64, 197: amenti caeca furore **37** **S**: Verg. Aen. X 670: quo feror, unde abii, quae me fuga quemue reducit? ‖ Prud. perist. X 878 sq.: ne morte simpla criminosus multiplex cadat uel una perfidus caede oppetat ‖ Petron. 108: ei mihi, fata hos inter fluctus quis raptus euocat armis, cui non est mors una satis? ‖ Prop. IIII 4, 17: satis una malae potuit mors esse puellae ‖ Sen. Herc. Oet. 866: leuis una mors est: leuis, at extendi potest **38–41** **S**: Aristaenet. II, 14: *μεταξὺ δέ πως ἀπιστοῦσα πρὸς ἐμαυτὴν ἔφασκον· ἆρα ἐγρήγορα, ἢ πλανῶσί με τῶν ὀνειράτων εἰκόνες;* **39** **S**: schol. Cic. diu. in Q. Caecil. p. 383: flagitium est turpe commissum ‖ Prud. cath. III 140: corporeisque carens uitiis **40** sq. **S**: Stat. Th. V 134 sq.: nec imago quietis uana meae ‖ Claudian. in VI cons. Hon. praef. 21 sq.: additur ecce fides nec me mea lusit imago, irrita nec falsum somnia misit ebur ‖ Stat. s. I 3, 18 sq. **41** sq. sumpta haec sunt ex Hom. Od. XIX 562 sqq.: *δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσιν ὀνείρων· αἳ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχαται, αἳ δ' ἐλέφαντι· τῶν οἳ μέν κ' ἔλθωσι διὰ πριστοῦ ἐλέφαντος, οἵ ῥ' ἐλεφαίρονται ἔπε' ἀκράαντα φέροντες* ... ‖ Porph. affert Vergilianum (Aen. VI 895 sq.): altera candenti perfecta nitens elephanto, sed uana ad caelum mittunt insomnia Manes **41** **S**: Aus. edyll. 6, 103 p. 124 Sch.: euolat ad superos portaque euadit eburna **42** sq. **S**: Hom. Od. V 109: *ἥ σφιν ἐπῶρσ' ἄνεμόν τε κακὸν καὶ κύματα μακρά* **44** **S**: Ou. met. X 85: carpere flores **45** sq. **S**: Ter. ad. III 2, 13. 17 = 311. 315: nihil est quod malim quam illam totam familiam dari mihi obuiam ... Syrum inpulsorem, uah quibus illum lacerarem modis! ‖ eun. 647 (IIII 3, 5) sq.: qui nunc si detur mihi, ut ego unguibus illi in oculos inuolem!

Ω = *A'*(*Aa*)*B'*(*BC*)*F*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πτu*] **35** Filie $A_1 λ_1$ pi&as *π* **38** uirginis *μ uar., idem coni. Markland opp. Ω Pph. Ac.* culpae *A_2 Rγδτlu Pseudacr. itemque legisse uidetur Porph.* culpe *A_1 C λ Ac.* culpa *F π l_2 uar. Pph.* culpas *B* uigil$\overset{n}{a}$sne *R* **39** Turpi *π ante corr.* comissum *δψ* conmissum *u* uiciis *λτa* **41** Vanaq, porta *B* Vana que porta *R_1* quae] quem *u* quam *Sanadon* **42** Sonnium *u* melius ne *R* **43** lon*gos* *R* an] a^n *R* aut ς (σ) recentis *A'C R_1 γτ* recentes *B F R_2 δλ'πu* *u.* **44** *omis. R_1 add. R_2* **46** et *omis. $ψ_1 u_1$*

frangere enitar modo multum amati
cornua monstri.
impudens liqui patrios Penates,
impudens Orcum moror. o deorum
siquis haec audis, utinam inter errem
nuda leones!
antequam turpis macies decentis
occupet malas teneraeque sucus
defluat praedae, speciosa quaero
pascere tigris.
"uilis Europe" pater urget absens
"quid mori cessas? potes hac ab orno

---

47 enitor cum infinitiuo: Ter. Andr. III 4, 17 = 596 **49** sic apud Hom. Helena se ipsa uocat *κυνώπιδα* (Il. III 180) et *κύνα* (Il. VI 344. 356) **S**: Mosch. 2, 142 sqq.: *οἴμοι, ἐγὼ μέγα δή τι δυσάμμορος, ἥ ῥά τε δῶμα πατρὸς ἀποπρολιποῦσα καὶ ἑσπομένη βοῒ τῷδε ξείνην ναυτιλίην ἐφέπω καὶ πλάζομαι οἴη* **51** sq. **S**: Ou. her. 10, 85 queritur Ariadne: forsitan et fuluos tellus alat ista leones **53—56 S**: Stat. s. II 1, 154 sqq.: gratum est, fata, tamen, quod non mors lenta iacentis exedit puerile decus Manesque subiuit integer et nullo temeratus corpora damno **53** sq. **S**: Hom. Od. VIII 530: *τῆς δ' ἐλεεινοτάτῳ ἄχεϊ φθινύθουσι παρειαί* ‖ Tib. IIII 4, 5 sq.: effice ne macies pallentis occupet artus neu notet informis pallida membra color **53 S**: Sen. Herc. Oet. 119: nos turpis macies et lacrimae tenent ‖ Columba mon. Germ. ep. III p. 183: macie turpi tabescunt languida membra **58** sqq. **S**. Eur. Hel. 298 sqq.: *θανεῖν κράτιστον· πῶς θάνοιμ' ἂν οὖν καλῶς; ἀσχήμονες μὲν ἀγχόναι μετάρσιοι... σφαγαὶ δ' ἔχουσιν εὐγενές τι καὶ καλόν* ‖ Sen. Phaedr. 258 sqq.: decreta mors est: quaeritur fati genus. laqueone uitam finiam an ferro incubem? an missa praeceps arce Palladia cadam? ‖ Ou. her. 2, 139 sqq.: saepe uenenorum sitis est mihi, saepe cruenta traiectam gladio morte

---

$\Omega = A'(Aa)B'(BC)F(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi\tau u$] **47** *Frangere R* ·ͤnitar *π* multū *l* multū *R*, ‾ *ab alt. m.* amanti *R* **48** monstri *A' B'* R_2 *uar. δλ'πu* tauri *F* R_1 *γ* δ_2 *uar. π uar. τ* a_2 *uar.* *lectionem* 'cornua tauri' *natam arbitror ex u.* 72 'cornua taurus' *et cf. gloss. b ad u.* 48: 'monstri] ·i· tauri' **49** Inpudens *πu Pph.* pennates *γ* **50** Inpudens *πφu Pph.* orchum *ψlu* ortum *γ* **51** hec A_1 *π* **53** turpes π_1 macies *δ* maties *u* decentis *B'* dicentis R_1 decentes *cett.* C_2 R_2 **54** Occupat *R* tenereque R_1 succus *λ'ψu* **55** Defluat A'_2 *Fγ corr. δπ* l_2 *uar. u* Defluet *γ pr. τ* Defluit *A'B'Rλ' schol. γ* predae *R* prede *u* spetiosa *A* spaciosa C_1 quero *Cγu* *in hoc uersu* (55) *DESINIT cod. τ* $\Omega = A'(Aa)B'(BC)F(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi a u$ **56** tigris *R* ς tygris *π pr.* tygres *δπ corr.* tigres *cett.* **57** Vilis Europae pater *edit. uet.* europe *F* R_1 *δu Porph. Pseudacr.* europae *A'B'* R_2 *γλ'π Pph.* () urguet R_1 urget *cett.* R_2 *Pph.* **58** hac] hoc *u* abarno (o *superscr.*) *R*

pendulum zona bene te secuta
  laedere collum.
siue te rupes et acuta leto
saxa delectant, age te procellae
crede ueloci, nisi erile mauis
  carpere pensum
regius sanguis dominaeque tradi
barbarae paelex." aderat querenti
perfidum ridens Venus et remisso
  filius arcu.
mox, ubi lusit satis, 'abstineto'
dixit 'irarum calidaeque rixae,
cum tibi inuisus laceranda reddet
  cornua taurus.
uxor inuicti Iouis esse nescis;
mitte singultus, bene ferre magnam
disce fortunam: tua sectus orbis
  nomina ducet.'

---

perire iuuat. colla quoque, infidis quia se nectenda lacertis praebuerunt, laqueis inplicuisse iuuat. stat nece matura tenerum pensare pudorem; in necis electu parua futura mora est **59** sq. **S**: Prud. perist. X 1108: elidit illic fune collum martyris **63—65** **S**: Polyxenae lamentatio apud Eur. Hec. 359 sqq.: ἔπειτ' ἴσως ἂν κτλ. **67** **S**: Sil. I 398: saeuum arridens **69** sq. **T**: Prisc. XVIII 192 'mox — irarum' **T**: Prisc. VIII 9 **S**: Sil. X 84: non desinit irae **71** laceranda reddet] **S**: Sil. II 48: lacerandum tradite **72** **S**: Ou. met. II 80: cornua Tauri **74** **S**: Ter. ad. 335 = III 2, 37: lacrumas mitte

---

Ω = *A′(Aa)B′(BC)F(φψ)Rγδλ′(λl)πu*] **60** Laedere *B′FRδπal* Ledere *Aγλu* **61** t̄ rupes *B* leto *B′* laeto *ARγδ* loeto *Fλ′πau* **62** agite *R1l1* **63** *nisi δ2 in ras.* erile *B′au* erile *R* herile *AFγδλ′π* **64** Carpere *R* pensum, p *in ras.*, *δ* **65** sangis *B* domineque *R1* **66** paelex *AB′FR* pelex *δλ′πau Ac.* pelęx *γ* pellax *C2* adherat *F* quaerenti *ARl* **67** uenus *om. φ* et uenusto, *superscr. ead. m.* remisso *B* **68** *F*ilius *R* archu *ψ* **69** lusit *A′B2CFRγδλ2πl corr. u2 Pph. Ac. corr. gloss. b* ('insultauit') *Priscian.* luxit *B1λ′1* lesit *u1* risit *Ac. pr.* sat*is* *R* abs*t*ineto *R* abstineto *cett.* **70** callidae *B′R ante ras.* **71** iussus *u* uisus *Fδ pr. aut1 λ′π* inuisus *cett. δ2 Ac. Pseudacr. schol. γb* reddet *FRγδπa2u Pph. Porph.* reddit *A′B′λ′* **75** setus *ψ* **76** ducet *Ω Pseudacr.* ducit *Pph.*

XXVIII.

Festo quid potius die
Neptuni faciam? prome reconditum,
Lyde, strenua Caecubum,
munitaeque adhibe uim sapientiae.
inclinare meridiem
sentis ac, ueluti stet uolucris dies,
parcis deripere horreo
cessantem Bibuli consulis amphoram?
nos cantabimus in uices
Neptunum et uiridis Nereidum comas:
tu curua recines lyra
Latonam et celeris spicula Cynthiae;

III 28. **1 T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 469 Diom. p. 526 Victorin. (cod. *A*) de metris Horat. p. 177 **2** Victorinus de metris Horat. p. 175 **4 S**: Meleag. 56, 2. 5 (anal. Br. I 17): *κωμάσομαι . . . ἐρρίφθω σοφίας ὁ πολὺς πόνος* Accius (praet. 32) apud Cic. de diu. I 22, 45: uide ne, quem tu esse hebetem deputes aeque ac pecus, is sapientia munitum pectus egregium gerat ‖ Lucr. II 7 sq.: nil dulcius est, bene quam munita tenere edita doctrina sapientum templa serena **6 S**: Tib. I 4, 28: non segnis stat . . . dies ‖ Sen. Herc. fur. 179 sq.: uolucrique die rota praecipitis uertitur anni **10 S**: Stat. s. I 5, 16 sq.: ite deae uirides liquidosque aduertite uultus et uitreum teneris crinem redimite corymbis ‖ Ou. her. 5, 57: uiridis Nereidas oro ‖ met. II 12: pars (sc. Nereidum uidetur) in mole sedens uiridis siccare capillos **12 S**: Eur. Hec. 462 sqq.: *σὺν Δηλιάσιν τε κούραις Ἀρτέμιδός τε θεᾶς χρυσέαν ἄμπυκα τόξα τ' εὐλογήσω* ‖ Callim. hymn. Apoll. 18 sq.: *κλείουσιν ἀοιδοὶ ἢ κίθαριν ἢ τόξα, Λυκωρέος ἔντεα Φοίβου*

III 28. $\Omega = A'(Aa)B'(BC)FR\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi u$] AD (DE *B'*) LYDEN (LIDEN *AC* LVDIEN *γ*) PARAENETICE (PARANETICE *A'Cγ*) DE NEPTVNALIBVS (de reb, nuptialib, *C*) *A'B'γ* SYLLOGISTICE (SILLOGISTICĘ *u*) LYDAE (LYDIE *λ* LIDAE *δu*) *Fδλ'πu* *sine interuallo et littera maiore initiali R1*

1 *Festo R* **2** Neptūi *π1* Neptuni *π2 cett.* prode *Victorinus* **3** Lyde *BFRλ'a* Lydæ *δ* Lidę *Aγ* Lide *Cπu* strena *π* cecubum *Aγu* caecubum *cett.* **4** Munite que *δ* Minutaeq. *l1* **6** ac *FRγδπu Ac.* et *A'B'λ'* () ueluti] uelud *R1* uelut *R2* stet] stat *Ac.* ste *π* **7** diripere *Cp. ras. λπ pr. u* deripere *cett. C ante ras. π corr.* () **8** consolis *λ* amforam *Pph.* **9** inuices (*uel* in uices) *FRδλ2πu schol. λφ* inuicem *A'B'γλ' Ac. schol. b uid. Epileg.* **10** uiridis *A'B'λ'π pr.* uirides *C2FRγδπ corr. u* **11** recinens *γ* recine *C* recynes *π* lira *u* **12** spycula *π* cynthiae *Bψa* cynthyae *R* cinthiae *ACγλ'φu*

summo carmine, quae Cnidon
  fulgentisque tenet Cycladas et Paphum
iunctis uisit oloribus;
  dicetur merita Nox quoque nenia.

XXVIIII.

Tyrrhena regum progenies, tibi
non ante uerso lene merum cado
  cum flore, Maecenas, rosarum et
    pressa tuis balanus capillis
iam dudum apud mest: eripe te morae,
ne semper udum Tibur et Aefulae

---

14 sq. **S**: Posidipp. anth. Pal. XII 131, 1 sq.: *ἃ Κύπρον ἅ τε Κύθηρα καὶ ἃ Μίλητον ἐποιχνεῖς καὶ τὸ καλὸν Συρίης ἱπποκρότου δάπεδον* **14 S**: Priscian. perieg. 508: iuxta quam Meninx insula fulget **16** 'merita — nenia' **T**: schol. *γ* et Pseudacron uolgatus ad epist. I 1, 63

III 29. **1 T**: schol. Pers. 3, 28 Diom. p. 526 Seru. de m. Hor. IIII p. 470 'Tyrrhena — t.' **T**: Victor. de m. Hor. p. 179 **S**: Prop. III 9, 1: Maecenas, eques, Etrusco de sanguine regum ‖ Ou. ex P. II 9, 1 sq.: regia progenies ... Coty **3** sq. 'et — capillis' **T**: Isid. orig. IIII 12 gloss. Mai class. auct. VIII p. 64 **3** 'cum flore mecas rosar.' **T**: Victor. (cod. *A*) de m. Hor. p. 180 **4 T**: schol. Pers. 4, 37 Victor. de m. Hor. p. 181 **5 S**: Sil. II 564: eripe te, coniunx, miserandae casibus urbis **6—8 S**: Ou. fast. IIII 71 sq.: et iam Telegoni, iam moenia Tiburis

---

Ω = A′(Aa) B′(BC) F(φψ) Rγδλ′(λl) πu] **13** cnidon *B′FπlPph.* chnidon *Rγ1* gnidon *A′γ2δλau Ac.* **14** Fulgentis *A′B′FR2γλ′π pr. Pph.* Fulgetis *R1* Fulgentes *δπ corr. ψ2u* cicladas *Cu* cycladas *cett.* paphon *Fδπ2* paphum *π1 cett.* **15** holoribus *π* **16** *editores aut ante aut post* 'dicetur' *interpungunt, nos secuti sumus Porphyr.; uid. Epileg.*

III 29. AD MAECENATEM (MEC: *AC*) PARAENETICE (PARANETICE *Ca* PARAETICE *A*) *A′B′* PROSPHONETICE (PROSPHENETICE *λ* PROSPONETICE *δπz*) MECENATI *Fδλ′πuz* PROSPHONETICE PARANETICE MECENATI *γ*

1 Tyrrhena *FγaPph. Vict.* Tyrrhena *R* Tyrrena *AB′δλ′π Diom. Seru.* Tirrena *u* **2** uerso *FR1δλ uar. πu Ac. schol. Γ cons. Porph.* uersum *A′B′R2γλ′ schol. γ altero loco* leni *B′* **3** flore°mecenas *A*, o *superscr. alt. m.* maecenas *B′γπa* mecenas *AFδλ′u* mecaenas *R* **3. 4** rosarum | Et pressa *Fδ1πu* **5** Iam dudum *AB′FRγδλ′πu* Iamdudum *a* mest *R1 ut uid.* me·ẽ· *R* me est *cett.* more *A1λ* **6** Ne *FRγδλ′πu Pph.* Nec *A′B′ uid. Epileg.* tybur *δ* efulae *Cπu* aefulae *cett. Pph.* effulę *Ac.*

decliue contempleris aruom et
Telegoni iuga parricidae.
fastidiosam desere copiam et
molem propinquam nubibus arduis;
omitte mirari beatae
fumum et opes strepitumque Romae.
plerumque gratae diuitibus uices
mundaeque paruo sub lare pauperum
cenae sine aulaeis et ostro
sollicitam explicuere frontem.
iam clarus occultum Andromedae pater
ostendit ignem, iam Procyon furit

---

udi stabant **6 S**: anthol. 1690, 9 M.: Gades Herculis umidumque Tibur **8 S**: Stat. s. I 3, 83 sq.: Telegoni ... iugera **9—12 S**: Licentius carm. u. 71—73 in Augustini epist. 26: et nunc Romulidum sedes et inania tecti culmina bacchatasque domos uanosque tumultus desererem (poet. Lat. min.) **9 S**: Martial. I 3, 3: nescis, heu, nescis dominae fastidia Romae || Symmach. epist. VII 36: nisi forte fastidio fugis copias et mutatione castigas satietatem **10 S**: Sen. Phaedr. 1128: admota aetheriis culmina sedibus || Agam. 92 sq.: nubibus ipsis inserta caput turris **11** sq. **S**: Paulin. Nol. append. carm. 1, 109: non mirabor opes **12 S**: Hieronym. epist. 5: quamdiu fumosarum ... urbium carcer includit || Augustin. de ciuit. dei III 12: nimis enim multos deos (sc. Roma) grandi fumo suo ... ad tuitionem congregauerat **18** sqq. **S**: epigr. adesp. 260, 5 sqq. anal. Br. III 203: *χὠ ποιμὰν ἐν ὄρεσσι μεσαμβρινὸν ἀγχόθι παγᾶς, συρίσδων, λασίας θάμνῳ ὑπὸ πλατάνου καύματ' ὀπωρινοῖο φυγὼν Κυνός* || Alcaeus fr. 39: *τέγγε πνεύμονας οἴνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται, ἁ δ' ὤρα χαλέπα, πάντα δὲ δίψαισ' ὑπὸ καύματος* || Theogn. 1039 sq.: *ἄφρονες ἄνθρωποι καὶ νήπιοι, οἵ τινες οἶνον μὴ πίνουσ' ἄστρου καὶ κυνὸς ἀρχομένου* **18 S**: Verg. georg. IIII 232 sq.: Taygete simul os terris ostendit honestum Plias || Apoll. Sid. c. 16, 79 sq.: cum Procyon fureret, cum solis torridus ignis flexilibus rimis sitientes scriberet agros

---

$\Omega = A'(A\,a)\,B'(B\,C)\,F(\varphi\,\psi)\,R\,\gamma\,\delta\,\lambda'(\lambda\,l)\,\pi\,u$] **7** Decliuae *A' R ante ras.* *γ δ ante ras. l* aruom *R*1 *Ac.* aruum *cett. R*2 *uu.* **8. 9** *hic omis. C, add. post u.* 28 **8** Telegon[i] *R* iura *A'*1 *B' Ac. corr.* iuga *cett. A'*2 *Pph. Pseudacr.* **9** Fastid[i]osam *δ* desere/// *δ* (deserere *v ante ras.*) **10** propinguam *A*1 arduis] aeris *u*1 **11** mirare *R*1 beate *φ* **12** strepitumquae *π* **13** grate *δ* **14** Munde *R*1 *δ*1 *π* **15** Caenae *B' F R*2 *γ π a* caene *R*1 aula *R*1 aul*æis* *R* auleis *cett.* **16** ex[l]pcuere *B* **17** Tam *R ante ras.* //occultum *δ* occultum *omis. u* andromęde *π* andromede *u* andromenę *C* **18** iam *omis. R* procion *π ψ* prochion *γ u* procyon *cett., nisi quod* proc[h]yon *a* procyon, ⊣ *ab alt. m*, *R* fuit *ψ*1

et stella uesani Leonis,
sole dies referente siccos;
iam pastor umbras cum grege languido
riuomque fessus quaerit et horridi
dumeta Siluani caretque
ripa uagis taciturna uentis.
tu ciuitatem quis deceat status
curas et urbi sollicitus times
quid Seres et regnata Cyro
Bactra parent Tanaisque discors.
prudens futuri temporis exitum
caliginosa nocte premit deus
ridetque, si mortalis ultra
fas trepidat. quod adest memento

---

19 S: Marius Victor aleth. III 439: rabies uaesana leonis ‖ Apoll. Sid. c. 24, 54: rabidi Leonis aestus **22** sq. **S**: Mart. X 92, 6: Tonantis aras horridique Siluani **24 S**: Enn. trag. 214: arbores uento uagant **29—32** 'prudens deus futturi temporis exitum caliginosa nocte p̄mit ridetque si mortalis ultra fas est trepidat' **T**: florileg. Paris. 8069 **S**: Theogn. 1075 sqq.: *πρήγματος ἀπρήκτου χαλεπώτατόν ἐστι τελευτὴν γνῶναι, ὅπως μέλλει τοῦτο θεὸς τελέσαι. ὀρφνὴ γὰρ τέταται· πρὸ δὲ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι οὐ ξυνετὰ θνητοῖς πείρατ' ἀμηχανίης* ‖ Eur. Alcest. 782 sqq.: *βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται, κοὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἐξεπίσταται τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται· τὸ τῆς τύχης γὰρ ἀφανὲς οἷ προβήσεται, κἄστ' οὐ διδακτὸν οὐδ' ἁλίσκεται τέχνῃ· ταῦτ' οὖν ἀκούσας καὶ μαθὼν ἐμοῦ πάρα, εὔφραινε σαυτόν, πῖνε, τὸν καθ' ἡμέραν βίον λογίζου σόν, τὰ δ' ἄλλα τῆς τύχης* ‖ Stob. flor. 98, 46 (III p. 230 M.): *ζώοι τις ἀνθρώπων τὸ κατ' ἦμαρ ὅπως ἥδιστα πορσύνων, τὸ δ' εἰς αὔριον αἰεὶ τυφλὸν ἕρπει* ‖ Palladas in anth. Pal. XI 62: *εὔφραινε σεαυτόν, λήθην τοῦ θανάτου τὸν Βρόμιον κατέχων· τέρπεο καὶ Παφίῃ τὸν ἐφημέριον βίον ἕλκων· τἆλλα δὲ πάντα Τύχῃ πράγματα δὸς διέπειν* **29** sq. **S**: Pind. Ol. 12, 10 sq. B.: *σύμβολον δ' οὔ πώ τις ἐπιχθονίων πιστὸν ἀμφὶ πράξιος ἐσσομένας εὗρεν θεόθεν· τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φραδαί* ‖ Iuu. 6, 556: genus humanum damnat caligo futuri **30 S**: Ou. a. a. III 648: uictaque Lethaea lumina nocte premant **31—33 S**: Pind. Pyth. 3, 21 sqq.: *ἔστι δὲ φῦλον ἀνθρώποισι ματαιότατον, ὅστις αἰσχύ-*

Ω = A'(Aa)B'(BC)FRγδλ'(λl)πu] **19** uaesani *Cδφa* ues *R*1 uesani *cett.* *R*2 uefani *Pph.* leonis *δ* **20** *S*ole *R* **21** grege] rege *C* langido *B* langido (v above g) *ψ* langida *l*1 **22** Riuom *R* Riuum *cett.* fessus *R* querit *Cu* horridi] horrida *u opp. Pseudacr.* orridi *γ Ac.* **23** siluam *u ut uid.* **24** Ri*p*a *R* **26** Cura*s* *R* urbi// *δ* **27** ciro *ACu* **28** B*actra* *δ* (Bracta *z*) thanaisqu*e* *δ* tenaisqu̍e *λ*1 **29** exitium *Cl ante ras.* **30** Caliginos ad *B* praemit *ψ* **31** mortales *u* **32** trepidant *u* trepidat *cett. schol. γb florileg. Parisinum* trepidet *Pph.* qđ *R* adest] est *λ'*

componere aequos: cetera fluminis
ritu feruntur, nunc medio alueo
cum pace delabentis Etruscum
in mare, nunc lapides adesos
stirpesque raptas et pecus et domos

νων ἐπιχώρια παπταίνει τὰ πόρσω, μεταμώνια θηρεύων ἀκράντοις ἐλπίσιν
32 sqq. **S**: Senec. Thyest. 617—622: miscet haec illis prohibetque Clotho stare fortunam: rotat omne fatum. nemo tam diuos habuit fauentis, crastinum ut posset sibi polliceri. res deus nostras celeri citatas turbine uersat **32** sq. **S**: Pind. Isthm. 8, 13 sqq.: *τὸ δὲ πρὸ ποδὸς ἄρειον αἰεὶ χρῆμα πᾶν. δόλιος γὰρ αἰὼν ἐπ' ἀνδράσι κρέμαται, ἑλίσσων βιότου πόρον* **33—41 S**: Stob. ecl. phys. et eth. I 6 (I p. 50 M.): *ἅπανθ' ὁρῶ ἅμα τῇ τύχῃ ῥέοντα μεταπίπτοντά τε* ‖ Sen. epist. 23: ceteri eorum more, quae fluminibus innatant, non eunt, sed feruntur: ex quibus alia lenior unda detinuit ac mollius uexit, alia uehementior rapuit, alia proxime ripam cursu languescente deposuit, alia torrens impetus eiecit in mare **35 S**: Flor. II 13 (IIII 2), 28: ubi pax fluminis rediit **36—41** diluuiem descriptam habemus etiam apud Hom. Il. XI 492 sqq.: *ὡς δ' ὁπότε πλήθων ποταμὸς πεδίονδε κάτεισιν χειμάρρους κατ' ὄρεσφιν, ὀπαζόμενος Διὸς ὄμβρῳ, πολλὰς δὲ δρῦς ἀζαλέας, πολλὰς δέ τε πεύκας ἐσφέρεται ...* ‖ Lucr. I 281 sqq.: et cum mollis aquae fertur natura repente flumine abundanti, quam largis imbribus auget montibus ex altis magnus decursus aquai, fragmina coniciens siluarum arbustaque tota, nec ualidi possunt pontes uenientis aquai uim subitam tolerare: ita magno turbidus imbri molibus incurrit, ualidis cum uiribus, amnis, dat sonitu magno stragem, uoluitque sub undis grandia saxa, ruitque ita quicquid fluctibus opstat ‖ Ou. met. I 286 sqq. ‖ Sil. It. III 469—471: namque Alpibus ortus auolsas ornos et adesi fragmina montis cum sonitu uoluens fertur ‖ Stat. Th. I 364—369: ille tamen, modo saxa iugis fugientia ruptis miratus, modo nubigenas e montibus amnes aure pauens passimque insano turbine raptas pastorum pecorumque domos, non segnius amens incertusque uiae per nigra silentia uastum haurit iter ... **36—39 S**: Sil. IIII 521 sqq.: cum sonitu ruit in campos magnoque fragore auolsum montis uoluit latus, obuia passim armenta immanesque ferae siluaeque trahuntur **36 S**: Theocr. 22, 49 sq.: *πέτροι ... οὕστε κυλίνδων χειμάρρους ποταμὸς μεγάλαις περιέξεσε δίναις* ‖ Ou. her. 10, 26: scopulus ... adesus aquis **37** sq. **S**: anthol. L. 931, 23 sqq. R.: ut grauis hiberno torrens de monte uolutus obuia non magna arbuta uerrit ope; saepe domos etiam, saepe addita moenia raptat **37 T**: Seru. ad Aen. III 94. VII 99. XII 208 stirpesque raptas **T**: Cledonius p. 40

Ω = *A'*(*Aa*)*B'*(*BC*)*F*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πu*] **33** Conponere *u* aequ^v^os *R* aequ^v^os *δπ* equos *Pph.* aecus *C1* equus *γ* aequus *C2 cett.* (ęqu^v^ſ *B*) *uid. Epileg. et cf. Cat. de agri cult.* 92, 22 caetera *γδ2λπψ* cetera *cett.* *δ1* **34** Ritu referuntur *A'λ'* Ritu ferentur *R* Ritu feruntur *cett.* *λ2* 'r. r.' *Ac.* nu//nc *δ*, ‿ *ab alt. manu* alueo *A'CRγλ'u uar. Pph. Ac. schol. γ b* al^u^beo *B* aequore *Fδu* equore *π* **35** delabentis *δλ* () **36** adaesos *BF* adhesos *δπ* **37** Stirpis *π* (*et Lrαb*) Styrpes *F* Stirpes *cett.* raptas *Ω* raptos *R2* domus *codd. FLM Seruii ad Aen.* III 94

uoluentis una, non sine montium
clamore uicinaeque siluae,
cum fera diluuies quietos
inritat amnis. ille potens sui
laetusque deget, cui licet in diem
dixisse 'uixi: cras uel atra
nube polum Pater occupato,
uel sole puro; non tamen irritum,
quodcumque retrost, efficiet neque
diffinget infectumque reddet
quod fugiens semel hora uexit.'
Fortuna saeuo laeta negotio et
ludum insolentem ludere pertinax

---

(paulo ante Ausonius respexit ad c. II 10) **29** sqq. **S**: Eur. Alcm. fr. 75, 2 sq. N.: *ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα, κακῶν δ' ὅμοια τῇ φύσει τῇ τοῦ πατρός* ‖ idem Archel. 232, 1 sq. N.: *ἐν τοῖς τέκνοις γὰρ ἀρετὴ τῶν εὐγενῶν ἔλαμψε* ‖ Pind. P. 8, 44 sq.: *φυᾷ τὸ γενναῖον ἐπιπρέπει ἐκ πατέρων παισὶ λῆμα* ‖ Sen. Tr. 536 sqq.: generosa in ortus semina exurgunt suos. sic ille magni paruus armenti comes e. q. s. **29** fortes — fortibus **T**: Seru. ad Aen. I 590 **30 S**: Theogn. 183—185: *κριοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα, Κύρνε, καὶ ἵππους εὐγενέας, καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν βήσεσθαι* **31** sq. **S**: Varro de l. L. VIIII 28: non ex aquilis aquilae atque ut ex turdis qui procreantur turdi, sic ex reliquis sui cuiusque generis? **33** sq. **S**: Eur. Iph. A. 561 sq.: *τροφαί θ' αἱ παιδευόμεναι μέγα φέρουσ' εἰς τὰν ἀρετάν* ‖ Hec. 599 sqq. ‖ suppl. 911 sqq. ‖ Cic. pro Archia 7, 15 ‖ Quintil. inst. XII 2, 1: uirtus etiamsi quosdam impetus ex natura sumit, tamen perficienda doctrina est **34 T**: Eutych. II 13 p. 481 **35** sq. **T**: schol. Iuu. 14, 1 ad sent. **S**: laud. Pison. 9 sqq.: quid pleni numeroso consule fasti profuerint, cui uita labat? perit omnis in illo gentis honos, cuius laus est in origine sola **36 S**: Soph. fr. 100, 3 N.: *τὸ γὰρ καλῶς πεφυκὸς οὐδεὶς ἂν μιάνειεν λόγος* **38** testis — flumen **T**: Seru. ad ecl. 5, 21 **S**: Cat. 64, 359: testis erit magnis uirtutibus unda Scamandri ‖ Apoll. Sid. epist. I 5, 7: Metaurus, cuius ita in longum felicitas uno die (uid. u. 40) parta porrigitur, ac si etiam nunc Dalmatico salo cadauera sanguinulenta decoloratis (cf. c. II 1, 35) gurgitibus (c. II 1, 33) inferret **39** sq. **S**: Sen. Phaedr. 751: pulsis . . . tenebris **40 S**: Val. Max. V 2: funus et tenebras imperio minitari (c. I 37, 8) **41 S**: Heliodor. I 1: *ἡμέρας ἄρτι διαγελώσης*

Ω = A'(Aa)B'(BC)F(φψ)Rγδλ'(λl)πu] **30** aequis *CF* **31** nec $F\delta\lambda_2\pi u$ *Pph.* neque *cett.* imbellem *u* inbellem *cett. Pph.* **32** Progenerent R_1 **33** Doctrinam *γ* sed uim] se dum δ_1 uim *omis. F* *uī* A_2 (*et* z_2) *loco raso* **35** Vtcumq *C pr.* defecerere *φ* **36** Indecorant *FRδπ Pph. Ac.*; *Porph. et Pseudacr. interpr.* indecora faciunt Dedecórant *A'B'γλ'au sch. γ sch. Iuu. uid. Epileg.* **38** asdrubal *δλ* hasdrubal *R* **39** et *omisit π pr.* **40** & *supra u. π* pulche// (r *supra*) *π* pulcer (h *supra*) *u* fugatis *C* **40** Illi *B* **41** arma $F\gamma\delta\lambda'\pi_1$ *aut pr.* alma *cett. Pph.*

dirus per urbes Afer ut Italas
ceu flamma per taedas uel Eurus
per Siculas equitauit undas.
post hoc secundis usque laboribus
Romana pubes creuit, et impio
uastata Poenorum tumultu
fana deos habuere rectos,
dixitque tandem perfidus Hannibal:
'cerui, luporum praeda rapacium,
sectamur ultro, quos opimus
fallere et effugere est triumphus.
gens, quae cremato fortis ab Ilio
iactata Tuscis aequoribus sacra

---

43 sq. **S**: Eur. Phoen. 209 sqq.: *περιρρύτων ὑπὲρ ἀκαρπίστων πεδίων Σικελίας Ζεφύρου πνοαῖς ἱππεύσαντος ἐν οὐρανῷ* Sen. Phaedr. 737—740: ocior nubes glomerante Coro, ocior cursum rapiente flamma, stella cum uentis agitata longos porrigit ignes ‖ Phaedr. 1011—1013: non tantus Auster Sicula disturbat freta nec tam furenti (al. furens) Pontus (al. Ionius) exsurgit sinu (al. sinus) regnante Coro ‖ Verg. Aen. II 417 sq.: laetus Eois Eurus equis **45** sq. laboribus ... creuit] **S**: Eur. supplic. 323 (*σὴ πατρὶς*): *ἐν ... τοῖς πόνοισιν αὔξεται* **46 S**: Tib. I 7, 5: pubes Romana ‖ Auien. orb. terr. 310: pubem Latiam **49 S**: Aus. epist. 25, 24 (24, 54 Sch.): perfidus Hannibal ‖ Stat. s. IIII 6, 77: periuro ... ense superbus Hannibal **50** sqq. **S**: sententia ap. Sil. III 584 sq.: iamque tibi ueniet tempus, quo maxima rerum nobilior sit Roma malis **50 S**: Hom. Il. XIII 102 sq.: *φυζακινῇς ἐλάφοισι ἐοίκεσαν, αἵ τε καθ' ὕλην θώων παρδαλίων τε λύκων τ' ἤια πέλονται* **53—56 S**: sent. Verg. Aen. I 71 sq.: gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat aequor Ilium in Italiam portans uictosque Penatis ‖ II 293 sqq.: sacra suosque tibi commendat Troia Penatis: moenia ... magna pererrato statues quae denique ponto **53—68** ex Ennio sumpta uidentur, cf. Liu. XXVIIII 3, 8: nuntiique trepidi Carthaginem terrore ingenti conpleuere 12: illis Romanam plebem, illis Latium iuuentutem praebuisse maiorem semper frequentioremque pro tot caesis exercitibus subolescentem

---

Ω = *A'*(*A a*) *B'*(*B C*) *F*(*φ ψ*) *R γ δ λ'*(*λ l*) *v π u*] **42** Durus *l* ς (*ϑ*1 *v Basil.*) Dirus *cett. l superscr.* affer *u* ut] it ς (*z p. ras.*) *Aldus* 'statī · s · ut' *schol. γ* 'quomodo uel statim ut' *schol. b* () **43** Cęu *C* flammas *R u* tedas *A B γ λ' u* thedas *δ* taedas *cett.* uel Eurus] per euros *F* ς et eurus *δ π* (*sed* et *in ras.*) *u* **44** singulas *B* ęquitauit *C* aequitaint *l pr.* **46** qreuit (c superscr.) *C*, c *ab eodem* ·ꝛ et implo *B* inpio *λ* impio *cett.* **47** Vestata *C* penorum *A u* **48** () **49** que *om.* *u*1 annibal *δ* anibal (h superscr.) *λ* **50** Cęrui *C* leporū *l*1 preda *A γ u* rapatium *A' γ u* **52** et fugere *u* ς est *omis.* *δ* ς (*β z Turic.*) trihūphus *a* **53** illo *pro* ilio *R*1 **54** Iacta *π pr.* tuscis *omis.* *δ pr.* equoribus *R γ u*

natosque maturosque patres
pertulit Ausonias ad urbes,
duris ut ilex tonsa bipennibus
nigrae feraci frondis in Algido,
per damna, per caedes, ab ipso
ducit opes animumque ferro.
non Hydra secto corpore firmior
uinci dolentem creuit in Herculem,
monstrumue submisere Colchi
maius Echioniaeue Thebae.
merses profundo: pulchrior euenit;
luctere: multa proruet integrum
cum laude uictorem geretque

---

57 sq. **S**: Sen. Oed. 530: est procul ab urbe lucus i l i c i b u s n i g e r || Thyest. 654 sq.: sed taxus et cupressus et n i g r a i l i c e obscura nutat silua || Verg. ecl. 6, 54: i l i c e s u b n i g r a **58 S**: Pind. P. 1, 27: *Αἴτνας ἐν μελαμφύλλοις δέδεται κορυφαῖς* **59** sq. ad sent. **S**: Sil. V 674. 676 de populo Romano: uereor ne . . . ipsis deuincat cladibus orbem || III 584 sq.: iamque tibi ueniet tempus, quo maxima rerum nobilior sit Roma malis **61** sqq. **S**: Claudian. de quarto cons. Hon. 253 sq.: satiataque rursus exoritur caesaque redit pollentius Hydra || Florus I 13 (18), 19 de Pyrrho: me plane procreatum Herculis semine, cui quasi ab angue Lernaeo tot caesa hostium capita de sanguine suo renascuntur || Zonaras VIII 4 (I p. 373 P.) de Pyrrho: *ὕδρας ἔφη δίκην τὰ στρατόπεδα τῶν Ῥωμαίων κοπτόμενα ἀναφύεσθαι* || Sen. Herc. Oet. 258—260: siqua fecundum caput palude tota uastior s e r p e n s m o u e t, i g n a r a u i n c i **65** sqq. **S**: Apoll. Sid. c. 7, 6 sq.: aduersis sic Roma micat, cui fixus ab ortu ordo fuit creuisse malis || **65** Prud. cath. 9, 18: m e r s e r a t quem lex p r o f u n d o noxialis Tartaro || Rutil. I 128 sqq.: fleuit successus Annibal ipse suos: quae mergi nequeunt, nisu maiore resurgunt exiliuntque imis altius icta (al. acta) uadis **67** sq. geretque] **S**: Claudian. de consul. Stilich. lib. III praef. 6: carmen amat, quisquis carmine digna gerit

---

$\Omega = A'(Aa)B'(BC)F(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi u$] **56** Ausonias] ////ausonias *R* **57** uti lex *R* ς *Pph.* **58** Nigre *Cγ* frondis *R* algido $A C_2 R \delta \lambda_2 \pi$ *pr. a Pph.* alcido $B' F \delta_1 \lambda' \pi$ *corr. u* **59** dampna *γ* danna *u* damma *C* cedes *AFλu* **60** animamq, *C* **61** hidra *Au* **62** erculem *λ* **63** submisere *A′B′δλ′* sū////misere (*lineola supra* u *ab alt. m.*) *π* summisere *cett.* suum misere *Pph.* cholchi *R ante ras. γ* **64** ethioniaeue *Aγ* ////chionięue *aut* (*uirgula et aut ab alt. m.*) *π* thebe $R_1 \pi_1$ **65** Merses $A'_2 C_2 R \gamma \delta \psi_2 u_1$ *ut uid. Ac. Pseudacr. sch. γ* Mersus *AB′γ uar. λ′* $\pi_2 a_2$ *uar.* *u*(2)*uar.* Mersae *F sch. λφ* mersus *π*; a_1 *non liquet* Merges u_2 Mersu ς (*h*) () pulchriore uenit *λ* pulcrior *u* euenit *Ω Ac. Pseudacr. schol. γb schol. λφ* exiet ς (*qv Basil. I Vatic. L corr.*) **66** luctere] Lucrere *A* Ductore $R_1 \delta_1$ *ut uid.* *πφu opp.* δ_2 *cett. Pseudacr. schol. γb gloss. Γ*; luctare *π uar.* proruet] proruit $\delta \pi_1$ *opp. Pseudacr. schol. γλb* **67** clade *u* laude *cett. u uar.* gerit ς (*s*) *Bentl. opp. Pph.* que] quae *l*

proelia coniugibus loquenda.
Carthagini iam non ego nuntios
mittam superbos: occidit, occidit
spes omnis et fortuna nostri
nominis Hasdrubale interempto.
nil Claudiae non perficient manus,
quas et benigno numine Iuppiter
defendit et curae sagaces
expediunt per acuta belli.'

V.

Diuis orte bonis, optume Romulae
custos gentis, abes iam nimium diu:

---

68 loquenda] **S**: Mart. V 25, 5 sq.: quem chartis famaeque damus populisque loquendum, quis Stygios non uolt totus adire lacus (cf. c. II 20. III 30)? **70** sq. **S**: Sil. II 567: occidimus, Rutuli, tenet omnia Punicus ensis ‖ idem VII 581 sq.: ceciditque ... spes **71 S**: Liu. XXVIII 12, 6: post Hasdrubalis uero exercitum cum duce, in quibus spes omnis reposita uictoriae fuerat, deletum e. q. s. **74 S**: Tac. ann. IIII 64: sanctos acceptosque numinibus Claudios **76 S**: Verg. Aen. II 632 sq.: ducente deo flammam inter et hostis expedior

IIII 5. **1** sq. **S**: Prud. c. Symm. II 298: gens Romula ‖ Auson. epist. 15, 14: iuuentus Romula ‖ Verg. Aen. VI 876 sq.: Romula ... tellus ‖ **S**: Ter. Phorm. 287 = II 1, 57: bone custos ... familiae **1 T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 470 Diomed. p. 527 Victor. de m. Hor. p. 175

Ω = *A'*(*Aa*)*B'*(*BC*)*F*(φψ)*R*γδλ'(λ*l*)π*u*] **68** Proelia *R*δ*al* Praelia *ACF*λ P̄lia *B*π*u* Prelia γ **69** Carthagini *CR*γδψ*l* Cartagini *cett.* Kartagini ς nuntius R_1 noncios λ nuncios *a* **70** Mittat *B'* Mittam *cett.* C_2 **73** Nihil *FR*δ_1λ'π *Pph. Ac.* claudie λ_1 non *om. u pr.* perficiant *F*ς perficient *cett. schol.* λφ perfitient *Pph.* perficiunt ς (σ1 *Turic. Pulmanni H*) () **74** iupiter *F*γ **76** aucta λ' (*gloss. l, non* λ: · i · Incrementa) ()

IIII 5. AD AVGVSTVM (AV͡C *C* AVḠ *B*) DE EXPEDITIONE (EXPEDICIONE *C*) EIVS TARDA ORAT. (ERAT *a*) PĘANIS (PEANIS *A'C*) SPECIES PROSEVTICE TETRACOLOS *A'B'* AD CAESAREM (CES: λ'π*u*) AVGVSTVM ABSENTEM *F*δλ'π*u add.* λ'*u*: DE (*om. u*) EXPEDITIONE EIVS TARDA ORATIO PEANIS SPETIES (SEPTIES *u*) · PROSEVTICE TETRACOLOS λ'*u* AD AVGVSTVM · *R* AD AVGVSTVM DE EXPEDITIONE EIVS. PROSEVTICE TETRACOLOS γ

1 Diuis horte *F* Deui sorte C_1 (Diui sorte *A*γλ) optume *R*γ *expos. metr. codicis* γ *Victorinus Seruius* optimę π *a. ras.* optime *cett. Ac. Diomedes* romulae $C_2\lambda_1$π *ante ras. Ac. cons. interpretat.* romule *A'*C_1*F* R_1δλ_2π *p. ras. l expos. metr. codd.* αγ *Diomed. Victorin. schol.* λφ romuleae *B*R_2γ*a corr. u* romyleae *Seruius* **2** habes R_1γ abeß *B* iam *C*

maturum reditum pollicitus patrum
  sancto concilio, redi.
lucem redde tuae, dux bone, patriae:
instar ueris enim uoltus ubi tuus
adfulsit populo, gratior it dies
  et soles melius nitent.
ut mater iuuenem, quem Notus inuido
flatu Carpathii trans maris aequora
cunctantem spatio longius annuo

---

4 **T**: Victor. de m. Hor. p. 177 **S**: Cic. in Cat. I 4, 9: in hoc orbis terrae sanctissimo grauissimoque consilio **5—8 S**: Mart. VIII 21, 11 sq.: iam, Caesar, uel nocte ueni: stent astra licebit, non derit populo te ueniente dies **5 S**: Hom. Il. VI 6: *φόως δ' ἑτάροισιν ἔθηκε* ‖ Eur. Herc. fur. 531 sq.: *ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, ὦ φάος μολὼν πατρὶ ἥκεις* ‖ Cic. de domo sua 28, 75: me patria sic accepit, ut lucem salutemque redditam sibi ac restitutam accipere debuit ‖ Prud. cath. 5, 1. 4: inuentor rutili, dux bone, luminis ... lucem redde tuis, Christe, fidelibus ‖ Senec. Agam. 56: redde iam mundo diem! **6—8 S**: Lucr. I 6 sqq.: te, dea, te fugiunt uenti, te nubila caeli aduentumque tuum: ... tibi rident aequora ponti placatumque nitet diffuso lumine caelum ‖ Sil. VII 466 sq.: nitenti affulsit uoltu ridens Venus **6 S**: Aesch. Ag. 968 sq.: *καὶ σοῦ μολόντος δωματῖτιν ἑστίαν, θάλπος μὲν ἐν χειμῶνι σημαίνεις μολόν* ‖ Theocr. 12, 3. 4. 8: *ὅσσον ἔαρ χειμῶνος ... ἥδιον ... τόσσον ἔμ' εὔφρηνας σὺ φανείς* ‖ 13, 45: *ἔαρ δ' ὁρόωσα Νύχεια* ‖ Alexander Aetol. 5, 7 (anal. Br. I 419): *πρωθήβης, ἔαρος θαλερώτερος* 'instar: similitudo' Pseudophiloxenus 87, 58 **7 S**: Ou. met. II 330 sq.: unum isse diem sine sole ferunt **8 S**: Boeth. phil. consol. II 4: haec effundendo magis quam coaceruando melius nitent **9—12 S**: Oppian. hal. IIII 335 sqq.: *ὡς δ' ὅτε τηλύγετον μήτηρ γόνον ἢ καὶ ἀκοίτην εὐνέτις ἀλλοδαπὴν τηλέχθονα γαῖαν ἰόντα ἀχνυμένη στέλλῃσι· νόος δέ οἱ ἔνδον ἀλύει, ὅσση οἱ μεσσηγὺς ἁλὸς χύσις, ὅσσα τε κύκλα μηνῶν· ἀκροτάτοισι δ' ἐπεμβαίνουσα θαλάσσης κύμασι δακρυόεσσαν ἐπὶ στόμα γῆρυν ἵησι, σπεύδειν λισσομένη· καί μιν πόδες οὐκέτ' ὀπίσσω ἱεμένην φορέουσιν, ἔχει δ' ἐπὶ πόντον ὀπωπάς* ‖ Hom. Od. XVI 17 sqq. **9 S**: Auson. epist. 2, 5 sq.: maestique parentis oscula et amplexus discreuerat inuidus amnis **11 S**: Verg. ecl. 7, 43: haec lux toto iam longior annost ‖ Ou. her. 18, 25: septima nox agitur, spatium mihi longius anno

---

Ω = *A'(Aa)B'(BC)F(φψ)Rγδλ'(λl)πu*] **3** redditum *B* **4** consilio *λ Victorinus* concilio *cett., etiam λ uar. l* **5** bonae *π a. ras.* **6** uoltus *Fδπ* uultibus *l ante ras.* uultus *cett.* **7** Adfulsit *CFγδλ'a Pph.* Ad fulsit *A* Adful*sit* et *R* Affulsit *Bπu* Effulsit ς () populo *R* it *A'B'R2γλ'ψu* //// *φ* et *R1δπa2 uar.* () **8** sole *B'* soles *cett. C2* **9** mat*er R* iuuenem, em *in ras., l* quæm *λ* nothus *A2Fδπlu* notus *cett. A'* **10** Flatus *B* carpathii *γδλ'π* carphati *C1* carphatii *A'C2* carpatii *FRu Ac.* carpati *B*

dulci distinet a domo,
uotis ominibusque et precibus uocat,
curuo nec faciem litore demouet:
sic desideriis icta fidelibus
quaerit patria Caesarem.
tutus bos etenim rura perambulat,
nutrit rura Ceres almaque Faustitas,
pacatum uolitant per mare nauitae,
culpari metuit Fides;
nullis polluitur casta domus stupris,
mos et lex maculosum edomuit nefas,
laudantur simili prole puerperae,

---

12 dulci ... domo] **S**: Hom. *φίλος οἶκος* distinet] **S**: Plin. panegyr. 25: hic mari, ille fluminibus distinebatur **13 S**: Auson. epist. 24 = 25, 120 sq. p. 194 Sch.: uotis ominibusque bonis precibusque uocatus adpropera ‖ Liuius I praef. 13: cum bonis potius ominibus uotisque et precationibus deorum ... libentius inciperemus ‖ Plin. paneg. 92: omina et uota **14 S**: Hieronym. epist. 1 ad Rufinum: non sic curuo adsidens litori anxia filium mater expectat ‖ uid. adnot. ad epod. 10, 21 (curuo litore) **15 S**: Aesch. Ag. 544: *ἱμέρῳ πεπληγμένοι* ‖ Theocrit. 16, 63: *φιλοκερδείῃ βεβλημένον* ‖ Lucr. II 360: desiderio perfixa iuuenci ‖ Cornelius Seuerus apud Senec. suasor. VI 26 u. 10: ictaque luctu ‖ Hom. Il. VIIII 9: *ἄχεϊ μεγάλῳ βεβολημένος ἦτορ* ‖ Valer. Flacc. VIII 35: icta timore graui **18 S**: Sil. XII 375: (arua) Cereris nutrita fauore ‖ Tib. IIII 1, 163: non illic colit arua deus Bacchusue Ceresue **19 S**: Augustus ipse in monum. Ancyr. V 1: mare pacaui a praedonibus ‖ Verg. Aen. III 124: pelagoque uolamus **21 S**: Phaedr. III 10, 17: stuproque turpi pollui famam domus **22** 'mos — nefas' **T**: floril. Cus. C 14 **23 T**: Isidorus differentiarum lib. § 448. ('Hor. laudatur primo prole puerpera nato' Isid. or. XI 2, 14) **S**: Hesiod. *ἔργ.* 235: *τίκτουσιν δὲ γυναῖκες* [scil. eorum qui iustitiam colunt] *ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν* ‖ eundem uersum legimus in laudibus quas Anastasio tribuit Procopius t. II p. 44; ubi cum alia tum haec uerba inuenimus digna

---

Ω = *A′*(*Aa*)*B′*(*BC*)*F*(*φψ*)*Rγδλ′*(*λl*)*vπu*] **12** Dulcis *F* Dulce *R*1 destinet *C*2*R*1*γπ pr. aut*1 *a corr. ut uid. l*1 distinet *cett. A′ ut uid. C*1 *R*2*π corr. aut*2 *l*2 *Ac.* () a] *omis. C*1 **13** ominibus *A p. ras. Bγ δ*2 *λa Pseudacr.* hominibus *A ante ras. C*1 omnibus *C*2 *FRδ*1 *πlu Ac. in B pr.* h *ante* uotis *additum erat* que *omis. πu pr. ς* ĩuocat *B pr.* **14** Coruo (v above o) *γ* facilem *lu* littore *Aδλ′u* litore *cett.* demouet *FRδ*1 dimouet *cett. schol. λφ* () **16** Querit *γu* Quaeret *R* cesarem *δu* cessarem *R*1 **18** Nutritura *C*1 *Fδ*1*π pr.* fauustitas *u* faust, *B* **19** Paccatum *lu* uolit*ant* *R* **20** Curpari *l pr.* metuet *Ac.* **21** castra *π a. ras.* **22** Mox *Fλ* maculos*um* *R* edomoit (v above o) *π* **23** prole ≡ *A* plole *l pr.* pr//ole *π* puerę (per above) *C*

culpam poena premit comes.
quis Parthum paueat, quis gelidum Scythen,
quis Germania quos horrida parturit
fetus, incolumi Caesare? quis ferae
bellum curet Hiberiae?
condit quisque diem collibus in suis
et uitem uiduas ducit ad arbores;
hinc ad uina redit laetus et alteris
te mensis adhibet deum;
te multa prece, te prosequitur mero
defuso pateris et Laribus tuum
miscet numen, uti Graecia Castoris
et magni memor Herculis.
'longas o utinam, dux bone, ferias
praestes Hesperiae' dicimus integro
sicci mane die, dicimus uuidi,
cum sol Oceano subest.

---

quae cum nostro loco Horatiano comparentur: πλεῖται μὲν τοῖς ἐμπόροις ἀκινδύνως ἡ θάλαττα = u. 19 ‖ sim. sent. Catull. 61, 209 sqq. **24** 'culpam pena p̄mit comes' **T**: floril. Par. 8069 **26** **S**: Sil. I 230: atros chalybis fetus humus horrida nutrit (cf. u. 18) ‖ Tac. G. 5 Germaniam siluis horridam uocat ‖ Manil. IIII 713: flaua per ingentis surgit Germania partus **29** **S**: Callim. epigr. 2, 3: ἥλιον ἐν λέσχῃ κατεδύσαμεν ‖ Plin. epist. VIIII 36, 4: quamquam longissimus dies cito conditur ‖ Verg. ecl. 9, 52: condere soles **32** **S**: Verg. Aen. V 62 sq.: adhibete Penates et patrios epulis et quos colit hospes Acestes **33** sqq. ad sent. **S**: Ou. fast. II 631 sqq. Dio Cass. LI 19 **33** sq. **S**: Val. Max. II 6, 8: defusis Mercurio [de]libamentis **35** 'magnum' Herculem habemus etiam Ou. met. VIIII 134 sq. Sen. Med. 648 Herc. Oet. 1756 Herc. fur. 439. 829 Sil. III 514 Stat. Th. V 441 sq. VI 346 alibi **37** 'dux' = Augustus Ou. fast. II 139. trist. I 2, 103 ‖ Prud. multis locis imperatores appellat bonos duces, ut Theodosium Magnum contr. Symmach. I 618 **39** uuidi] βεβρεγμένοι

$\Omega = A'(Aa)B'(BC)F(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi u$] **24** pęna *A* praemit *φl* **25** partum $F\delta_1$ scythen *γπψ* scithen *BRφ* sciten *δ* scythem (scythē *A'*) *A'Cλ'* scithem *u* **27** Fetus *B* Faetus $ACFR_2$ Foetus $\gamma\delta\lambda'\pi_2 au$ Festus $R_1\pi_1$ incolomi $\gamma\delta_1$ cęsarę *C* cesare *u* fere *ψ* **28** hyberiae *F* hiberie *u* hiberiae *cett.* iberię *Ac.* **31** redit] uenit *δu* letus *u* **32** athibet A_1 de//um *a* **33** te *post* prece *omis.* *R* **34** Defuso *FRγδ* Diffuso *A'B'λ'πu* () **35** graecia *λ* grecia *AR?δπu* ḡcia *Ba* graetia Cl_2 gretia *FR?γ* gratia l_1 **36** hercolis *B* **37** dux] rex *δς* bonę *l* b̄ *B* ferias (uane) *B* **38** Prestes $A'R_1\gamma u$ **39** dicemus *π pr.* **40** oc(c)eano *γ*

VI.

Diue, quem proles Niobea magnae
uindicem linguae Tityosque raptor
sensit et Troiae prope uictor altae
  Phthius Achilles,
ceteris maior, tibi miles impar,
filius quamuis Thetidis marinae
Dardanas turris quateret tremenda
  cuspide pugnax.
ille, mordaci uelut icta ferro
pinus aut inpulsa cupressus Euro,

IIII 6. 1 **T**: Diom. p. 527 Victor. de m. Hor. p. 175 Seru. de metris Hor. IIII p. 469 cf. Pseudophilox. 161, 24: 'proles: suboles' 1 sq. **S**: Soph. Ant. 127 sq.: *Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους ὑπερεχθαίρει* || Stat. Th. III 192 sq.: magniloquos luit impia flatus Tantalis 3 **S**: Sen. Ag. 829 sqq.: te sensit Nemeaeus arto pressus lacerto fulmineus leo ceruaque Parrhasis, s e n s i t Arcadii populator agri Troiae ... altae] Hom. *Ἴλιος αἰπεινή* 4 **T**: Victorinus de metris Hor. p. 176 7 sq. **S**: Sen. Ag. 357 sq.: Pallas, quae D a r d a n i a s saepe petisti c u s p i d e t u r r e s || Manil. IIII 217: m e t u e n d u s c u s p i d e c a u d a e || Sil. VI 215. VII 485 || ad sent. **S**: Hom. Il. XIX 387 sqq.: *πατρώιον ἐσπάσατ' ἔγχος βριθύ, μέγα, στιβαρόν· τὸ μὲν οὐ δύνατ' ἄλλος Ἀχαιῶν πάλλεμεν, ἀλλά μιν οἶος ἐπίστατο πῆλαι Ἀχιλλεύς, Πηλιάδα μελίην, τὴν πατρὶ φίλῳ τάμε Χείρων Πηλίου ἐκ κορυφῆς, φόνον ἔμμεναι ἡρώεσσιν* 9 sqq. **S**: Hom. Il. XVI 482 sqq.: *ἤριπε δ' ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν ἢ ἀχερωὶς ἠὲ πίτυς βλωθρή, τήν τ' οὔρεσι τέκτονες ἄνδρες ἐξέταμον πελέκεσσι νεήκεσι νήιον εἶναι* 10 **S**: Ou. am. I 6, 51: i n p u l s a est ... ianua uento

---

IIII 6. $\Omega = A'(Aa)B'(BC)F(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi u$] APOLLINIS LAVDEM REFERT (APOLLINEM LAVDAT *γa*) QVONIAM SERVAVIT AENEAN (ENEAN *Aγ* AENEAM *λ'* ĘNEÃ *C* eneã *u*) AVCTOREM ORIGINIS (originiſ *B*) ROMANAE (ROMĘ *C* suę romanę *u*). PROSEVTICE TETRACOLOS *A'B'γλ'u* IN APOLLINEM (APPOLLINEM *F*) *FRδπ*

1 magnae] sensit (magne) *π* 2 lingue *A*1 lingę (v) *B* tityos *B'Fπl* titios *Aγ pr. ut uid. u* tytios *Rγ corr. ut uid. δλ* tytyos *a* 3 Sensit// etroiae *R* 4 Phthius *Ac.* Pthius *AB'Fγλ' Victorinus* Pth//ius *a* P///thius *π* Pithius *R*1 *P*Tihus (⊢) *δ* Pinthius *u* 5 Caeteris *Fδl* inpar *FPph.* impar *cett.* 6 tetidis (h) *Bψ* tetidis (⊢) *δ* thecidis *R*1 7 Dardanas *δπ* (*π*1 Dardanus) turris *R*1 *a ut uid.* turres *cett. R*2 9 Iille *δ* uelud *Cψ*1*u* *icta δ*2 *in ras.* 10 inpulsa *FRγa*2 *uar.* impulsa *δπ* inp̄ssa *A* imp̄ssa *B'* impressa *λ'au* cupresus *R* cyp̄ssus *B* cupręssus *π* cupressus *cett.*

procidit late posuitque collum in
  puluere Teucro.
ille non inclusus equo Mineruae
sacra mentito male feriatos
Troas et laetam Priami choreis
  falleret aulam,
sed palam captis grauis, heu nefas heu!
nescios fari pueros Achiuis
ureret flammis, etiam latentem
  matris in aluo:
ni tuis uictus Venerisque gratae
uocibus diuom pater adnuisset
rebus Aeneae potiore ductos
  alite muros.
doctor argutae fidicen Thaliae,

---

11 sq. **S**: Hom. Od. XXIIII 39 sq.: *σὺ δὲ στροφάλιγγι κονίης κεῖσο μέγας μεγαλωστί* . . . Il. XVIII 26 sq.: *αὐτὸς δ' ἐν κονίῃσι μέγας μεγαλωστὶ τανυσθεὶς κεῖτο* **14—16** ad sent. **S**: Eur. Troad. 522 sqq. **15 S**: Prud. psych. 688: ostentans festis respondet l a e t a c h o r e i s **17 S**: Sen. Troad. 987: miseris g r a u i s ‖ *βαρύς τινι* Theocr. 17,19 Eur. Hec. 723. 1087 **18** nescios fari pueros] Hom. *νήπια τέκνα* **19** sq. **S**: Hom. Il. VI 57 sqq.: *τῶν* (sc. *Τρώων*) *μή τις ὑπεκφύγοι αἰπὺν ὄλεθρον χεῖράς θ' ἡμετέρας· μηδ' ὅντινα γαστέρι μήτηρ κοῦρον ἐόντα φέροι, μηδ' ὃς φύγοι* **20 S**: Symphos. aenigm. 14,2: nec eram iam m a t r i s i n a l u o ‖ Ou. met. I 420: ceu m a t r i s i n a l u o **21** sqq. ad sent. **S**: Verg. Aen. I 250 sqq. **23** sq. **S**: Homericum: *τεῖχος ἐλαύνειν* item Verg. Aen. I 423: ducere muros **25** sq. **S**: Stat. Theb. I 696 sqq.: Phoebe parens, seu te Lyciae Patarea niuosis exercent dumeta iugis, seu rore pudico Castaliae flauos amor est tibi mergere crines **25** doctor . . . Thaliae] *Μουσαγέτης* argutae] **S**: Hom. Od. XXIIII 62 et hymn. in Vulcan. 1: *Μοῦσα λίγεια* ‖ Alcman. fr. 1: *Μῶσα λίγεια*

$\Omega = A'(Aa)B'(BC)F(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi u$] **11** in *omis.* $R\gamma$ ( ) **12** troico (teucro *supra*) C troico u **14** Sacramento $F\varsigma$ feri*atos* C feriatos δ **15** letam $A_1 u$ le//tam R choraeis C **16** auram l *ante ras. et corr.* **17** Sed grauis *captis* palam heu u Set γ captis *omis.* $A_2 F\delta$ *pr.* π *pr.* uictor $u_1\varsigma$ ($\alpha_2 v$) captis *cett.* A' *Ac. schol.* γ **19** latentes $C_2\varsigma$ **21** uictus Ω ( ) *uid. Epileg.* grate $A_1\lambda_1$ **22** diuom C diuum *cett.* adnuisset $FR\gamma\delta a$ annuisset $AB'\lambda'\pi u$ adnuis sed *Pph.* **23** eneae $A\pi$ aenæ F potior R_1 doctos (v *supra*) l **25** argutae] argute l argiue u *uar.* ς (s_1 v *uar.*) argiuae δ_1 *uar.* π (at argute π *uar.*) l_2 *uar.* et b (*schol.* $F\lambda$: grecae uel argiuae) fidicem λ' *ante ras.* taliae $F\delta\pi l$

Phoebe, qui Xantho lauis amne crinis,
Dauniae defende decus Camenae,
leuis Agyieu.
spiritum Phoebus mihi, Phoebus artem
carminis nomenque dedit poetae.
uirginum primae puerique claris
patribus orti,
Deliae tutela deae, fugacis
lyncas et ceruos cohibentis arcu,
Lesbium seruate pedem meique
pollicis ictum,
rite Latonae puerum canentes,
rite crescentem face Noctilucam,
prosperam frugum celeremque pronos
uoluere menses.

---

26 'lauit amne crines' **T**: Seru. ad Aen. X 727 **27** 'Italicae uel defendite decus Camenę' **T**: florilegium Cusanum **S**: Auson. prof. 2, 7: Camenarum decus **28** **S**: Eur. Phoen. 631: *καὶ σὺ Φοῖβ' ἄναξ Ἀγυιεῦ* **29** sq. **S**: Ou. a. a. I 25: non ego, Phoebe, datas a te mihi mentior artes ‖ Prop. I 2, 27: cum tibi praecipue Phoebus sua carmina donet **31** sq. **37** **S**: Sen. Ag. 310: canite, o pubes inclita, Phoebum (uid. Zingerle, zu späteren lat. Dichtern p. 17) **33** sq. **S**: Callim. hymn. in Dian. 16 sq.: *ὁππότε μηκέτι λύγκας μήτ' ἐλάφους βάλλοιμι* **35** sq. **T**: schol. *Γ* ad art. poet. 274 **36** **S**: Ou. fast. II 108: reddidit icta suos pollice chorda sonos **38** 'Noctiluca' memoratur apud Varronem de l. L. VI 72 et Auienum or. marit. 429 **39** sq. **S**: Cat. 34, 17 sqq.: tu cursu, dea, menstruo metiens iter annuum, rustica agricolae bonis tecta frugibus exples

---

Ω = *A'*(*Aa*)*B'*(*BC*)*F*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πu*] **26** Phoebe] Phebe *Ru* Phobe *γ* Ph$\overset{o}{e}$be *φ* Ph$\overset{e}{o}$be *π* Phoepe *δ* (*et z*) xanto *C pr. γ corr. δπ* santo *γ pr.* sancto *u* lauit *Seruius* anne *u* crinis R_1 crines *cett.* R_2 **28** agyieu *π pr. a Pph.* agyeu *B'* γ_2 (agieus *schol. γ*) agyleu *Fλ'π corr.* agileu *AR*γ_1 *ut uid. δu Pseudacr. cons. schol. φ* ΑϤẎLLЄI *gloss. λ* () *inde a u.* 29 *nouum carmen incipere arbitratur Sanadon uid. Epileg.* **29** Sp^{ri}itum *R* phoebus ... phebus *Bδ* phębus ... phoebus *γl* phębus ... phębus *A* phębus ... phebus *u* phebus ... phebus R_1 phoebus ... phoebus *cett.* R_2 **31** que] *omis.* l_1 **32** Partibus *B* **33** Delie R_1 fugacis *A'B'γ pr. λ'π pr.* fugaces C_2 *Fγ corr. δπ corr.* a_2*u* **34** Lincas *AFγπu* Lyn//ças *R*, ⌴ *ab alt. m.* choibentis *δ* cohibentes *π pr.* **36** Pollici//s *C u.* **37** *omis. δ pr.* **37** canentis *λ'* **38** noctilucam *BF uar.* $R_2\delta_2$ *aut corr. π uar.* u_1 (i. e. Lunam *schol. λφ*) nocti lucam *λ'ψ uar.* noctiluca *A'*R_1*π p. ras. u p. ras. Ac.* nocti luca *C* nocte lucem *Fδ pr. aut*$_1$ *π ante ras. ut uid., sed parum liquet* **39** fugũ A_1 *frugũ π* cęlerem *π* **40** menses *Ω Pph.* mensis *Porph. uid. Epil.*

nupta iam dices 'ego dis amicum,
saeculo festas referente luces,
reddidi carmen docilis modorum
uatis Horati'.

VII.

Diffugere niues, redeunt iam gramina campis
arboribusque comae;
mutat terra uices, et decrescentia ripas
flumina praetereunt;

---

42 'luces' Iuuenc. euang. hist. IIII 376 44 '... licet haec antiquitas per ἀποκοκήν i. e. ablata I littera enuntiauerit, ut ipse de se Hor.: uatis Horati' incerti fragm. grammat. Bobiense de nomine et pronomine ed. Keil V p. 555

IIII 7. **1** sqq. **S**: eleg. in obit. Maecen. II 113 sq.: redditur arboribus florens reuirentibus aetas: ergo non homini quod fuit ante, redit? **1** sq. **T**: Terentianus p. 379 Fortunatianus p. 303 Victor. p. 104 et p. 169 Augustinus de musica V 13, 28 Diom. p. 527 'diffugere niues r. i. g. c. a. q. c.' **T**: schol. γ epist. I 5, 1 **1 T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 471 Victor. de m. Hor. p. 182 **S**: Lucan. VIIII 182: gramina campis ‖ Auien. orb. terr. 998: ... laetis adsurgunt gramina campis **1. 3 S**: Didonis ep. ad Aen. 58 (63 R.) sqq.: fecundo semine rerum mutat terra uices, autumni (al. et uerni) temporis auras laeta uocat; spisso reuirescit gramine campus **2 T**: Diomed. p. 515 Victorinus p. 101. 102 **S**: Sedulius pasch. carm. IIII 48: arboreisque comis ‖ κόμη = folia iam apud Hom. inuenitur (Od. XXIII 195), cf. adnot. ad Hor. c. I 21, 5 **3** sqq. **S**: anthol. Lat. 676, 3. 11 sq. R.: alternant elementa uices et tempora mutant ... omnia dat, tollit minuitque uolatile tempus. uer, aestas, autumnus, hiems, redit annus in annum **3 S**: Prud. contra Symm. II 318: sic uariat natura uices ‖ append. Aus. epigr. 10, 2 p. 255 Sch.: semper mouetur, uariat ac mutat uices ‖ laud. Pis. 145: ipsa uices natura subit ‖ Claud. in Ol. et Prob. cons. 12: mutare uices ‖ Alcimus Auitus carm. V 445: mutauit natura uices ‖ ibid. 621: mutatque uices ‖ Paulin. Nol. c. 19, 234 ‖ 24, 351

Ω = *A'*(*Aa*)*B'*(*BC*)*F*(φψ)*R*γδλ'(λl)π*u*] **41** dis *B'FR*π*u* diis *A'*γδλ' **42** Seculo *Au* Scto *C*δ Saeculo *cett.* **43** Redidi *F* **44** Vat//s π horati *FR*γδπ *Ac.* horatii *A'B'lu* horacii λ

IIII 7. AD MANLIVM (MANUUM *l*) TORQVATVM DE MORTALITATE · REFERT (REFERET *A'*) ENIM OMNIA MVTARI (MATVRI γ MOTARI *C*) MOMENTO TEMPORIS (MOMENTO TEMPORIS MUTARI λ'*u*) PARAENETICE (PARANETICE *A'C*γλ'*u*) TETRACOLOS (*omis.* γ) *A'B'*γλ'*u* AD MANLIVM TORQVATVM · VERNI TEMPORIS SCRIPTIO (SCRIPTU// with "io" above δ) *F*δπ ADMAIVM TORQVATVM · *R*
4 pretereunt *AF*γλ

Gratia cum Nymphis geminisque sororibus audet
  ducere nuda choros.
inmortalia ne speres, monet annus et almum
  quae rapit hora diem.
frigora mitescunt Zephyris; uer proterit aestas,
  interitura, simul
pomifer autumnus fruges effuderit, et mox
  bruma recurrit iners.
damna tamen celeres reparant caelestia lunae;

---

5 S: carm. Priap. apud Ruggiero syllog. epigraph. II nr. 152: te Venus bona, feruidus Cupido, Gratia et geminae colunt sorores **S**: Manil. III 649: et uarios audet flores emittere tellus **7 S**: Pind. Pyth. 3, 61 sq.: *μὴ ... βίον ἀθάνατον σπεῦδε* ‖ Eur. Alc. 799: *ὄντας δὲ θνητοὺς θνητὰ καὶ φρονεῖν χρεών* ‖ fragm. inc. 1075 N.: *θνητὸς γὰρ ὢν καὶ θνητὰ πείσεσθαι δόκει· θεοῦ βίον ζῆν ἀξιοῖς ἄνθρωπος ὤν;* ‖ epigr. adespot. 655, 1 apud Brunck. anal. III 290: *μὴ σύ γε θνητὸς ἐὼν ὡς ἀθάνατός τι λογίζου* ‖ Simonid. fr. 85, 7—9: *θνητῶν δ' ὄφρα τις ἄνθος ἔχῃ πολυήρατον ἥβης, κοῦφον ἔχων θυμὸν πόλλ' ἀτέλεστα νοεῖ· οὔτε γὰρ ἐλπίδ' ἔχει γηρασέμεν οὔτε θανεῖσθαι* ‖ excerpta Grotii p. 923: *θνητὰ χρὴ τὸν θνητόν, οὐκ ἀθάνατα τὸν θνητὸν φρονεῖν* ‖ anth. Pal. XI 56 anonym.: *ὡς δύνασαι, χάρισαι, μετάδος, φάγε, θνητὰ λογίζου* 7 sq. Homericum *ἱερὸν ἦμαρ* (Il. VIII 66 et alibi) et Vergil. Aen. V 64 sq.: si nona diem mortalibus almum aurora extulerit **8 S**: anth. Lat. 931, 51 R.: interea rapit hora, nec est reparabilis, horam **9—12 S**: Lucr. V 735 sqq.: it Ver et Venus et Veris praenuntius ante pinnatus graditur Zephyrus ... inde loci sequitur calor aridus ... inde autumnus adit ... tandem bruma niues adfert pigrumque rigorem ‖ Lucil. Aetn. 237 sq.: cur aestas ipsa senescit autumnoque obrepit hiems et in orbe recurrit **9—11 S**: laud. Pison. 150 sq. B.: uer fugit aestates: aestatum terga lacessit pomifer autumnus niuibus cessurus et undis 9 proterit] **S**: Manil. I 633 uer proterit aestas] **S**: Sil. XV 526 sq.: decima haec iam uertitur aestas, ex quo proterimur **11 S**: Iulianus anthol. Lat. 571, 3 R.: pomifer autumnus tenero dat palmite fructus; mox humus hibernis albescit operta pruinis autumnus pomifer etiam laud. Pis. 151 et Vital. anth. Lat. 578, 3 R. **12 S**: Bion 17, 5 *χεῖμα δύσεργον* ‖ anthol. Lat. 117, 23 R.: pigra ... bruma ‖ Auson. edyll. 8, 49: brumamque morantem ‖ Verg. ge. I 299: hiems ignaua **13—16 S**: Mosch. 3, 100 sqq.: *αἴ, αἴ, ταὶ μαλάχαι μὲν ἐπὰν κατὰ κᾶπον ὄλωνται, ἢ τὰ χλωρὰ σέλινα τό*

Ω = *A'*(*Aa*)*B'*(*BC*)*F*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πu*] **5** nimphis *ABδu* nimphys *C* **7** Im̃ortalia *B* Immortalia *Cπal* Inmortalia *cett. Pph. Ac.* annus] nanus *π pr.* album *Rς* allium *γ* **8** ora *l* **9** zephyris *Cλ'πψ* zephiris *A' Rγδφu* zefyris (ph) *B* estas *u* *u.* 10 *omis.* *λ1* **11** autunnus *u* fruges cum effuderit *l* friges *R1* effunderet. mox *A1* effunderẹ (it &) *C* effugerit *π pr.* **12** recur//rrit *δ* recurit *R2* recuret *R1* inhers *Aδ* **13** Danna *u* Dampna *δ ante ras.* celeris *B* cẹleres *π* celestia *ACδλu*

nos, ubi decidimus,
quo pius Aeneas, quo Tullus diues et Ancus,
puluis et umbra sumus.
quis scit, an adiciant hodiernae crastina summae
tempora di superi?

τ' εὐθαλὲς οὖλον ἄνηθον, ὕστερον αὖ ζώοντι καὶ εἰς ἔτος ἄλλο φύοντι· ἄμμες δ' . . . ὁππότε πρᾶτα θάνωμες, ἀνάκοοι ἐν χθονὶ κοίλᾳ εὕδομες εὖ μάλα μακρὸν ἀτέρμονα νήγρετον ὕπνον || Catull. 5, 4 sqq.: soles occidere et redire possunt. nobis, cum semel occidit breuis lux, nox est perpetua una dormienda **13 S**: Symmach. relat. 12, 4 = epist. X 32, 4 p. 290 Seeck: aliis titulis fatalia damna reparate || Sen. Phaedr. 467 sq.: cum tam rapaces cerneret fati manus, ut damna semper subole repararet noua || Rutil. Namat. I 122: exemplo caeli ditia damna subis || Apoll. Sid. c. 15, 40 sq.: quid menstrua lunae incrementa parent, totidem cur damna sequantur || Ou. m. I 11: reparabat cornua Phoebe || Petr. 5, u. 5: lunaeque senectus et reparatus honos || Didon. epist. ad Aen. 38 (43 R.) sq.: reparatum Cynthia format lucis honore iubar || Manil. II 95: et cum damna tuas imitantur, Delia, uires || Auson. edyll. 9, 11 sqq. (p. 19 Sch.): contraria Phoebus ut momenta ferat seruata parte dierum, et nouus hiberno reparet sua lumina pulsu **14 T**: Seru. ad Aen. I 714 **14—16 S**: Asclepiades carm. 21 (anal. Br. I p. 215): *φείδῃ παρθενίης, καὶ τί πλέον; οὐ γὰρ ἐς Ἅιδην ἐλθοῦσ' εὑρήσεις τὸν φιλέοντα, κόρη. ἐν ζωοῖσι τὰ τερπνὰ τὰ Κύπριδος· ἐν δ' Ἀχέροντι ὀστέα καὶ σποδιή, παρθένε, κεισόμεθα* || Sotion ap. Ath. VIII p. 336 f: *ἕξεις δ' ὅσ' ἂν φάγῃς τε καὶ πίῃς μόνα· σποδοὶ δὲ τἄλλα, Περικλέης, Κόδροι, Κίμων* **14 sq. S**: Lucr. III 1023 sqq.: lumina sis oculis etiam bonus Ancus reliquit, qui melior multis quam tu fuit, improbe, rebus: inde alii multi reges rerumque potentes occiderunt (cf. carm. I 28, 7), magnis qui gentibus imperitarunt (cf. serm. I 6, 4) || Ou. met. X 17 sq.: o positi sub terra numina mundi, in quem decidimus, quicquid mortale creamur **15** pius Ae.] **S**: Ou. am. II 18, 31. Verg. Aen. I 378. VI 9. **16 S**: Soph. El. 1158 sq.: *ἀντὶ φιλτάτης μορφῆς σποδόν τε καὶ σκιὰν ἀνωφελῆ* || id. fr. 12 N.: *ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα καὶ σκιὰ μόνον* || Eur. Mel. 20: *κατθανὼν δὲ πᾶς ἀνὴρ γῆ καὶ σκιά· τὸ μηδὲν εἰς οὐδὲν ῥέπει* || Aus. epitaph. 18, 2 p. 76 Sch.: ductores quondam puluis et umbra sumus || Paul. Nol. carm. 10, 289: et sine Christo puluis et umbra || Venantius Fortunat. VII 12, 60: fumus et umbra sumus **17 sq. S**: Eur. Alc. 784 sq.: *οὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἐξεπίσταται τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται* || Anacreonteum 15, 9 sq.: *τὸ σήμερον μέλει μοι, τὸ δ' αὔριον τίς οἶδεν;* || Pallad. in anth. Pal. XI, 62: *πᾶσι θανεῖν μερόπεσσιν ὀφείλεται οὐδέ τίς ἐστιν αὔριον εἰ ζήσει θνητὸς ἐπιστάμενος*

Ω = *A'*(*Aa*)*B'*(*BC*)*F*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πu*] **15** Quis φ_1 pius *A' B' F R γ* δ_2 *λ' Pph.* pater δ_1 *πu* () *uid. Epileg.* tullus diues *A' C R γ λ' Pph. Ac.* tullius diues *B* diues tullus *δπu* diues dullus *schol. λ pr. schol. φ* diues iulus *F* **17** Qui scit ς(*v* z_1) *Pph.* Qui scis *B'* Quis scit *δ opp. Pseudacr. schol. φ* aditiant *u* hodierne *u* summae *A' B F* R_1 *γ* δ_2 *uar. λ'* sumę *C* uitae A'_2 R_2 *δπφ uar. u* () **18** Tympora *A* Tempa δ_1 dii *A' γ* δ_2 *λ' u* (di] pro dii *schol. λφ*)

cuncta manus auidas fugient heredis, amico
  quae dederis animo.
cum semel occideris et de te splendida Minos
  fecerit arbitria,
non, Torquate, genus, non te facundia, non te
  restituet pietas:
infernis neque enim tenebris Diana pudicum
  liberat Hippolytum,
nec Lethaea ualet Theseus abrumpere caro
  uincula Pirithoo.

---

19 sq. **S**: epigr. anonym. anth. Pal. XI c. 56, 5 sq.: *πᾶς ὁ βίος τοιόσδε, ῥοπὴ μόνον· ἂν προλάβῃς, σοῦ, ἂν δὲ θάνῃς, ἑτέρου πάντα, σὺ δ' οὐδὲν ἔχεις* ‖ Simon. 85, 11—14: *νήπιοι, οἷς ταύτῃ κεῖται νόος οὐδὲ ἴσασιν, ὡς χρόνος ἔσθ' ἥβης καὶ βιότου ὀλίγος θνητοῖς. ἀλλὰ σὺ ταῦτα μαθὼν βιότου ποτὶ τέρμα ψυχῇ τῶν ἀγαθῶν τλῆθι χαριζόμενος* ‖ Theocr. 16, 23 sq.: *οὐχ ἅδε πλούτου φρονέουσιν ὄνασις· ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχᾷ, τὸ δὲ καί τινι δοῦναι ἀοιδῶν* **20 S**: Bacchidae epitaph. apud Athen. VIII p. 336 d: *πιέν, φαγὲν καὶ πάντα τᾷ ψυχᾷ δόμεν* **21** sqq. **S**: Eurip. Alc. 985 sq.: *οὐ γὰρ ἀνάξεις ποτ' ἔνερθεν κλαίων τοὺς φθιμένους ἄνω* **23** sq. **S**: Stat. silu. V 1, 154 sq.: quid probitas aut casta fides, quid numina prosunt culta deum? **24 S**: Verg. Aen. II 429: nec te tua plurima, Panthu, labentem pietas nec Apollinis infula texit **25** sq. neque enim Diana pudicum liberat Hippolytum **T**: Seru. ad Aen. VI 617 mythographus II c. 128 ap. Mai class. auct. III 132 **S**: Prud. cath. 12, 164 sqq.: at nos . . . dux noster hoste saucio mortis tenebris liberat ‖ ad sent. cf. Eurip. Hippolytum sub fin. **26 T**: expositio metrica **27** sq. **S**: Euripid. Pirith. fr. 4

Ω = A′(Aa)B′(BC)F(φψ)Rγδλ′(λl)πu] **19** fugiant (e *supra* a) *π* herebis δ_1 $\lambda'_2\psi_1 u_2$ herebit φ_1 *et* φ_2 *uar.* $\psi_2 l_2$ *uar. schol. Fλ* hęrebit ψ_2 heredis *cett.* $\delta_2\lambda'_1 u_1$ *Porph. Pseudacr.* **20** Que *γ* anim*o* *R* **21** *Desunt duo folia cod. C* Que at Cum *γ* mynos (*sed* o *in ras.*) *π* minos, *sed* o *in ras., l* mynos *δ* *u.* **24** *om. γpr.* **24** Restituit *Rlpr.* **26** hippolytum *B corr. Pph.* hippolitum *A* hyppolitum *Bpr.F*δ_2*πa* hypolitum *γλ′* ypolitum *R* hyppulitum δ_1 ipolitum *u* **27** lethaea *Bγ* lethea *A′Rλ′u* laethaea *π* lęthea *F* loethea *δ* letea *u* abrumpe (re *supra*) *a* **28** pirithoo *FRγλ corr. π corr. u* perithoo *A′Bδλ′πpr.*

VIII.

Donarem pateras grataque commodus,
Censorine, meis aera sodalibus
donarem tripodas, praemia fortium
Graiorum, neque tu pessuma munerum
ferres, diuite me scilicet artium,
quas aut Parrhasius protulit aut Scopas,
hic saxo, liquidis ille coloribus

IIII 8. **1** sqq. **S**: Pind. I. 1, 18—22: *ἔν τ' ἀέθλοισι θίγον πλείστων ἀγώνων, καὶ τριπόδεσσιν ἐκόσμησαν δόμον καὶ λεβήτεσσιν φιάλαισί τε χρυσοῦ, γευόμενοι στεφάνων νικαφόρων* ‖ idem Pind. N. 5, 1 sqq.: *οὐκ ἀνδριαντοποιός εἰμ', ὥστ' ἐλινύσοντά μ' ἐργάζεσθαι ἀγάλματ' ἐπ' αὐτᾶς βαθμίδος ἑσταότα* ‖ Hom. Il. XI 700 sq. ‖ Censorin. de die nat. 1, 1 in dedicatione libri sui ad Q. Cerellium missi: munera ex auro uel quae ex argento nitent caelato opere, nonnumquam quam materia cariora ‖ Ou. ex P. IIII 8, 31 sqq.: nec tibi de Pario statuam, Germanice, templum marmore ... Naso suis opibus, carmine, gratus erit ... carmine fit uiuax uirtus expersque sepulchri notitiam serae posteritatis habet ... scriptis Agamemnona (cf. c. IIII 9, 25) nosti et quisquis contra uel simul arma tulit. quis Thebas septemque duces sine carmine nosset, et quicquid post haec, quicquid et ante fuit? ... sic uictor laudem superatis Liber ab Indis, Alcides capta traxit ab Oechalia **1 T**: Terentianus p. 405 Diom. p. 527 Victor. de m. Hor. p. 175 **6—8 T**: Seru. ad Aen. VI 20 **7. 13 S**: Val. Fl. II 466 sq.: Pariusue notas et nomina (cf. u. 18) sumit cum lapis aut liquidi referunt miranda colores **7 S**: Apoll. Sid. carm. 23, 502 sqq.: quales nec statuas imaginesque aere aut marmoribus coloribusque Mentor, Praxiteles, Scopas dederunt, quantas nec Polycletus ipse finxit, nec fit Fidiaco figura caelo

---

IIII 8. *Ω* = *A'*(*Aa*)*BF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πu* AD CENSORINVM CŌPARATIO POETICES DIVITIARVM SIMVL AC VIRTVTIS. ENCOMIASTICE (ENCOMASTICE *B*) MONOCOLOS *AB* AD CENSORINV̄ MARCVM *F* AD MARCIVM (MARTIVM *π*) CENSORINVM *Rπ* AD CENSORINUM *δ* AD MARCIVM CENSORINVM (ADMARGIUS CENSORINUS *l* AD MARCIVM CENSORIVM *γ*) CŌPARATIO (CŌPORATIO *γ*) POETICES DIVITIARVM (DIVICIARVM *λa*) SIMVL AC (ET *γ*) VIRTVTIS · ENCOMIASTICE (ONCOMIASTICE *γ*) MONOCOLOS (INMONOCOLOS · *l* TETRACOLOS *γ*) *γλ'a* AD MARGIUM CENSORINUM ENCOMIASTICE MONOCOLOS *u*

1 pateres (a *supra* e) *π* commodus *A'BRγδ2φ* *uar. expositio metrica Pseudacr. Diomedes Terentianus Victorinus* commodis *Fδ1λ'πu* () **2** sodolibus *R1* **3** trippodas *λ* premia *ARlu* proemia *γ* praemia *uel* p̄mia (*sic Fλ*) *cett. om. π1* **4** pessuma *Fγ1δ1π* *ante ras.* pessima *A'BRγ2δ2λ'π2u* **5** diuite//e (m *supra*) *π* **6** quas aut] qualis *Seruius* parrhasius *A'Bπ* *corr.* parhasius *γ* parrasius *Fλ'u* parrasius (h *supra*) *δ* parrhsius (a *supra*) *R* farrasius *π pr.* protulit] prodidit *Seruius Th.*

sollers nunc hominem ponere, nunc deum.
sed non haec mihi uis, non tibi talium
res est aut animus deliciarum egens.
gaudes carminibus; carmina possumus
donare et pretium dicere muneri.
non incisa notis marmora publicis,
per quae spiritus et uita redit bonis
post mortem ducibus, non celeres fugae
reiectaeque retrorsum Hannibalis minae,
non incendia Carthaginis impiae

---

11 sqq. **S**: Mart. VII 84, 3—8: i, liber, ad Geticam Peucen Histrumque iacentem: haec loca perdomitis gentibus ille tenet. parua dabis caro, sed dulcia dona sodali (cf. huius carminis uu. 1. 2): certior in nostro carmine uultus erit; casibus hic nullis, nullis delebilis annis uiuet, Apelleum cum morietur opus **13 S**: Hieronym. adu. Rufinum 3: incisa publicis litteris aera cognosces **14** sq. **S**: Pind. fr. 98: *πρέπει δ' ἐσλοῖσιν ὑμνεῖσθαι καλλίσταις ἀοιδαῖς· τοῦτο γὰρ ἀθανάτοις τιμαῖς ποτιψαύει μόνον. θνᾴσκει δὲ σιγαθὲν καλὸν ἔργον* || Lucan. VIIII 980 sq.: o sacer et magnus uatum labor. omnia fato eripis (cf. u. 25) et populis donas mortalibus aeuum || Apoll. Sid. carm. 2, 312 sq.: funera seruat cantus et aeterno uiuunt in carmine mortes **14 S**: Verg. Aen. VI 847 sq.: excudent alii spirantia mollius aera (credo equidem), uiuos ducent de marmore uoltus **15 S**: Sil. XVII 147 sq.: notusque fugarum ... Hasdrubal || XIIII 557: mortesque fugaeque

---

$\Omega = A'(Aa)BF(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi u$] **8** Sollers Ω Solers *schol.* φ () **9** Set γ hec $A\iota\varphi$ nec tibi $\delta\varsigma$ non tibi *cett. Pph.* () **10** aut] $\overset{a}{\ }$ut δ delitiarum $A\delta u$ diliciarum B **11** Gaude////s $\lambda\psi$ possimus l (v supra) **12** precium a muneri Ω *Pph. Ac.* muneris ς (μ *uar.*) *uid. Epileg.* **13** inscisa l *ante ras.* publicis Ω *schol.* γ publica *Pph.* *uu.* **14—17** *del. Peerlk.* **14** Perque *A pr.* Per//quę π *uu.* **15** non — **19** rediit *del. Lachmann* **15** celeris fuga $A'B\lambda'$ celeres fuge R celeres fugae *cett.* *u.* **17** *del. Bentl. cf. praeter ea quae in Epileg. exposuimus Porph. ad serm.* II 1, 16 *sq. et τὸ ἀξίωμα συμπεπλεγμένον apud Gellium* XVI 8, 10 *sq. ubi haec legimus:* 'P. Scipio Pauli filius et bis consul fuit et triumphauit et censura functus est et conlega in censura L. Mummi fuit.' in omni autem coniuncto si unum est mendacium, etiamsi cetera uera sunt, totum esse mendacium dicitur. nam si ad ea omnia, quae de Scipione illo uera dixi, addidero 'et Hannibalem in Africa superauit', quod est falsum, uniuersa quoque illa, quae coniuncte dicta sunt, propter hoc unum, quod falsum accesserit, quia simul dicentur, uera non erunt in dispendia *G. Hermann* impendia *Cuningham* stipendia *Döring* karthaginis R kartaginis $B\gamma\delta$ cartaginis π carthaginis *cett.* inpię λ impiae *cett.*

eius, qui domita nomen ab Africa
lucratus rediit, clarius indicant
laudes, quam Calabrae Pierides: neque,
si chartae sileant quod bene feceris,
mercedem tuleris. quid foret Iliae
Mauortisque puer, si taciturnitas
opstaret meritis inuida Romuli?
ereptum Stygiis fluctibus Aeacum
uirtus et fauor et lingua potentium
uatum diuitibus consecrat insulis.
dignum laude uirum Musa uetat mori.
caelo Musa beat. sic Iouis interest
optatis epulis impiger Hercules,
clarum Tyndaridae sidus ab infimis

---

18 sq. **S**: Valer. Max. III 7, 1: cum Africam totam potestati uestrae subiecerim, nihil ex ea, quod meum diceretur, praeter cognomen retuli **19** sq. **S**: Ou. am. I 10, 61 sq.: scindentur uestes, gemmae frangentur et aurum: carmina quam tribuent, fama perennis erit **20** sq.: Pind. Ol. 10, 91 sq.: *καὶ ὅταν καλὰ ἔρξαις ἀοιδᾶς ἄτερ . . . εἰς Ἀίδα σταθμὸν ἀνὴρ ἵκηται, κενεὰ πνεύσαις ἔπορε μόχθῳ βραχύ τι τερπνόν . . . τρέφοντι δ' εὐρὺ κλέος Κόραι Πιερίδες Διός* **20 S**: Mart. XII 94, 5: fila lyrae moui Calabris exculta Camenis **22** sq. **S**: Theocr. 16, 48 sqq.: *τίς δ' ἂν ἀριστῆας Λυκίων ποτέ, τίς κομόωντας Πριαμίδας ἢ θῆλυν ἀπὸ χροιᾶς Κύκνον ἔγνω, εἰ μὴ φυλόπιδας προτέρων ὕμνησαν ἀοιδοί;* **26—29**] schol. Lucan. VIIII 980 sq. Sulp.: sic Horatius: uirtus et fauor et lingua potentium natum diuitibus consecerat insulis: dignum laude uirum musa uetat mori coelo musa beat **27** *τὰς μακάρων νήσους* primus commemorat Hes. *ἔργ.* 170 sqq. postea Pindar. Ol. 2, 70 sqq. **28** sq. **S**: Aristot. carm. 1, 20 (anal. Br. I p. 177): *τοιγὰρ ἀοίδιμος ἔργοις, ἀθάνατόν τε μιν αὔξουσι Μοῦσαι Μναμοσύνας θύγατρες* **28 S**: anth. Lat. 671, 4—6 R.: aurea Clio, tu nihil magnum sinis interire, nil mori clarum pateris **29** sq. Tac. dial. 12: nec ullis aut gloria maior aut augustior honor, primum apud deos, quorum proferre responsa et interesse epulis ferebantur **29 S**: Pind. P. 3, 112—115 ‖ Aus. XIX 110 Sch.: insinuat caelo disque inserit emeritos laus **30** uid. Pind. I. 4, 94 sqq. **31** sq. **S**: Sen. Herc. fur. 552 sq.: geminum Tyndaridae genus succurrunt timidis sidera nauibus

---

Ω = *A′(Aa)BF(φψ)Rγδλ′(λl)πu*] **17** E*i*us *δ* affrica *u* **19** clarus *A pr.* **21** Sic ħartę *B* chartae *R* charthe *γ* carthae *A′* cartae *Fδπu* charthę *l* carthe *λ* bone *λ* bonae *l* **22** quod *l pr.* floret *R*1 **24** Opstaret *R* Optar& *π* Oobstaret *δ* Obstaret *cett.* **25** stygiis *Bγπa* stigiis *AFRδλ′u* eacum *π corr. φ uar. u* ecū *π pr.* aequum *Fδ*1*π uar. schol. λφ* **26** potent*ium δ* **28** laud//e, ‿ *ab alt. manu, δ* mori *δ*2 (muri *z pr.*) **29** Celo *u* **30** inpiger *FRλ* inpigær *γ* impiger *cett* **31** tyndaride *π* tindaridę *Fδ*2 tindaride *δ*1*u* sydus *ψ*

quassas eripiunt aequoribus rates,
ornatus uiridi tempora pampino
Liber uota bonos ducit ad exitus.

VIIII.

Ne forte credas interitura, quae
longe sonantem natus ad Aufidum
  non ante uolgatas per artis
    uerba loquor socianda chordis.
non, si priores Maeonius tenet
sedes Homerus, Pindaricae latent
  Ceaeque et Alcaei minaces
    Stesichorique graues camenae;

---

32 **S**: Theocr. 22, 17: *ὑμεῖς γε καὶ ἐκ βυθοῦ ἕλκετε νᾶας*

IIII 9. **1** **T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 470 ‖ Diomed. p. 527 praem. 'libro quarto ... ode VIIII' Victor. de m. Hor. p. 179 **2** **S**: Sil. VIII 629 sq.: fundoque imo mugiuit anhelans Aufidus **T**: schol. Lucan. II 406 Us. p. 76 sq. sic: Aufidus uero fluuius iuxta Canusium impetu fertur ingenti, quem lo⟨n⟩ge sonare dicit Oratius **3** **T**: Victor. de m. Hor. p. 180 **4** **T**: Victor. l. c. p. 181: uerba — ch. **S**: Pindar. Nem. 4, 5: *εὐλογία φόρμιγγι συνάορος* ‖ Ou. met. XI 5: Orphea percussis sociantem carmina neruis **5** sq. **S**: Lucr. III 1035 sq.: quorum (sc. poetarum) unus Homerus sceptra potitus ‖ Antipat. Thess. in anthol. Pal. VII epigr. 409, 6: *εἰ δ' ὕμνων σκᾶπτρον Ὅμηρος ἔχει* **8** **S**: Apoll. Sid. carm. 9, 211 sqq.: non hic ... spectes ... laesi Archilochi feros iambos uel plus Stesichori (codd. stersichori) graues camenas ‖ Stat. s. V 3, 154: Stes. ferox

---

$\Omega = A'(Aa)BF(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi u$] **32** Qassa δ_1 eripi[a]unt *A* erip*iu*nt *δ* equoribus *u* **33** Ornatus *δ* t[y]empora *A* **34** nota *π* duxit *A'Bλ'* ducit *cett. Ac. schol. γ*

IIII 9. CONSECRARI AIT CARMINA SVA MERERI, QVONIAM NIHIL (NICHIL *A*) EST (*omis. A'γλ'*) QVOD (*omis. A'γλ'*) NON CARMINIBVS (CARMINЄ *λ*) ILLVSTRATVR *A'Bγλ', add. λ'*: AD LOLLIUM DE INMORTALITATE CARMINVM SVORVM *λ'* AD LOLLIVM DE IMMORTALITATE CARMINVM SVORVM *Fδπ* AD LOLLIUM *u sine interuallo et titulo R*

1 interituraque *R* **2** sonantē ego natus *π a. ras. ut uid. u* **3** uolgatas *FRγδπ* uulgatas *A'Bλ'u Victor.* artis *Rπ pr.* arces *γ* artæs *l* artes *cett. π corr. Victor.* **4** loquar *FRπu Victor.* loquor *cett. u uar.* cordis *Fδal p. ras. u* codis *λ* **5** priores *R* meonius *Bδu* **6** pindarichæ *π* pindarice $\delta_1 l$ la*t*ent *π* **7** Ceeq. δ_1 Cạeaeque *a* alcei *A'Fδλu* **8** Stesichori $BR\lambda_1$ Stersichori $A'\gamma\pi a_2$ *uar.* Stersicori *δ* Sthersichori *F* Tersichori *Ac.* T*ersi*cori *u* Thersi chori *l* -que $FR\gamma\delta_1\lambda_2\pi a_2$ *uar. u Ac.* -ue $A'B\delta_2\lambda'$

nec siquid olim lusit Anacreon,
deleuit aetas; spirat adhuc amor
uiuntque commissi calores
Aeoliae fidibus puellae.
non sola comptos arsit adulteri
crines et aurum uestibus inlitum
mirata regalisque cultus
et comites Helene Lacaena;
primusue Teucer tela Cydoneo
direxit arcu; non semel Ilios
uexata; non pugnauit ingens
Idomeneus Sthenelusue solus

---

9 sq. nec — aetas testari uidetur schol. palimpsest. Verg. ecl. 6, 1 a Maio editus: nec sicut (leg. siquid) olim lusit Anacreon uel Veronensis (leg. deleuit aetas) **S**: Critias ap. Ath. XIII p. 600 e de Anacreonte: *οὔ ποτέ σου φιλότης γηράσεται οὐδὲ θανεῖται* uid. praeterea quae ad c. I 32, 2 adnotauimus **13** sq. **S**: Aristoph. eccl. 954 sq.: *πάνυ γάρ τις ἔρως με δονεῖ τῶνδε τῶν σῶν βοστρύχων* **14 S**: Eur. Tr. 991 sq.: *σὺ γοῦν ἰδοῦσα βαρβάροις ἐσθήμασι* (sc. Paridis) *χρυσῷ τε λαμπρὸν ἐξεμαργώθης φρένας* ‖ idem Cycl. 181 sqq.: *ἐπεί γε πολλοῖς ἥδεται γαμουμένη; τὴν προδότιν, ἣ τοὺς θυλάκους τοὺς ποικίλους περὶ τοῖν σκελοῖν ἰδοῦσα καὶ τὸν χρύσεον κλῳὸν φοροῦντα περὶ μέσον τὸν αὐχένα ἐξεπτοήθη, Μενέλεων ἀνθρώπιον λῷστον λιποῦσα* **14 S**: Sen. Phaedr. 387 sq.: remouete, famulae, purpura atque auro inlitas uestes **15** sq. **S**: Eur. Tr. 993 sq.: *ἐν μὲν γὰρ Ἄργει μίκρ' ἔχουσ' ἀνεστρέφου . . . οὐδ' ἦν ἱκανά σοι τὰ Μενέλεω μέλαθρα* **17** sq. Cydon. arcu] **S**: Callim. hymn. in Dian. 81. 83 ipsam Dianam dicentem facit: *Κύκλωπες, κήμοί τι Κυδώνιον εἰ δ' ἄγε τόξον . . . τεύξατε* ‖ Verg. ecl. 10, 59 sq.: torquere Cydonia cornu spicula ‖ Sil. II 109: crebra Cydoneo fundebat spicula cornu ‖ de Teucro Hom. Il. XIII 313 sq. **17 S**: panegyr. in Constantinum c. 8 p. 165, 25 B.: Cydonumue tela **18** sq. 'non semel — uexata' **T**: Seru. ad Aen. III 3 **S**: Ou. tr. II 318 sq. cur non . . . uexata est iterum carmine Troia meo?

Ω = *A′*(*Aa*)*BF*(*φψ*)*Rγδλ′*(*λl*)*πu*] **9** anacroen *A′* **10** recens (*ł amor* superscr.) *π* **11** Uiuntq. *δ*1 uiuntq, (v superscr.) *B* Viuuntque *δ*2 *cett.* **12** Eolię *u* Aeolie *δ*1 **13** conptos *u* **14** inlitum *FRγδ*1*πu* illitum *cett.* *δ*2 **15** M*irata* *u* regales *R*2*u* regelis (e superscr.) *a* regalis *cett.* *R*1 *Ac.* **16** helene *γδa* helenae *Bλ′u corr.* helęne *π* helena *A* helena *u pr.* helenę *R, uirgula ab alt. manu adiecta esse uidetur* lacęnę *π* lacenae *Fλ′* lacene *δ* lacena *cett.* *l p. ras.* **17** Primusque *FRπu Ac.* Primus. (.ue superscr.) *δ* Primusue *cett.* te lacidonio *B* cydonio *u* cidoneo *ABF* cydoneo *cett.* **18** Derexit *R* ilios *δπ* **19** Vexat *B* non *A′Bδλ′au Ac.* nec *FRγ* n(ec superscr.) *π* **20** sthenelus *AFγπ* sthelenus *Bλ*1 (?) stelenus *Rδlu* sthele////lus *λ* stelemus *a* -ue *FRγδ*2 -que *A′Bδ*1*λ′πu*

dicenda Musis proelia; non ferox
Hector uel acer Deiphobus grauis
excepit ictus pro pudicis
coniugibus puerisque primus.
uixere fortes ante Agamemnona
multi; sed omnes inlacrimabiles
urgentur ignotique longa
nocte, carent quia uate sacro.
paulum sepultae distat inertiae
celata uirtus. non ego te meis
chartis inornatum sileri
totue tuos patiar labores

---

23 sq. **S**: Hom. Il. VIII 56 sq.: *μέμασαν δὲ καὶ ὣς ὑσμῖνι μάχεσθαι χρειοῖ ἀναγκαίῃ πρό τε παίδων καὶ πρὸ γυναικῶν* **25** sqq. **S**: Pind. N. 7, 12 sqq.: *ταὶ μεγάλαι γὰρ ἀλκαὶ σκότον πολὺν ὕμνων ἔχοντι δεόμεναι. ἔργοις δὲ καλοῖς ἔσοπτρον ἴσαμεν ἑνὶ σὺν τρόπῳ, εἰ Μναμοσύνας ἕκατι λιπαράμπυκος εὕρηταί τις ἄποινα μόχθων, κλυταῖς ἐπέων ἀοιδαῖς* ‖ Boeth. phil. consol. II 7: sed quam multos clarissimos suis temporibus uiros scriptorum inops deleuit opinio! **26** **S**: '*ἄκλαυτος*' Hom. Il. XXII 386, *ἄκλαυστος* Eur. Hecub. 30 **27** sq. **S**: Vopisc. Prob. 2, 3 sq.: Cn. Pompeium, tribus fulgentem triumphis ... multarumque rerum gestarum maiestate sublimem, quis tandem n o s s e t (cf. i g n o t i), n i s i (cf. c. IIII 8, 21. 23) eum M. Tullius et T. Liuius in litteras rettulissent? P. S c i p i o n e m A f r i c a n u m (cf. c. IIII 8, 18), immo Scipiones o m n e s ... nonne t e n e b r a e (cf. nocte) possiderent ac tegerent, nisi commendatores eorum historici nobiles atque ignobiles extitissent? **28** **S**: Theocr. 16, 29: *Μουσάων ... ἱεροὺς ὑποφήτας* **29** sq. **S**: Auson. ephem. oratio u. 63 sq.: p a u l u m d i s t a r e uidetur suspectus uereque reus ‖ Sil. III 145: quantum etenim distant a morte silentia uitae? ‖ Claudian. cons. Hon. IIII 225 sq.: uile latens uirtus: quid enim submersa tenebris proderit obscuris? ‖ Boeth. phil. cons. I 5, 34 sq.: latet obscuris condita uirtus clara tenebris

---

Ω = A′(Aa) B F(φψ) R γ δ λ′(λ l) π u] **21** mus*i*s *R* proelia *γ* praelia *A* prelia *FR* p̄lia *Bδλ′πau* ferox] feror *l ante ras. et corr.* **22** Haector *Fπ Ac.* deiphobus *A′Fl p. ras.* dei foebus *B* deiphoebus *Rγλ′ schol. λ′φ* deiphebus *uel* dei phebus *δπu* graues *Fδ*π_2 *aut corr. u* grauis *cett.* π_1 *aut pr.* **23** Excipit *R* **24** primi//// *π* **25** Vexere *u pr.* agamennona *Aπu* agamen nona *F* agãmẽnonịa *l* **26** illacrimabilis *B* inlacrimabilis *π pr. ut uid.* a_1 *aut pr.* inlacrimabiles *cett.* a_2 *aut corr. π corr. ut uid.* () **27** Urguentur $R_1 \delta_2$ ς Urgentur *π* Ungentur $\gamma \delta_1$ Urgentur R_2 *cett.* **28** q *B* [quia] *R* uate//// sacro *R* **29** inerciae *a* inẹrtiae *π* **30** Caelata *Fγπ* **31** Chartis *BRγπ* Cartis *Fδu* Carthis *A′λ′* silebo *A′Bλ′*u_2 sileri *cett. π corr.* a_2 *uar. uid. Epileg.*

inpune, Lolli, carpere liuidas
obliuiones. est animus tibi
rerumque prudens et secundis
temporibus dubiisque rectus,
uindex auarae fraudis et abstinens
ducentis ad se cuncta pecuniae,
consulque non unius anni,
sed quotiens bonus atque fidus
iudex honestum praetulit utili,
reiecit alto dona nocentium
uoltu, per obstantis cateruas
explicuit sua uictor arma.
non possidentem multa uocaueris
recte beatum; rectius occupat
nomen beati, qui deorum
muneribus sapienter uti
duramque callet pauperiem pati
peiusque leto flagitium timet,
non ille pro caris amicis
aut patria timidus perire.

---

35 sq. **S**: Tac. ann. I 64: secundarum ambiguarumque rerum sciens eoque interritus **37 S**: Symmach. epist. VII 121: ne qua eos fraus auara commutet **41 S**: Prud. c. S. II 158: ne praeferat utile iusto **45** sq. 'non — beatum' **T**: floril. Par. 8818[a] **S**: Censorin. de die nat. 1, 4: igitur quoniam quisque non quanto plura possidet, sed quanto pauciora optat ... **47** sq. **S**: Hom. Il. *ϑεῶν δῶρα* (Il. XX 265 alibi) || Claudian. in Ruf. I 215 sq.: natura beatis omnibus esse dedit, siquis cognouerit uti

---

$\Omega = A'(Aa)BF(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi u$] **33** Inpune *FRδπu* Īpune *B* Impune *cett.* **34** Obliuione *B* Obliuionis *π pr.* **35** rarumq. *Ac.* que *omis. A'Bλ'* secundus *π a. ras.* **36** duuiisque a_1 rectis *φ pr.* **37** et — *u*. **40** *om. B* abstines *λ pr.* abstinens *cett.* **38** peccunię *u* pecuniaę, *uirgula ab alt. m.*, *R* **40** Set γ_1 quociens *λ* quoties γ_1 **41** pretulit R_1 *uu.* **42—45** *omis. B* **43** Voltu *Fδπ* Vultu *A'Rγλ'u* obstantes $FR_2\gamma\delta u$ obstantis *cett.* cateruas *in ras. δ* **44** Eẹxplicuit *δ*, . *ab alt. manu*, E *a miniatore addita* **45** uocaberis *λ' Pph. floril. Paris.* uocaris *u* **47** quid eorum δ_1 **49** cal& callet *δ* **50** Pei///usq. *δ*, ‿ *ab alt. m.* leto *BR* lęto *Aδu* loeto *Fγλ'πa* **51** amicus *l ante ras. et corr.* **52** perire *FRγδλ uar. π* a_2 *uar.* l_2 *uar. u Pph. Porph. schol. λφ* peribit *A'Bλ'* (at lib. perire *λ* ↑ (= uel) perire *l*) ()

X.

O crudelis adhuc et Veneris muneribus potens,
insperata tuae cum ueniet pluma superbiae
et, quae nunc umeris inuolitant, deciderint comae,
nunc et qui color est puniceae flore prior rosae,
mutatus Ligurinum in faciem uerterit hispidam,
dices ‘heu’ quotiens te speculo uideris alterum,
‘quae mens est hodie, cur eadem non puero fuit,
uel cur his animis incolumes non redeunt genae?’

IIII 10. **S**: Theocr. 23, 33 sq.: *ἥξει καιρὸς ἐκεῖνος, ὁπανίκα καὶ τὺ φιλάσεις, ἀνίκα τὰν κραδίαν ὀπτεύμενος ἁλμυρὰ κλαύσεις* ‖ Auson. epigr. 13 (12 Sch.): dicebam tibi, Galla: senescimus; effugit aetas. utere uere tuo, casta puella anus est. spreuisti: obrepsit non intellecta senectus, nec reuocare potes, qui periere, dies. nunc piget et quereris, quod non aut ista uoluntas tunc fuit aut non est nunc ea forma tibi. da tamen amplexus, oblitaque gaudia iunge. da: fruar etsi non quod uolo, quod uolui ‖ Theogn. 1299 sqq. **1 T**: Terentianus p. 405 Fortunat. p. 303 Seru. de m. Hor. IIII p. 471 Diomed. p. 527 Victorin. p. 168 Victor. de m. Hor. p. 181 **S**: Theocr. 23, 19: *ἄγριε παῖ καὶ στυγνέ* ‖ Verg. ecl. 2, 6: o crudelis Alexi *‘τά τε δῶρ’ Ἀφροδίτης, ἥ τε κόμη τό τε εἶδος’* Hom. Il. III 54 sq. **2** sqq. **S**: Sen. Phaedr. 768 sqq.: languescunt folio lilia pallido et gratae capiti deficiunt rosae (al. comae), ut (al. et) fulgor teneris qui radiat genis momento rapitur nullaque non dies formosi spolium corporis abstulit **2** ad rem **S**: Asclepiad. 1, 1 sq. (an. Br. I p. 211): *νῦν αἰτεῖς, ὅτε λεπτὸς ὑπὸ κροτάφοισιν ἴουλος, ἕρπει καὶ μηροῖς ὀξὺς ἔπεστι χνόος;* **3 S**: Prud. per. III 151 sq.: crinis odorus ut in iugulos fluxerat inuolitans umeris **4 S**: Verg. ecl. 2, 17: o formose puer, nimium ne crede colori **5 S**: Maximian. el. 1, 139 sq.: et quos grata prius ciliorum serta tegebant, desuper incumbens hispida silua premit ‖ Tib. I 8, 32: aspera barba **6** sq. **S**: Ter. hec. I 1, 17 sq. (74 sq.): eheu me miseram, cur non aut istaec mihi aetas et forma est aut tibi haec sententia? Claudian. fesc. 4, 14: dices o quotiens: hoc mihi dulcius etc. Lucill. in anth. Pal. XI 77: *ἢν δ’ ἐθέλῃς τὸ πρόσωπον ἰδεῖν ἐς ἔσοπτρον ἑαυτοῦ, οὐκ εἰμὶ Στρατοφῶν, αὐτὸς ἐρεῖς ὀμόσας* **7** sq. **S**: Auson. epigr. 13 (12 Sch.), 5 sq. ‖ Iuu. 9, 129

IIII 10. *Ω = A′(Aa)BF(φψ)Rγδλ′(λl)πu*] AD LIGVRINVM PVERVM (*omis. AB, non a*) SPECIOSVM (SPETIOSVM *γπlu, reliqua omis. FRδπu*) ET ARROGANTEM ADVERSVM MAIORES (ADVERSVS AMATORES *γ*). EROTICE MONOCOLOS *A′BFRγδλ′πu*

1 ueneris potens muneribus *γ* ueneri *R1* potes *B* **3** umeris *BRa* huneris *u* humeris *cett.* decider*int* *δ* **4** & *omis. δ pr. superscr. ab eodem* **5** lyg//rinū *π* ligu*rinū* *δ* ligurinum *cett.* Ligurine *Torrentius fort. recte* uerterit in faciem hispidam *Fδπu* **6** quoties *γ1* speculo *FRγδπu Ac.* in speculo *A′Bλ′*() **8** incolumis *Ba* (?) incolomis *R* incolomes *π* incolumes *cett.*

XI.

Est mihi nonum superantis annum
plenus Albani cadus; est in horto,
Phylli, nectendis apium coronis;
  est hederae uis
multa, qua crinis religata fulges;
ridet argento domus; ara castis
uincta uerbenis auet immolato
  spargier agno;
cuncta festinat manus, huc et illuc
cursitant mixtae pueris puellae;
sordidum flammae trepidant rotantes
  uertice fumum.
ut tamen noris quibus aduoceris

IIII 11. **1** sqq. **S**: Theocr. 11, 45—47: *ἐντὶ δάφναι τηνεὶ, ἐντὶ ῥαδιναὶ κυπάρισσοι, ἔστι μέλας κισσός, ἔστ' ἄμπελος ἁ γλυκύκαρπος, ἔστι ψυχρὸν ὕδωρ* **T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 469 (sed uox 'annum' periit) Diom. p. 527 Victor. de m. Hor. p. 175 **3** sq. **S**: Theocr. 3, 21—23: *τὸν στέφανον τῖλαί με κατ' αὐτίκα λεπτὰ ποιησεῖς, τόν τοι ἐγών, Ἀμαρυλλὶ φίλα, κισσοῖο φυλάσσω, ἐμπλέξας καλύκεσσι καὶ εὐόδμοισι σελίνοις* **3** nect. ap. cor.] Pseudacr.: Alcaeus frequenter se dicit apio coronari **4** **T**: Victor. de m. Hor. p. 176 **5** **S**: Sil. II 77 sq.: religata fluentem Hesperidum dono crinem **6** 'ridet — domus' **T**: Seruii Leidensis ad ecl. 4, 20 **S**: Hes. theog. 40: *γελᾷ δέ τε δώματα πατρός* ‖ Alcaeus fr. 15 B.: *μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χάλκῳ* ‖ 'ridere' = splendere Enn. ann. 446 V. ‖ **S**: Lucr. IIII 1117: argentum et pulchra in pedibus Sicyonia rident ‖ Cat. 64, 284: domus iucundo risit odore **6** sq. 'ara — uerbenis' **T**: mythographus III tract. 11, 1 ap. Mai class. auct. III 250 **9—12** sent. **S**: Iuu. 14, 59 sqq.

IIII 11. *Ω = A'(Aa)BFRγδλ'(λl)π'u*] AD PHYLLIDEN *R* AD PHILIDAM (PHYLLĀ *B* PHILLIDEN *a* FILLIDEN *γ*) DE DIE NATALIS SVI SIMVL ET MAECENATIS (MECEN: *Aλ'*) QVI (QUAE *l* q; *λ*) ERAT IDIBVS APRILIBVS. EROTICE TETRACOLOS *A'Bγλ'* AD PHILLIDAM (PHILLIDEM *δz* FILLIDEN *π*) DE DIE NATALI (NATALIS *δπz*) MECENATIS *Fδπz* AD PHILLIDAM DE DIE NATALIS SUI · EROTICE TETRACOLOS *u*

1 ·st *γ* michi *u* nouum γ_1 *Seruius* **2** orto *γδλ'* **3** Philli *Rγδπau* nettendis *R* netcendis R_1 **4** aedere λ_1, *alt. m. add. h,* edere *R* hedere $\delta_1 l$ hederae *cett.* δ_2 *Victorinus* **5** Multae *π* quę *π pr.* crines $F R_2 \delta \pi u$ crinis *cett.* R_1 fulges// *δ* **6** domos *A* **7** auet $A' B F R_2 \gamma \delta_2 \lambda'_2 \pi_2 \varphi_2 u$ habet $F R_1 \delta_1 \lambda'_1 \pi_1$ inmolato *F Ac.* immolato *cett.* **8** Spargit *π pr.* *uu.* **9—12** *ante u.* **5** *collocauerat B pr.* **9** festin&, superscr. at *δ* **10** *incipit cod. ε* *u.* **11** Sordidum — c. **IV 12, 21** *omisit R* **11** rotantis $\delta_1 \lambda'$

gaudiis: Idus tibi sunt agendae,
qui dies mensem Veneris marinae
findit Aprilem,
iure sollemnis mihi sanctiorque
paene natali proprio, quod ex hac
luce Maecenas meus affluentis
ordinat annos.
Telephum, quem tu petis, occupauit
non tuae sortis iuuenem puella
diues et lasciua tenetque grata
compede uinctum.
terret ambustus Phaethon auaras
spes, et exemplum graue praebet ales
Pegasus terrenum equitem grauatus
Bellerophontem,

---

17 S: Tib. IIII 5, 1 sq.: qui mihi te, Cerinthe, dies dedit, hic mihi sanctus atque inter festos semper habendus erit ‖ Iuuen. 12, 1 sqq.: natali, Coruine, die mihi dulcior haec lux qua festis promissa deis animalia caespes expectat: niueam Reginae caedimus agnam ‖ Statius silu. II 7, 1 diem Lucani ʻproprium natalemʼ appellat ‖ Plin. epist. III 7: Vergilii natalem religiosius quam suum celebrabat ‖ Paulin. Nol. c. 15, 2 sq. 23 sq.: natalis tuus, o clarissime Christo Felix, natali proprio mihi carior .... ista dies ergo et nobis sollemnis habenda quae tibi natalis ‖ Censor. de die nat. 3, 6: nefas arbitror, si diem tuum, qui te mihi in hanc lucem edidit, meo illo proprio neclegentius celebrauero **22—24** S: Tib. I 1, 55: me retinent uinctum formosae uincla puellae **24** cf. Cledonii ars uol. V p. 42 K.: et compedem singularis numeri dixit, cum sit pluralis S: Ou. ex P. I 6, 31: compede uinctus **25** sq. S: Claudian. de VI cons. Hon. 187: terruit exemplo Phaethon **26** sq. eodem exemplo usus est Pindarus Isthm. 7 (6), 44 sqq. **27** S: Lucan. VII 284: dominosque grauantur

---

Ω = *A′(Aa)BFγδελ′(λl)πu*] **15** Qui dies] *euanuit ε* messem *ε* mensis *π*1 **16** Findit *euan. ε* aplilem *l pr.* **17** Iure *euan. ε* solemnis *A′π* sollennis *u* sollemnis *A*2 *cett.* **18** Paene *Fγal* Pene *ABλπu* Pœne *δ euan. ε* quo *π*1 **19** Luce mae *euan. ε* maecenas *Bπa* mecenas *AFγδλ′u* affluentis *A′Bλ′π* adfluentis *δ* affluentes *γεu* adfluentes *F* **20** Ordinat *euan. ε* **21** Tel hum *euan. ε* **22** Non t:sor:]::n tue::ortis *ε* iuuenem] uiuentem *ε* **23** Diues et lasc.]:::es &::sciua *ε* **24** Conpede *γλu Pph.* ::ompede *ε* uinctum *A*2*Fγδλ*2*π corr. u* uictum *A′*1*Bελ′π pr.* **25** Terret]:::et *ε* phaeton *λ* phȩton *l* pheton *A′* phoeton *γδεπφau* phoēton *B* phoethon *ψ* **26** Spes et exe *euan. ε* prebet *Fγl* **27** Peg:::errenum *ε* äequitē *πl* ☰grauatur *ε* **28** Bellerofontem *A′l* Bellerophontem *Fγεπ Ac.* Bello‿rophontem *δ*, ‿ *ab alt. manu,* Bellorofontem *Bu* Bello r//o fontem *λ*

semper ut te digna sequare et ultra
quam licet sperare nefas putando
disparem uites. age iam, meorum
  finis amorum
(non enim posthac alia calebo
femina), condisce modos, amanda
uoce quos reddas: minuentur atrae
  carmine curae.

XII.

Iam ueris comites, quae mare temperant,
impellunt animae lintea Thraciae;

---

29 sqq. **S**: Pind. P. 4, 92: *ὄφρα τις τᾶν ἐν δυνατῷ φιλοτάτων ἐπιφαύειν ἔραται* ‖ Theocr. 29, 20: *φίλει δ' ὥς κε ζόῃς, τὸν ὅμοιον ἔχειν ἀεί* (*φίλη δ' ἄς κεν ἔρης, τὸν ὕμοιον ἔχην ἄει*) **32 S**: Prop. I 12, 20: Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit **35** sq. **S**: Nemesian. buc. 4, 19: cantet, amat quod quisque: leuant et carmina curas

IIII 12. **1** sqq. **S**: Marc. Argentar. 24, 3 sqq. (anal. Brunck. II p. 272): *χειμῶνες ... ἀπέδραμον, ἄρτι δὲ κῦμα γλαυκὸν θηλύνει πρηΰγελως Ζέφυρος· ἤδη καὶ φιλότεκνος ὑπὸ τραυλοῖσι χελιδὼν χείλεσι καρφίτην πηλοδομεῖ θάλαμον· ἄνθεα δ' ἀντέλλουσι κατὰ χθόνα* ‖ Satyr. Thyill. 5, 1—4 (anal. Br. II p. 277): *ἤδη πηλοδομεῦσι χελιδόνες, ἤδη ἀν' οἶδμα κολποῦται μαλακὰς εἰς ὀθόνας Ζέφυρος. ἤδη καὶ λειμῶνες ὑπὲρ πετάλων ἐχέαντο ἄνθεα καὶ τρηχὺς σῖγα μέμυκε πόρος* ‖ Stat. s. IIII 5, 5 sqq.: iam trux ad Arctos Parrhasias hiems concessit ... iam pontus ac tellus renident, iam e. q. s. ... nunc uolucrum noui questus inexpertumque carmen ‖ Sen. Herc. fur. 125. 126. 139—154: iam rara micant sidera ponto languida mundo ... pastor gelida cana pruina grege dimisso pabula carpit.

Ω = *A'*(*Aa*)*BFγδελ'*(*λl*)*πu*] **29** ut te] uitę *γδ2* uite *δ1* sequare[s] & *π* **31** Dispare *ε* **33** celæbo *ε* **34** condisce] co ... sce, *tribus litteris erosis, l* **35** minuuntur *u2ς opp. Ac.* **36** *omis. A1, add. alt. m.*

IIII 12. VERIS DESCRIPTIO (ΔSSCRIPTIO *B pr.* DESCRITIO *λ*) EST AD VIRGILIVM · QVOD TEMPVS MORTALIBVS (IN MORT: *ABγ* IMMORTALIBVS *a*) EST (SIT *B*) GRATISSIMVM (CRATISSIMŪ *λ*). PARAENETICE (PARAENTICE *B* PARANETICE` *γλ'a*) TETRACOLOS *A'Bγλ', l add.*: METRUM DUOBUS UERSIBUS (TRIBUS) ΔSCLEPIADEŨ QUΔRTUS GLICONIUS AD VIRGILIVM QVENDAM VNGVENTARIVM *Fδπu inscr. omis. ε*

1 · am *γ* qui *π* (*sed* i *in ras.*) **2** Inpellunt *F Pph.* Impellant (v) *δ* Iampellu*nt* *π* animę *π1* niueę *π2* linthea *λ ante ras.* linea (t) *δ* traciae *B* trhaciae *u* trachiae *l* tracię (h) *δ* thraciae *cett.*

iam nec prata rigent, nec fluuii strepunt
  hiberna niue turgidi.
nidum ponit Ityn flebiliter gemens
infelix auis et Cecropiae domus
aeternum obprobrium, quod male barbaras
  regum est ulta libidines.
dicunt in tenero gramine pinguium
custodes ouium carmina fistula
delectantque deum, cui pecus et nigri
  colles Arcadiae placent.
adduxere sitim tempora, Vergili.
sed pressum Calibus ducere Liberum

---

ludit prato liber aperto nondum rupta fronte iuuencus. uacuae reparant ubera matres. errat cursu leuis incerto molli petulans haedus in herba. pendet summo stridula ramo pinnasque nouo tradere soli gestit querulos inter nidos Thracia paelex; turbaque circa confusa sonat murmure mixto testata diem. carbasa uentis credit dubius nauita uitae, laxos aura complente sinus   **1** sq. **T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 470 Diom. p. 527 Victor. de m. Hor. p. 175 **S**: Meleag. 110, 9 sq. (an.. Br. I p. 31): *ἤδη δὲ πλώουσιν ἐπ' εὐρέα κύματα ναῦται πνοιῇ ἀπημάντῳ Ζεφύρου λίνα κολπώσαντες* ‖ Lucretio V 740 Etesiae sunt aestatis comites ‖ Sen. Oed. 884 sq.: temperem Zephyro leui uela   **2 T**: Seru. ad Aen. I 57. VIII 403 schol. Pers. 1, 14 **S**: animae = uenti Lucr. V 236 alibi   **4** praem. 'ode XI' (sic cod. *A*) **T**: Victor. de m. Hor. p. 177 **S**: Ou. fast. II 206: turbidus hibernis ille fluebat aquis ‖ Sen. Herc. fur. 933 sq.: nullus hiberna niue nutritus agros amnis euersos trahat ‖ Phoen. 609: quod Xanthus ambit niuibus Idaeis tumens   **5—9 S**: Antip. Sid. 37, 3 sq (anal. Br. II p. 16): *ἤδη δὲ πλάσσει μὲν ὑπώροφα γυρὰ χελιδὼν οἰκία, λειμώνων δ' ἁβρὰ γελᾷ πέταλα*   **5 S**: Hom. Od. XIX 522: *παῖδ' ὀλοφυρομένη Ἴτυλον φίλον* ‖ Aeschyl. Ag. 1145: *Ἴτυν Ἴτυν στένουσ' ... ἀηδών* ‖ Aristoph. au. 211 sq.: *θρηνεῖς τὸν ἐμὸν καὶ σὸν πολύδακρυν Ἴτυν* ‖ Pentadius de aduentu ueris (anthol. Lat. c. 235 R.) 7 sq.: iam Philomela gemit modulis Ityn impia mater, oblatum mensis iam Philomela gemit   **9** sq. **S**: Sen. Herc. Oet. 128 sq.: illo (al. ipso) Thessalicus pastor in oppido indocta referens carmina fistula   **9 S**: Theocr. 4, 18: *μαλακῶ χόρτοιο*   **11** sq. **S**: Pind. Ol. 6, 40: *λόχμας ὕπο κυανέας*

$\Omega = ABF(\varphi\psi)\gamma\delta\varepsilon\lambda'(\lambda l)\pi u$]   **3** Iam non prata *ε* ///prata *δ* fluui *Bπ pr.*   **4** turgidi] candidi *Victorinus K.* (candidior *cod. A*)
5 Nudum *l ante ras.* ityn *ABγ Pph.* itin *Ac.* hytin *a* hithin (f supra) *δ* ithyn *λ* ythin *π ante ras. l ante ras.* ythin *u* itys *F* hithis *ε* ythis *π p. ras.* u_1 ithis *l p. ras. et corr.*   **6** caecropiae *δε* cecropeae *γ* cicropiae *u* cecropiae *cett.*   **7** obpū (1 supra) *B* obproprium *cett.* quod *ε*
8 Regū//est *l* Regnū *B*   **11** Delectantque $A'B\gamma\delta_2\varepsilon\lambda'_1\psi_2$ Delectante $\pi\varphi_2 l_2 u$ Delectantem $F_1\delta_1$ *ni fall.* Delectant*que* *δψ* Delectantque *λ*
12 archadiae *Fγδεu* placeant δ_1 **13** uergili *AB* uirgili *Fγδελ'πau*
14 Set γ_1 calicib; *π* dicere *u*

si gestis, iuuenum nobilium cliens,
  nardo uina merebere.
nardi paruos onyx eliciet cadum,
qui nunc Sulpiciis accubat horreis,
spes donare nouas largus amaraque
  curarum eluere efficax.
ad quae si properas gaudia, cum tua
uelox merce ueni: non ego te meis
immunem meditor tinguere poculis,
  plena diues ut in domo.
uerum pone moras et studium lucri,
nigrorumque memor, dum licet, ignium
misce stultitiam consiliis breuem:
  dulce est desipere in loco.

---

17 'nardi plenus onyx' **T**: gloss. Mai class. auct. VIII p. 400 **21** sq. **S**: Auson. epist. 10, 35 sq.: ad quae si properas, tota cum merce tuarum ueni Camenarum citus ‖ Ennod. ed. Vogel p. 184, 3 sq.: superest salutatione praelata, ut ad gaudia tua iam properes, quia diuina beneficia ... meliora pollicentur (cf. c. I 29, 16) **23** **S**: Hedylus ap. Ath. XI 473: *ἀλλὰ κάδοις Χίον με κατάβρεχε* **26** **T**: Seru. ad Aen. IIII 384 **S**: Ou. fast. II 561: ignibus atris **27** sq. **T**: floril. Paris. 8069 **28** **T**: Porph. ad epist. I 18, 60 et florilegium Cusanum **S**: Sen. de tranqu. animi 17, 10: siue Graeco poetae credimus, aliquando et insanire iucundum est ‖ Menand. p. 150 M.: *οὐ πανταχοῦ τὸ φρόνιμον ἁρμόττει παρόν, καὶ συμμανῆναι δ' ἔνια δεῖ* ‖ Publil. 276 W.: in uenere semper dulcis est dementia ‖ Anacreonteum 8: *ἐγὼ δ' ἔχων κύπελλον καὶ στέμμα τοῦτο χαίταις, οὐ τόξον, οὐ μάχαιραν, θέλω θέλω μανῆναι* in loco] item Ter. ad. II 2, 8 = 216

Ω = *A'(Aa)BF(φψ)γδελ'(λl)πu*] **15** clyens *δ* criens *l ante ras. et corr.* **16** bina *B* merebere *A'Bγελ' Pseudacr. altero loco Pph.* mereberis *Fλ uar. πu Ac. alt. loco* mereb(e)ris *δ* ('Merebere] mereberis' *Pseudacr.*) **17** paruus *Ω* (pardus *B pr.*) onix *γεπalu* e//lici& *π* **18** sulpitiis *u* sculpitiis *γ* orreis *F* **21** Adque *φ* Atque *γ1 u.* **22** *Pergit cod. R* **23** Inmunem *Fγδεu* Immunem *cett.* tinguere *FRδεπ* tingere *A'Bγλ'u Ac.* **24** plene (a) *B* **27** Misce *δ* stulticiam *Bεau* **28** decipere *R1* dissipere ς (β) *florilegium Cusanum* in ioco *Porph. ad epist.* I 18

XIII.

Audiuere, Lyce, di mea uota, di
audiuere, Lyce: fis anus, et tamen
uis formosa uideri,
ludisque et bibis impudens,
et cantu tremulo pota Cupidinem
lentum sollicitas. ille uirentis et
doctae psallere Chiae
pulchris excubat in genis.
inportunus enim transuolat aridas
quercus, et refugit te, quia luridi

IIII 13. ad rem **S**: Meleager epigr. 77 (Br. anal. I p. 22) **1 T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 469 Diom. p. 527 Victor. de m. Hor. p. 175 **3 T**: Victor. de m. Hor. p. 178 **S**: Ou. met. VIIII 462: cupit formosa uideri ‖ IIII 319 ‖ nucis eleg. 23: quae uult formosa uideri ‖ anth. Lat. 479 R.: non est forma satis nec quae uult bella uideri **4 T**: Victor. de m. Hor. p. 177 **5 S**: Agathias epigr. 13, 6 (Br. anal. III p. 38): *χείλεα βαμβαίνει φθέγματι γηραλέῳ* ‖ Verg. Aen. VII 395: tremulis ululatibus aethera complent ‖ Pers. 1, 21: tremulo ... uersu **6—8 S**: Sophocl. Ant. 782 sqq.: *Ἔρως ... ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς νεάνιδος ἐννυχεύεις* ‖ Phrynich. ap. Ath. XIII p. 604 a: *λάμπει δ' ἐπὶ πορφυρέαις παρῇσι φῶς Ἔρωτος* ‖ Aristaenet. II 1: *ἀπηνθηκότι σώματι οὐ πέφυκε προσιζάνειν ὁ Ἔρως· οὗ δ' ἂν εὐανθές τε καὶ εὐῶδες ᾖ, ἐνταῦθα καὶ ἐνιζάνει καὶ μένει* **6** uirentis] **S**: Graece *χλωρὰ καὶ ἡβῶσα* **9—12 S**: Lucian. Hercul. 8: *καὶ ὁ Ἔρως ὁ σός, ἐσιδών με, ὦ Τήιε ποιητά, ὑποπόλιον γένειον, χρυσοφαέννων εἰ βούλεται πτερύγων ἀήταις παραπετέσθω* **9** sq. **S**: Aristaenet. II 1: *μετ' ὀλίγον ἔσῃ γεράνδρυον* ‖ Pers. 5, 59: ueteris ramalia fagi

---

IIII 13. $\Omega = A'(Aa)BF(\varphi\psi)R\gamma\delta\varepsilon\lambda'(\lambda l)\pi u$] COMPOTEM (CONPOTEM l_1) SE VOTI SVI (VOTI SVI SE *γ*) FACTVM ESSE DICIT *omis. A'γ*) · QVOD LYCE (LICE *B pr. λ' a corr.* LICAE *γ a pr.*) ANVS FACTA SIT · PARANETICE (PARENTICE *B*) TETRACOLOS *A'Bγλ'* AD LYCEN *R* AD LYCEN (LICEN *π*) VETVLAM MERETRICEM *Fδπ* *inscript. omis. εu*

1 · udiuere *γ* lice *A'Fγu expos. metr.* licę *π* lyce *cett.* lycę *Seruius* di mea — *u*. **2** Lyce *omis. B* dii ... dii *A'γλ'u Diomedes* di ... di *cett.* **2** lice *Aγu* lycę *π* fi sanus $A_1 R_1 \psi$ **3** formosa *Ω Victorinus Pseudacr. schol. λφ* formonsa *Pph.* **4** bibis] tibis R_1 inpudens *Fγδελu Pph.* impudens *cett. Victorinus* **6** uires *ε* uirentes π_1 *aut pr.* **7** Docte γ_1 chiaę *R*, ˛ *ab alt. manu* **8** Pulcris *u* ingeniis *B* **9** Importunus *A'λ'* Īportunus *B* Inportunus *FRγδεπu Pph. Ac.* **10** *sq. interpunximus ut Mauortius* Quęrcus *π* refigit $\varepsilon\pi_1$

dentes, te quia rugae
turpant et capitis niues.
nec Coae referunt iam tibi purpurae
nec cari lapides tempora, quae semel
notis condita fastis
inclusit uolucris dies.
quo fugit uenus heu, quoue color? decens
quo motus? quid habes illius, illius,
quae spirabat amores,
quae me surpuerat mihi,
felix post Cinaram, notaque et artium
gratarum facies? sed Cinarae breuis

---

11 sq. **S**: Rufin. in anthol. Pal. V 20: *οὐκ ἔλεγον, Προδίκη, 'γηράσκομεν'; οὐ προεφώνουν· 'ἥξουσιν ταχέως αἱ διαλυσίφιλοι'; νῦν ῥυτίδες καὶ θρὶξ πολιὴ καὶ σῶμα ῥακῶδες καὶ στόμα τὰς προτέρας οὐκέτ' ἔχον χάριτας* ‖ Ou. a. a. II 117 sq.: et tibi iam uenient (c. IIII 10, 2) cani, formose, capilli, iam uenient rugae, quae tibi corpus arent **12** alludit Quintil. inst. or. VIII 6, 17: sunt et durae (sc. translationes) idest a longinqua similitudine ductae ut capitis niues ‖ **S**: Antipat. Thess. 21, 6 (anal. Br. II p. 114): *πολιῷ γήραϊ νιφόμενον* ‖ item [Diogen. Laert.] anth. Pal. VII 91, 2 ‖ Prud. praef. 28: nix capitis ‖ Ennodius epist. I 24: tibi ... adparuit inauspicata (cf. c. III 6, 10) nix capitis ‖ Sozomenus hist. eccles. III 20: *λέγεται δὲ τῆς κεφαλῆς ἐφαψάμενος ὑπὸ πολιᾶς λευκῆς εἰπεῖν· ὡς ταυτησὶ τῆς χιόνος λυθείσης πολὺς ἔσται πηλός* **13** sq. **S**: Cat. 69, 3 sq. Tib. I 8, 39 **16 T**: Prisc. V 18 **17 S**: Rufin. anth. Pal. V 27 (anal. Brunck. II p. 399): *ποῦ σοι κεῖνα, Μέλισσα, τὰ χρύσεα καὶ περίοπτα τῆς πολυθρυλήτου κάλλεα φαντασίης;* ‖ Ou. her. 11, 27: fugerat ore (epod. 17, 21) color **17** sq. **S**: Quintil. inst. or. I 10, 26: corporis quoque actus et decens motus, qui dicitur *εὐρυθμία* **19 S**: Anacreon 41 (39), 7 sq.: *ἁπαλὴν παῖδα κατέχων Κύπριν ὅλην πνέουσαν* **20 T**: Prisc. XVII 1, 5 **S**: Archiloch. fr. 103 B.: *τοῖος γὰρ φιλότητος ἔρως ὑπὸ καρδίην ἐλυσθεὶς πολλὴν κατ' ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευεν, κλέψας ἐκ στηθέων ἁταλὰς φρένας*

Ω = *A'*(*Aa*)*BF*(*φψ*)*Rγδελ'*(*λl*)*πu*] **13** Nec choę *referunt u* choae *δλ'π* choe *ε* **14** cari *FRγδεπ*u_1 *Pph. Ac. Pseudacr.* clari *A'Bλ'*u_2 () quae] q, (= que) *R* **15** *N*otis *R* faustis $λ_1$ factis $π_1$ *aut pr.* $φ_1$ **17** uenus *omis. B* heu] *omis. l* quo uę *R* calor l_1 color decens? | Quo *l Mauortius* **18** Qu*o*// *R* habet *l pr.* illiūs illius *R alterum* illius *del. B corr. φ ras.* **20** su^{uer}pat, *in mg.* surpuerat · i · surripuerat *δ* suripuerat *u a. ras.* usurpuerat *B* super fuerat R_1 subripuerat *Prisciani codices* michi *γu* **21** post] pest R_1 cinaram *BRγδπu* cinaran a_1 cynaram *λ'* cynaran *A*a_2 cyniram *F* arcium *a ut uid.* **22** sed c : | Breu : a : f : d : *Fδεπ* set *γ* cinare *ε* cinirae *F* cynarę *l* breuis (Breuis) *B*R_1*γπ* breues *cett.* R_2

annos fata dederunt,
seruatura diu parem
cornicis uetulae temporibus Lycen,
possent ut iuuenes uisere feruidi
multo non sine risu
dilapsam in cineres facem.

XIIII.

Quae cura patrum quaeue Quiritium
plenis honorum muneribus tuas,

---

24 sq. par. corn. uet. temp.] Graecum prouerbium *ὑπὲρ τὰς κορώνας βεβιωκέναι* cf. *Λαΐδα κορωνεκάβην* Myrini in anth. Pal. XI 67, 2 et *γραῦν τρικόρωνον* Agathiae anth. Pal. V 288, 1 ‖ Mart. X 67, 5: (uetula) iam cornicibus omnibus superstes   26—28 S: Sen. Phoen. 411 sq.: feruidos iuuenes anus tenebo   28 S: Meleag. 49, 1 sq. = Br. an. I p. 15: *πυραυγὴς πρίν ποτε, νῦν δ' ἤδη δαλός* ‖ Mart. III 93, 19 sq.: uirumque demens cineribus tuis quaeris prurire ‖ X 90, 2: quid busti cineres tui lacessis? ‖ Lucil. Aetn. 421: in cinerem putresque iacet dilapsus harenas ‖ Lactant. inst. diu. II 4: dilabuntur in cinerem (al. cineres)

IIII 14. 1 T: Seru. de m. Hor. IIII p. 470 Diom. p. 527 quae — Quir. T: Victor. de m. Hor. p. 179

Ω = *A'*(*Aa*)*BF*(φψ)*R*γδελ'(λ*l*)π*u*]   24 Seruata *A'* Seruatura// π Seruatura/// *R*   25 Corniṭis (c *suprascr.*) *l*   *post* uetulae *in* δ *nonnullae litterae erasae*   licen *A*γ*u* lycem λ licen (y *suprascr.*) ψ lycen *cett.*   26 Possint *FR*1λ' Possent *cett.*   ut] ite ε   27 *h. u. ultimus est in* ε   Multi λ'1   28 Ω = *A'*(*Aa*)*BF*(φψ)*R*γδλ'(λ*l*)π*u*] Dilapsam *F*δ *p. ras.* π*u* *Pph. Pseudacr.* Dilampsam δ *ante ras.* Delapsam *A'BR*λ Delampsam γ Delatam *l*   cinerem δ1 ς *schol.* γ *in interpretatione* cineres *cett.* δ2 *Pph. Porph. Pseudacr. schol.* λφ   facem] *omis.* *R*1

IIII 14. AD AVGVSTVM · *R* DE SALVTE (DELVTE *A*) AVGVSTI AIT (DICIT λ') ESSE SOLLICITOS (S *finalis erosa in l*) PATRES (*erosum l*). AD PLEBEM. ENCOMIASTICE TETRACOLOS *A'B*λ' LAVDES AVGVSTI *F*δ*z* AUGUSTI LAUDES PROSEQUITUR π DE SALVTE AVGVSTI *u* AD PLEBEM ENCOMIASTICE IN QVA DE SALVTE AVGVSTI AIT ESSE PATRES SOLLICITOS TETRACOLOS γ

1 · uę γ   quaeuę *R*   quiritum *A'B*γ quiritivm δ2 *in ras.* quiritium *cett.*   2 Plen//s γ   honorem *a*1   tuis *B*

Auguste, uirtutes in aeuom
per titulos memoresque fastus
aeternet, o qua sol habitabilis
inlustrat oras, maxime principum?
quem legis expertes Latinae
Vindelici didicere nuper,
quid Marte posses. milite nam tuo
Drusus Genaunos, inplacidum genus,
Breunosque uelocis et arces
Alpibus impositas tremendis
deiecit acer plus uice simplici;

3—5 S: Apoll. Sid. epist. IIII 1, 5: in aeuum ... perennabuntur **3 T**: Victor. de m. Hor. p. 180 sic: Augusti — in a. **4 T**: Victor. de m. Hor. p. 181 sic: per — fa. **S**: Symmach. epist. X 32 = X 12, 4 Seeck: certe ille est Praetextatus, quem iure consulem feceratis, ut fasti memores celebre nomen extenderent (cf. carm. II 2, 5) **5 sq. S**: Eur. Hec. 635 sqq.: ʽΕλένας ἐπὶ λέκτρα, τὰν καλλίσταν ὁ χρυσοφαὴς Ἅλιος αὐγάζει ‖ Verg. Aen. VII 99 sqq.: nepotes (sc. Aeneae = Augustus) omnia sub pedibus qua sol utrumque recurrens aspicit Oceanum uertique regique uidebunt ‖ Manil. I 238: austrinis pars est habitabilis oris **8 sq. S**: Ammian. Marc. XXXI 5, 12: post inflictas rei Romanae clades inmensas ultimis proeliis per duces amplissimos superati, quid potestas Martia de habitu prudentiae ualeat, radicitus extirpati discriminibus didicere supremis **10** inplacidum genus] **S**: Sen. controu. II 1 (9), 10: eadem hominem deceant, placidum proximumque diuino genus **12 S**: Sil. III 563: Alpibus imposuit Libyam **13 sq.** ʽdeiecit — Neronumʼ **T**: Prisc. XVIII 205

Ω = *A′(Aa)BF(φψ)Rγδλ′(λl)πu*] **3** Augusti *Victorini cod. A* euum *πu* aeuum *cett.* **4** fastos *δ_1λ pr. π_2 ut uid. l corr. u Ac. pr.* fastus *cett. δ_2 ut uid. π_1? l pr. ut uid.* fasces *Pph.* *post u.* **4** *in B ea reperiuntur quae memorauimus p.* 280; *reliqua om. B fol.* 171

Ω = *A′(Aa)F(φψ)Rγδλ′(λl)πu*] **5** Aeterne et o qua *F* Aeterne (& supra) o qua *π* Aetern*&* · *ó* qua *δ* Aeternet *o* qua *R* Aeternae et qua ς (*agb p. ras. Turic.*) quia *l* sol] lux *A′λ′* (at lib. sol *λ* t (= uel) sol *l*) sol *cett. schol. λφb* habitabilis *A′γ Ac.* inhabitabilis *R_1* habitabiles *FR_2δλ′πu* **6** Inlustrat *FRπ* Iillustrat *δ* Illustrat *cett.* horas *Fλ_2πu* principum] pr .... (*reliqua euanuerunt*) *a* **7** Qua *π pr.* leges *π pr.* **8** dedicere *A_1λ′* didicere *cett. $A_2$$l_2$* **10** Drussus *δ* genas unos *λ* gena‿unos *l, item, sed* ‿ *ab alt m. δ*, geraunos *u* cenaunos *R_1* tenaunos *Pph.* genaunos *cett.* () **11** Breunos *A′FRδ_1λ′π* Brennos *γδ_2 Pph. Pseudacr. schol. γ* (ipsas (ipsius *schol. φ*) gentes *schol. λφ*) () uelocis *R_1π* ueloces *cett.* artes *π_1* **12** inpositas *Fγδ Pph.* impositas *cett.* tremendas *π pr.* **13** Deicit *δ* Delecit *π pr.* simplici *R*

maior Neronum mox graue proelium
commisit immanisque Raetos
auspiciis pepulit secundis,
spectandus in certamine Martio
deuota morti pectora liberae
quantis fatigaret ruinis,
indomitas prope qualis undas
exercet Auster, Pleiadum choro
scindente nubes, impiger hostium
uexare turmas et frementem
mittere equom medios per ignes.
sic tauriformis uoluitur Aufidus,
qui regna Dauni praefluit Apuli,
cum saeuit horrendamque cultis

---

14 'illud quod Horatius ait maior Neronum, nullatenus est subaudiendum etate' quaestiones grammaticae ex cod. Bern. 83 excerptae p. 172 Hagen **18** **S**: Verg. Aen. I 712: pesti deuota futurae - **20** sq. 'undas — Auster' **T**: Porph. ad epod. 9, 31 **S**: Sen. Phaedr. 1011: non tantus Auster Sicula disturbat freta ‖ Ou. her. 15, 9: indomitis ignem exercentibus Euris **20** **S**: Tib. II 3, 48: indomitum ... mare **21** **S**: Prop. III 5, 36: Pleiadum ... chorus ‖ Hygin. astron. II 21: chorum ducere Pleiades existimantur ... **24** **S**: Verg. Aen. VIII 296 sq.: medias acies mediosque per ignes inuenere uiam ‖ Sil. XIIII 175 sq.: si tibi per medios ignis mediosque per enses non dederit mea dextra uiam ‖ XV 41: per medias uolitare acies mediosque per ignis ‖ Hom. Il. XI 596: *ὣς οἳ μὲν μάρναντο δέμας πυρὸς αἰθομένοιο* ‖ Sen. Phaedr. 615 **25** sq. Aufidus ... praefluit] **S**: Plin. n. h. III 102: Aufidus ex Hirpinis montibus Canusium praefluens **25** **S**: Eur. Ion. 1261: *ὦ ταυρόμορφον ὄμμα Κηφισοῦ πατρός* **25—32** Claudii Mamertini panegyr. Maximiano Augusto dictus c. 5: toto quippe proelio ferebare; non aliter quam magnus amnis solet, hibernis imbribus auctus et niuibus, passim fluere qua campus est **27** sq. 'Hor.: horrendamque — meditatur agris i. e. infert, exercet; nam et in ipsa meditatione exercitium est' **T**: Seru. ad georg. III 153. 'meditatur, exercet: sic Hor.: et horridam cultis

---

Ω = *A′*(*A a*) *F*(*φ ψ*) *R γ δ λ′* (*λ l*) *π u*] **14** proelium *F γ δ a* prolium *R pr.* p̄lium *A π* praelium *R corr. λ l corr.* pl̨eliū *l pr.* prelium *u* **15** Conmisit *u* immanis *al* inmanis *A* R_1 imanis *λ* inmanes *F* R_2 immanes *γ δ π u* raetos *A R γ a* retos *F* raethos *λ′* rhetos *δ π* roethos *u* **16** Auspitiis *A γ* **18** pectore δ_1 pecora (t *suprascr.*) *l* libere *R φ* **19** fatigarat *F δ* fatigare *u pr.* pruinis *l ante ras.* *u.* **20** *non liquet* R_1, *add.* R_2 *in rasura aut lacuna* **20** Indomitus ς (*Tur.*) *Bentl.* **21** Pleiadum] pliadum R_2 *π p. ras.* **22** inpiger *F* δ_1 *ut uid. Pph.* impier l_1 impiger $\delta_2 l_2$ *cett.* **23** turmos R_1 frementum (e *suprascr.*) *l* frementem *R* **24** aequū *π* equum *cett.* **26** prefuit R_1 p̄fuit *π pr. u* prefluit R_2 *δ* praefluit *uel* p̄fluit *cett.* perfluit *edit. uet. uid. Epileg.* **27** seuit *γ* δ_1 *π φ l u* -que *om.* u_1

diluuiem meditatur agris,
ut barbarorum Claudius agmina
ferrata uasto diruit impetu,
primosque et extremos metendo
strauit humum, sine clade uictor,
te copias, te consilium et tuos
praebente diuos. nam tibi quo die
portus Alexandrea supplex
et uacuam patefecit aulam,
fortuna lustro prospera tertio
belli secundos reddidit exitus,
laudemque et optatum peractis
imperiis decus adrogauit.
te Cantaber non ante domabilis
Medusque et Indus, te profugus Scythes

---

diluuiem meditatur agris' T: Seru. ad Aen. IIII 171. 'Horatius carm. lib. IIII: horrendamque cultus diluuiem minatur agris' T: Nonius p. 203 M. s. u. diluuium **28 S**: Vibius Sequ. p. 152 R.: Clanius, Acerrae in Campania, qui, cum creuerit, pestem terrae meditatur ‖ Sil. IIII 336: immani stragem meditatur hiatu ‖ ad sent. Verg. Aen. II 306: sternit agros, sternit sata laeta bouomque labores **29** sq. **S**: Prud. cath. V 48: ferratas acies **30 S**: Sen. Herc. fur. 285: scissa cum uasto impetu **31 S**: Verg. Aen. X 513: proxima quaeque metit gladio ‖ Lactant. de mort. persec. 47: tanta uis militum a paucis metebatur ... quasi ad deuotam mortem (cf. u. 18), non ad proelium uenissent ‖ Sil. XIII 218: oblatum metit insatiabilis agmen **33** sq. **S**: Ou. trist. II 173: per quem bella geris, cuius nunc corpore pugnas, auspicium cui das grande deosque tuos **34—36** 'nam — aulam' T: Prisc. II 47: **40 S**: Phocae uita Vergilii uu. 22—24 anthol. Lat. 671, 22—24 R.: perenne Romulae uoci decus adrogauit carmine sacro

---

Ω = *A′(Aa) F(φψ) R γ δ λ′(λl) π u*] **28** meditatur *R γ a u uar. schol. Γ Porph. originarius Seruius* minitatur *A F δ λ′* (at lib meditatur *λ*) *π* a_2 *uar. u Pph. Nonius* minatur *Nonii codices* () *uid. Epileg.* **29** ut] Et $R_1 l_1$ **30** Ferrato *γ* **31** et *omis.* $δ_1$ **32** humi $π_2$ *edit. uet.* ui^{c}tor *δ* **33** *copias R* **34** Praebente R_2 *λ π a* Prebente *A F* R_1 *γ δ l* u_2 Prebere u_1 *aut pr.* nan tibi A_1 **35** Rortus *l ante ras.* alexandrea A_2 *F* R_1 *γ δ π ante ras. Priscianus* alexandre A_1 alexandre*a a* alexandria R_2 *λ′ π p. ras. u Pph. schol. λ φ in interpret.* alexandriam *Pseudacr. schol. γ Porph. in interpretatione* supllex *u* suplex *δ* **36** patefacit *A* (pate fecit *R δ l*) aulās *l* **37** propera R_1 tercio *a u* **39** *op*tatū *φ* peract*is l* **40** Iimperiis *δ* adrogauit *F R δ λ′* u_2 arrogauit *A′ γ* u_1 abrogauit *π* **41** Tte *δ, item u.* **45** **42** scithes *A F λ′ u* scytes *δ*

miratur, o tutela praesens
　　Italiae dominaeque Romae.
te fontium qui celat origines
Nilusque et Hister, te rapidus Tigris,
　te beluosus qui remotis
　　opstrepit Oceanus Britannis,
te non pauentis funera Galliae
duraeque tellus audit Hiberiae,
　te caede gaudentes Sygambri
　　compositis uenerantur armis.

XV.

Phoebus uolentem proelia me loqui
uictas et urbes increpuit lyra,

---

44 S: Calpurn. buc. 4, 161 et Nemesian. buc. 1, 83. 2, 84: dominam ... in urbem **45** S: Auson. epigr. 5 (4), 8 Sch.: inueniet fontes hic quoque, Nile, tuos ‖ Ou. am. III 6, 40: (Nilus) qui patriam tantae tam bene celat aquae ‖ Tib. I 7, 23 sq. **47** sq. *μεγακήτεα πόντον* Hom. Od. III 158. Theogn. (al. *βαθυκήτεα π.*) 175; rarissima uox 'beluosus' reperitur etiam apud Auienum or. mar. 102. 204 H. **49** ad sententiam confert Porphyrio Lucanum (I 461 sq.): animaeque capaces mortis, et ignauum rediturae parcere uitae **51** S: Tac. ann. I 44: gaudebat caedibus miles ‖ Sil. XVII 489: laetus caede

IIII 15. **1** sqq. S: Ou. a. a. II 493 sq.: haec ego cum canerem,

---

$\Omega = A'(Aa)F(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi u$] **43** presens AR_1 *ut uid.* *lu* **45** caelat *Fπal* **46** histyer *δ* hister *cett.* te rap : t :] rapidusq; tigris u_1 tygris *Fγ* **47** qui] qua *Bentl.* **48** Opstrepit *R* Obstrepit *cett.* brittannis $AR\gamma\lambda_1$ *uu.* **49—52** *sic dispositi sunt in u:* 51. 52. 50. 49 **49** pauentis $A_2FR\delta\lambda'\pi$ *corr. u Ac. schol. Γ* pauentes *A'γπ pr. Pph. Porph.* **50** Dure *γ* tellus audit]us audit *in ras. π* audit// hiberiae *R* inberię δ_1 *ut uid.* **51** cede $AF\delta_1\lambda'\pi u$ cedę *γ* sycambri $A_2F\delta_1\pi$ sicambri *lu* sygambri *cett.* $A'\delta_2$ **52** Conpositis *λu*

IIII 15. $\Omega = A'(Aa)F(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi u$] AD DIVVM AVGVSTVM *FRγδλ'πau, add.* TETRACOLOS *γλ'au* *In A inter hanc oden et XIIII nulla uacua linea intercedit: ceterum iam qui codicem scripsit in initio uocis* Phębus *uncialem litteram posuit maiorem et in margine adscriptum uidemus:* AD AVGVSTVM TETRACOLOS. *in B' hoc carmen deest.* 'Quidam separant hanc oden a superiore, sed potest illi iungi, quoniam et hic laudes dicuntur Augusti' *Porph. schol. Γ cons. schol. Argentor. II () uid. Epil.* *Redit cod. v,* $\Omega = A'(Aa)F(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)v\pi u$

1 Phębus *Au* ·hoebus *γv* Phebus *u* Foebus *Seruius* Phoebus *cett.* pręlia *v* p̄lia *A'πu* **2** Vnctas *u ante ras.* Victasq; *v ante ras.* Victas// *π* lira *Aγu*

ne parua Tyrrhenum per aequor
uela darem. tua, Caesar, aetas
fruges et agris rettulit uberes,
et signa nostro restituit Ioui
derepta Parthorum superbis
postibus, et uacuum duellis
ianum Quirini clausit et ordinem
rectum euaganti frena licentiae
iniecit emouitque culpas
et ueteres reuocauit artes,
per quas Latinum nomen et Italae

---

subito manifestus Apollo mouit inauratae pollice fila lyrae || am. I 1, 1 sqq.: arma graui numero uiolentaque bella parabam edere, materia conueniente modis ... risisse Cupido dicitur || Vergil. ecl. 6, 3 sq.: cum canerem reges et proelia, Cynthius aurem uellit et admonuit **1 T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 470 Diom. p. 527 Phoebus — proelia **T**: Victor. de metris Hor. p. 179 **2 S**: Ou. her. 3, 118: Threiciam digitis increpuisse lyram || fast. VI 812: increpuitque lyram **3** sq. **S**: Prop. III 9, 3 sq.: quid me scribendi tam uastum mittis in aequor? non sunt apta meae grandia uela rati || Ou. tr. II 548: saepe dedi nostrae grandia uela rati || Verg. ge. II 41: pelagoque uolans da uela patenti || Ou. tr. II 327 sq. **3 T**: Victor. de m. Hor. p. 180: ne parta thyrrenium per aequor 'Tyrrenum ... aequor' Venantius Fortun. uit. s. Martini IIII 404 et alii **4** sqq. **S**: Vell. Pat. II 89, 4: rediit cultus agris, sacris honos, securitas hominibus q. s. **4 T**: Victorinus l. c. p. 181 **6** sqq. signa — postibus] uid. adnot. ad c. III 5, 18—21 **6 S**: Prop. III 11, 41: Ioui nostro **7** sq. **S**: Lucr. IIII 1170: postisque superbos || Manil. IIII 180: postis ... superbos || Cyprian. heptat. iudic. u. 181: limina concludens proceris postesque superbos **9** Porph. comparat Vergil. (Aen. I 294): claudentur belli portae **10 S**: Val. Max. II 9, 5: freni sunt iniecti uobis, Quirites: lex enim lata est, quae uos esse frugi iubet || poet. trag. ap. Cic. de or. III 41, 166: exsultantem te et praefidentem tibi repriment ualidae legum habenae **12 S**: monum. Ancyr. II 12: legibus noui<s latis multa reuocaui e>xempla maiorum exolescentia **13—16 S**: Tib. II 5, 57—60 ubi etiam pluralis 'ortus' extat, item Ou. met. I 779

Ω = *A'*(*Aa*)*F*(φψ)*R*γδλ'(λ*l*)νπ*u*] **3** tyrrhenum *F*γνπ*a* tyrrenum λ' thyrrenum δ *Victorinus* tyrrhe//num, ‿ *ab alt. manu, R* tirrhenum *A* tirrenum *u* equor δπ*u* **4** cesar *Au* cęsar////ætas δ **5** agros R_1 rettulit *A'*π*Ac.* re tulit φ retulit *cett.* **6** restuit δ_1 restiuit (*sic*) δ_2 **7** D*i*repta *u* Directa R_1 Direpta *cett.* R_2 Derepta *y* () *uid. Epileg.* superbis, s *in ras., l* **10** euaganti *A'*γπ *Pph. cons. schol.* γ et uaganti A_2*FR*λ'*u* uagantiq; ν [e]uagand*i* δ **11** dimouit δ_1νπ_1 d[ł euo]omuit *u* emouit *cett.* π_2 amouit A_2*y* euomit ϛ (μ_1*p*) () que *om.* ν *pr.* culpas] nefas u_1 **12** et] in A_1 artis *fort. a pr. aut*$_1$ artes *cett. uid. gramm. Aufsätze p.* 318 **13** P////quas π italiae *R*δ_1νπ *a. ras. l* itali λ_1

creuere uires famaque et imperi
porrecta maiestas ad ortus
solis ab Hesperio cubili,
custode rerum Caesare non furor
ciuilis aut uis exiget otium,
non ira, quae procudit enses
et miseras inimicat urbes.
non qui profundum Danuuium bibunt
edicta rumpent Iulia, non Getae,
non Seres infidiue Persae,
non Tanain prope flumen orti.
nosque et profestis lucibus et sacris
inter iocosi munera Liberi,
cum prole matronisque nostris
rite deos prius adprecati,

---

16 **S**: Mimnerm. fr. 12, 5: (*Ἠελίου*) *πολυήρατος εὐνή* **18** exiget] Porphyr. affert Ter. Andr. prol. 27: spectandae an exigendae **19** **S**: mythogr. I 18 p. 5 Bode: et ne puella Iunonis iram procuderet, a compressore in uaccam transfigurata est **20** 'inimicare' etiam ap. Stat. Theb. II 419 Auson. epist. 24, 63 Apoll. Sidon. epist. V 19, 1 **21** sqq. **S**: Prud. contra Symm. II 602 sqq.: hanc frenaturus rabiem deus undique gentes inclinare caput docuit sub legibus isdem Romanosque omnes fieri, quos Rhenus et Hister, quos Tagus aurifluus, quos magnus inundat Hiberus, corniger Hesperidum quos interlabitur et quos Ganges alit tepidique lauant septem ostia Nili. ius fecit commune pares et nomine eodem nexuit et domitos fraterna in uincla redegit **21. 24** **S**: Sen. Troad. 8—11: qui (al. quae) frigidum septena Tanain ora pandentem bibit, et qui renatum primus excipiens diem tepidum rubenti Tigrin immiscet freto **21** flumen aliquod bibere etiam apud Ou. trist. V 3, 24. Sen. Oed. 427. Phoen. 127. Med. 373 sq. Agam. 316 sqq. Stat. Th. I 686. Mart. epigr. lib. 3, 5. Sil. VIII 367 (potare) et alibi **26** iocosi ... Liberi cf. adn. ad c. II 19, 25 munera L.] **S**: Hes. *ἔργ.* 614: *δῶρα Διωνύσου πολυγηθέος* ‖ Bacchyl. fr. 27, 4 B: *Διονυσίοισι δώροις*

Ω = *A'*(*Aa*)*F*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*νπu*] **14** fameq. *R* imperi *Rγ* ς (ϱ1) *cons. gloss. v ante rasuram* imperii *cett.* **15** ortum *δ*1 ortū// *v* ortus *cett.* *δ*2 () **16** ab, b *in ras.*, *R* hesperia *π*1 *ut uid.* **17** cesare *Aδu* foror *l pr.* **18** exiget *R*1 *δ*2 *uar.* *λ'πa Pph. Porph. Ac. gloss. b* exigit *A* eximet *FR*2*γδvl*2 *uar. u* () *uid. Epileg.* ocium *R*1*a* **19** que *γ* ꝑc//udt'enses *π* **20** miserias *δ* inimicat// *π* urb///es *R* **21** danuuium *A'*1*R* dan//ubium *γ* danubium *cett.* *A'*2 **22** Etdicta *γ* Et dicta ς (*Turic.*) *cons. schol.* *γ* Edicta *cett. Ac. Pseudacr.* rumperīt *γ* iulię *A'*1 gętę *δπ* **23** infidiue *Fδλ p. ras. νπ Ac.* infidique *A'Rγλ'u uid. Epileg.* **24** tanaim *δ ante ras.* *λ'π*2 **25** Nosq;/// ꝑfestis *a* et *omis.* *Aλ'* profestis *R* **27** nostris *R* **28** adprecati (*uel* adp̄cati) *FRγδνπ* ap̄eccati *A* apprecati *uel* app̄cati *λal corr. u* app̄canti *l pr.*

uirtute functos more patrum duces
Lydis remixto carmine tibiis
Troiamque et Anchisen et almae
progeniem Veneris canemus.

---

30 S: Pind. Ol. 5, 19: *Λυδίοις ἀπύων ἐν αὐλοῖς* **31** sq. alma Venus etiam ap. Plautum (rud. 694 = III 3, 32), Lucretium (I 2), Apuleium (met. IIII 30), Ausonium (epigr. 91 (94 Sch.), 2 et alibi)

Ω = A′(Aa) F(φψ) Rγδλ′(λl) vπu] **30** Lydis *A′Rγδ2* Lydiis *Fδ1λ′v* Lidus *π a. ras.* Lidiis *π p. ras. u* remixto] ////mixto *λu* tybiis *γ* **31** anchisem *λ′u* anchisen *cett.*

Q. HORATI (HORATII *B*) FLACCI CARMINV̄ LIB̄ · IIII · EXPLICIT. INCIPIT EPODON · FELICITER *AB* (*in B fol.* 171 *post c.* IIII 14, 4) Q. (*omis. δφ* QVINTI *scribit R*) HORATII (ORATII *Rl*) FLACCI (F · *λ* F *l*) CARMINVM LIBER · IIII · EXPLICIT. INCIPIT EIVSDEM (*omis. Rγδφa*, LIBER *add. lu*) DE ARTE POETICA. ... Q. (*om. δφ*) HORATII (.H. *u* ORATII *R*) FLACCI (FLACCII *λ* F. HORATII *φ*) DE (LIBER DE *u*) ARTE POETICA (LIBER *add. φ*) EXPLICIT. INCIPIT EIVSDEM (*omis. Rγφa*) EPODON (EPPODON *γ*) *FRγδλ′au* EXPLICIT FLACCI HORATII QUARTUS LIBER CARMINUM · INCIPIT QINTUS (QIN *in rasura*) DE ΔRTЄ POЄTRIAЄ · ... DEARTЄ POЄTICA EXPLICIT · *π* (*sine titulo epodon*) Q. HORATII FLACCI CARM̄ LIb · IIII · EXPLĪ INCIP̄ LIb · V · EPODON *B fol.* 181 *post c.* IIII 13, 28 *titulos omis. v* *librum epodon post carmen saeculare exhibet v*

Q. HORATI FLACCI

E P O D O N

LIBER.

I.

Ibis Liburnis inter alta nauium,
  amice, propugnacula,
paratus omne Caesaris periculum
  subire, Maecenas, tuo.
quid nos, quibus te uita si superstite
  iucunda, si contra, grauis?

E p o d o n l i b e r. 'liber quintus qui epodon inscribitur' Diom. p. 527 cons. Victorin. p. 169 Porph. Pseudacr. schol. γ

Epod. 1. **1** sq. **T**: Terentian. p. 398 Victorin. p. 57. 58. 169. 173 Fortunatianus p. 303 Plotius p. 518 **S**: Prud. contra Symm. II 530 sq.: instíterant tenues cumbae fragilesque phaseli i n t e r t u r r i t a s Memphitica rostra L i b u r n a s ‖ ad sent. **S**: Verg. Aen. VIII 691 sq. **1 T**: Diom. p. 515 Plotius p. 522 Isidorus orig. XVIIII 1, 12 Mallius Theodorus p. 593 fragm. Sangall. VI p. 638 K. schol. Lucan. III 534 praem. 'prima ode' **T**: Diomed. p. 528 praem. 'Epodoe. ode I' **T**: Victorinus de metr. Hor. p. 182 'Hor.: ibit — nauium' **T**: gloss. Mai class. auct. VIII p. 174 'Hor. in odis: ibis — nauium' **T**: gloss. Mai class. auct. VIII p. 309 'ibis Liburnis' **T**: Diom. p. 509 **3 T**: Victorin. p. 63 Plotius p. 518. 522 **4 T**: Victorin. p. 137 fragm. grammat. Sangall. VI p. 640 K. **5** sq. **S**: Auson. epist. 7: sexaginta horas super et duo milia centum te sine consumpsi, q u o s i n e e t h o r a g r a u i s

---

Epod. 1. *Ω = A′(Aa)B′(BC)F(φψ)Rγδλ′(λl)πu; v deficit usque ad epod.* 2, 50 AD MAECENATEM (MEC: *A′B fol.* 181 *γ*) *A′B fol.* 171 *γ inscript. omis. FRλ′δπu; cod. π per totum librum titulis caret* () *uu*. **1** *sq. ter*, **3** *sq. bis exhibet B* **1** libyrnis *Seruius* **3** ṇne (m *supra*) *l* cessaris R_1 cesaris *u* caesaris *cett.* R_2 *Porph.* caesari *π p. ras. Bothe et Peerlkamp* **4** mecenas *Fδλ′* mecęnas *π* o mecenas *λ*$_2$*u* **5** te uit*a R* si *ABFRδλ′π a. ras. u Porph. Ac. schol. γbλφ omis. γπ*$_2$*a* sic *edit. uet.* si est *Ritter Munro* sit *Aldus* superstiti *R* **6** Iocunda *u*

utrumne iussi persequemur otium,
non dulce, ni tecum simul,
an hunc laborem, mente laturi decet
qua ferre non mollis uiros?
feremus, et te uel per Alpium iuga,
inhospitalem et Caucasum,
uel Occidentis usque ad ultimum sinum
forti sequemur pectore.
roges, tuum labor*e* quid iuuem meo
inbellis ac firmus parum?
comes minore sum futurus in metu,
qui maior absentis habet;
ut adsidens inplumibus pullis auis
serpentium adlapsus timet

---

7 S: Cic. off. III 1, 1: otium persequimur ‖ otium sequi Ter. ad. 42 sq. = I 1, 17 sq. Corn. Nep. Pelop. 2, 1 **11 S**: Cat. 11, 1—12: Furi et Aureli, comites Catulli, siue in extremos penetrabit Indos . . . siue in Hyrcanos . . . siue trans altas gradietur Alpis, Caesaris uisens monimenta magni, Gallicum Rhenum †horribilisque ultimosque Britannos (c. I 35, 29 sq.)
12 S: Sen. Med. 43: inhospitalem Caucasum mente indue ‖ Thyest. 1052: quis inhospitalis Caucasi rupem asperam Heniochus habitans? **16 S**: Hom. Il. II 201 et VIIII 35 et 41: *ἀπτόλεμος καὶ ἄναλκις* **17 sq. S**: Caes. bell. Gall. VII 84, 5: omnia enim plerumque, quae absunt, uehementius hominum mentes perturbant **19 sqq. S**: Aeschyl. Sept. 291 sqq.: *δράκοντας δ' ὥς τις τέκνων ὑπερδέδοικεν λεχαίων δυσευνάτορας πάντρομος πελειάς* ‖ Mosch. 4, 21 sqq.: *ὡς δέ τ' ὀδύρεται ὄρνις ἐπὶ σφετέροισι νεοσσοῖς ὀλλυμένοις οὕς τ' αἰνὸς ὄφις ἔτι νηπιάχοντας θάμνοις ἐν πυκινοῖσι κατεσθίει· ἡ δὲ κατ' αὐτοὺς πωτᾶται κλάζουσα μάλα λιγὺ πότνια μήτηρ, οὐδ' ἄρ' ἔχει τέκνοισιν ἐπαρκέσαι· ἦ γάρ οἱ αὐτῇ ἆσσον ἴμεν μέγα τάρβος ἀμειλίκτοιο πελώρου· ὣς ἐγὼ . . .* ‖ Claudian. rapt. Proserp. III 141 sqq.: sic aestuat ales, quae teneros humili fetus commiserit orno allatura cibos et plurima cogitat absens, ne gracilem uentus discusserit arbore nidum, ne furtum pateat homini neu praeda colubris **20 S**: Valer. Max. I 6, 8: neque adlapsus serpentium arceri neque fuga impediri potuit ‖ lapsus serpentum exh. Verg. Aen. II 225

Ω = *A'*(*Aa*)*BF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πu*] **7** prosequemur γ_2 (*et* ϱv_1?) **9** An////hunc *γ* Adhuc *B* Anhuc λ_1 An hun[c] *l* **10** Qua *A'B*$R_1\gamma\lambda_2$ *Pph.* Quem *F*$R_2\gamma$ *uar. δλ'π p. ras. et corr. u* Quȩ *π ante ras. et corr. l uar.* mollis *Rπ Pph.* molles *cett.* **11** uel] *omis. δu pr.* alpium *Rπ* **12** cacausum *a* **15** labore *Glareanus* laborem *Ω schol. Γ* iuues *Bλ pr.*
16 Inbellis *FR*$\delta_1\pi u$ Ībellis *B* Inbe////llis *γ* Imbellis *A'*$\delta_2\lambda'$ firmum *γ* **17** sim *N. Heinsius* immetu *π* **18** absentis *A'BRπ* absentes *Fγλ'u* ab sentes *δ* **19** adsidens *FR*δ_1 *aut pr. Pph. Ac.* assidens *cett.* δ_2 *aut corr.* implumibus *Aδπ* inplumibus *Fγλ'au Pph. Ac.* ĩ'plum̧bʒ (= inplumibus) *B* inplumis *R* pulliauis *δ pr. aut*$_1$ **20** adlapsus *FRδ*$\lambda_2 a_2 u$ *Pph. Ac.* alapsus *γ* allapsus *A'λ'π* allapsu us *B*

magis relictis, non, ut adsit, auxil*i*
latura plus praesentibus.
libenter hoc et omne militabitur
bellum in tuae spem gratiae,
non ut iuuencis inligata pluribus
aratra nitantur meis,
pecusue Calabris ante sidus feruidum
Lucana mutet pascuis,
nec ut superni uilla candens Tusculi
Circaea tangat moenia.
satis superque me benignitas tua
ditauit: haut parauero
quod aut auarus ut Chremes terra premam,
discinctus aut perdam ut nepos.

---

29 sq. **S**: Sil. VII 692 sq.: quod peperere decus C i r c a e o T u s c u l a dorso m o e n i a, Laertae quondam regnata nepoti (cf. c. II 6, 11) **32—34** sent. **S**: Sen. de uita beata dial. VII c. 20: quicquid habebo, nec sordide custodiam nec prodige spargam **33** sq. **T**: Seruii ad Aen. I 210 libri deteriores; argumentum sumptum est ex Menandri thesauro, uid. Donat. ad Ter. eun. prol. 10 **34** **T**: schol. Pers. 3, 31

Ω = *A′*(*Aa*)*B F*(*φψ*)*Rγδλ′*(*λl*)*πu*] **21** ut adsit *A′λ′*δ_2 *superscr. Porph.* ut assit *Bγ schol. γ* ut sit *FR*δ_1*πu* uti sit *y* () auxili] auxilii// *R* auxilii *cett. Pph.* auxiliis *l uar.* **22** presentibus *γu* *inde a u.* **24** *r e d i t C* **25** iuuencis] inuentis *C* inligata *Rπ* illigata *cett.* **26** niteantur *R item* π_1 *aut pr. ut uid.* meis *Ω schol. λφ* mea π_2 u_2 (*et qv*) **27** Pe//cusue *γ* Pecusue, cus *in ras., a* **28** motet *C* mutet /// & *R* mutet *cett.* pascuis *FRγδπ*a_2 *uar. u Pph.* pascua *A′Cλ′* pascula *B* () **29** Nec *FRγδλ corr. πu Ac., item δ, sed* c *fort. in ras.* Neque *A′B′λ′* supernę γ_2 superne R_1?γ_1*π* superni *cett.* R_2*γ uar. Pseudacr. schol. λφ* tangens *FR*δ_1 cadens *Cλ′* *candens δ* scandens *π* candens *cett.* λ_2 *schol. b interpret.* ornata tuscula, *superscr.* ut tusculi *γ* **30** Circaea *Rπ* Cyrcea *δ* Circea *cett.* męnia *A* moenia *cett.* **31** superque me] sup^{q} me *δ* begnitas δ_1 **32** haut *B′* haud *cett. uid. Epileg.* **33** cremes *γ* praemam *CR* **34** Discintus *A* Distinctus l_1 ut nepos *FRγδπ*a_2 *supr. u. schol. b Seruius* nepos *A′ B′ λ′ u schol. Pers. uid. Epileg.*

II.

'Beatus ille qui procul negotiis,
ut prisca gens mortalium,
paterna rura bobus exercet suis
solutus omni faenore,

Epod. 2. **1** sqq. **S**: Mart. I 49 ‖ Ou. rem. am. 169 sqq.: r u r a quod oblectant animos studiumque colendi e. q. s. ‖ Ap. Sid. c. 7, 460 sq.: optassem p a t r i i s securus in a r u i s ... fouisse quietem ‖ Sen. Phaedr. 483 sqq.: non alia magis est libera et uitio carens ritusque melius uita quae p r i s c o s colat, quam quae relictis moenibus siluas amat ‖ Verg. ge. II 458—460: o fortunatos nimium, sua si bona norint, agricolas! quibus ipsa procul discordibus armis fundit humo facilem uictum iustissima tellus **1—3** '... bobus pro bouibus. Hor. in epodo: beatus — suis' Prisc. VII 81 **S**: Claudian. carm. min. 13 = 52, 1: felix qui patriis aeuum transegit in agris ‖ Sen. Med. 329—34: candida nostri saecula patres uidere p r o c u l fraude remota. sua quisque piger litora tangens p a t r i o q u e senex factus in a r u o, paruo diues, nisi quas tulerat natale solum, non norat opes **1** sq. **T**: Isidorus orig. I 38, 24 Victorinus p. 81. 141 **1 T**: Augustinus de mus. V 11, 23 iam laudatus a librario cod. B; Terentianus p. 395 K. Victorinus p. 52. 79. 81 bis. 82. 134 bis. 137. 142 Plotius p. 521 fragm. Sangall. VI p. 640. 641 Fortunat. p. 286 bis, Seru. de m. Hor. IIII p. 471 Victorin. (de metr. Hor.) p. 169 sq. Diomed. p. 528 'beatus — procul' **T**: Plotius p. 535 Victorinus p. 143 et p. 168 'beatus ille qui' **T**: Victorinus p. 102 'beatus ille' **T**: Caesius Bassus p. 270 Fortunatian. p. 302 **S**: Eur. Heracl. 109: *καλὸν δέ γ' ἔξω πραγμάτων ἔχειν πόδα* ‖ Bacchylid. fr. 1: *ὄλβιος, ᾧ τινι θεὸς μοῖράν τε καλῶν ἔπορεν σύν τ' ἐπιζάλῳ τύχᾳ ἀφνειὸν βιοτὰν διάγειν* ‖ Menand. p. 170 M.: *μακάριος ὅστις ...* ‖ oracul. anthol. Pal. XIIII 77, 1: *ὄλβιος οὗτος ἀνήρ, ὃς νῦν κτλ.* ‖ Strato anthol. Pal. XII 217, 5: *ὢ μακαριστὸς ἐκεῖνος, ὅτις ποτέ κτλ.* ‖ Publil. sent. 547 p. 103 W.: quam felix uita transit sine negotiis! ‖ Prud. cath. 9, 19 sq.: o b e a t u s ortus i l l e, uirgo cum puerpera edidit nostram salutem ‖ Paulin. Nol. carm. 7, 1 sq.: b e a t u s i l l e q u i p r o c u l uitam suam ab inpiorum segregarit coetibus **2 T**: Diomed. p. 510. 511 Victorin. p. 102 **3 T**: class. auct. ed. Mai V 336 **S**: Pers. 3, 24 sq.: r u r e p a t e r n o est tibi far modicum ‖ Valer. Fl. VI 404 sq.: eademque parentis rura colunt ‖ Verg. ge. I 98: e x e r c e t ... tellurem ‖ II 356: exercere solum ‖ Manil. IIII 523 sq.: propriaque iuuencum dote per inuersos e x e r c e n t uomere c a m p o s

---

Epod. 2. *Ω = A′(Aa)B′(BC)F(φψ)Rγδλ′(λl)πu*] VITAM (ITEM *l*) AGRICOLARVM (agricolorum *C*) SVMMA TRANQVILLITATE (TRAMQV: *λ*) RERVM EXORNATAM (EXORNATV̄ *λ*) PROSEQVITVR *AB′λ′*, *C add.* METRVM QVOD SVPERIVS DICOLON · *λ′ add.*: LAVDATIO (LAVDACIO *λ*) VITAE RVSTICAE (VITE RVSTICE *λ*) *λ′* LAVDATIO VITAE (ULTAE *R*) RVSTICAE (RVSTICE *F*) *FRγδau*, *add. γa*: EXORNATĘ SVMMA TRANQVILLITATE RERVM *sine titulo π*

1 negociis *a* negotiis *cett.* negotio *Victorinus p.* 137 *Augustinus* **3** Pater natura *π pr.* bobus *BFγδλ′$π_2$ a corr. u_2* bubus *A′CR$π_1$$u_1$* & exercet *R* **4** faenore *AB′R* foenore *Fγδπal_2* fenore *λ′u*

neque excitatur classico miles truci
  nec horret iratum mare,
forumque uitat et superba ciuium
  potentiorum limina.
ergo aut adulta uitium propagine
  altas maritat populos,
aut in reducta ualle mugientium
  prospectat errantis greges,
inutilisque falce ramos amputans

5—7 S: Claudian. carm. min. 18 = 52, 7 sq.: non freta mercator tremuit, non classica miles; non rauci lites pertulit ille fori 5 T: Victorin. p. 136 cf. Caesius Bassus p. 257 et Victorin. p. 136 et 137: nec excitatur classico truci miles S: Bacchylid. fr. 13, 9 B.: *χαλκεᾶν δ' οὐκ ἔστι σαλπίγγων κτύπος* ‖ poeta aliquis apud Plutarch. Nic. 9: *τοὺς ἐν εἰρήνῃ καθεύδοντας οὐ σάλπιγγες, ἀλλ' ἀλεκτρυόνες ἀφυπνίζουσι* ‖ Ps. Senec. Octau. 399 sqq. de aurea aetate: humanum genus non bella norat, non tubae fremitus truces ‖ panegyr. in Pisonem 129 sq.: nec tota classicus horror nocte dieque gemit ‖ Prudent. psychom. 235 sq.: quos ... tirones Bellona truci non excitat aere ‖ cathemer. 2, 42: hunc triste raptat classicum ‖ Ou. met. I 98—100: non tuba directi, non aeris cornua flexi, non galeae, non ensis erant; sine militis usu mollia securae peragebant otia gentes ‖ Boeth. phil. cons. II metr. 5, 16: tunc classica saeua tacebant 6 S: Petron. 114 B.: ecce iam amplexus amantium iratum diuidet mare ‖ 81 B.: non iratum etiam innocentibus mare? 7 sq. S: Senec. epist. 68, 10: pulsare superbas potentiorum fores ‖ Senec. epist. 4, 10: non est necesse superbis assidere liminibus ‖ Mart. V 20, 5 sqq.: nec nos atria nec domos potentum nec lites tetricas forumque triste nossemus nec imagines superbas ‖ I 70, 13: nec metuas fastus limenque superbum ‖ Senec. Herc. fur. 164—166: ille superbos aditus regum durasque fores ... colit 8 T: Porph. ad c. I 35, 22 S: Mart. XII 18: dum per limina te potentiorum etc. ‖ Columell. de re rust. I praef. 9: an honestius duxerim mercennarii salutatoris mendacissimum aucupium circumuolitantis limina potentiorum? ‖ Claudian. in pr. cons. Stilich. I 42 sq.: nullis haerere potentum liminibus ‖ Cyprianus heptat. iudic. u. 181: limina concludens proceris postesque superbos 10 T: Caesius Bassus p. 269 Eutych. p. 484 S: Tib. I 4, 30: populus alta 11 sq. S: Verg. ge. I 272: balantumque gregem 11 S: Mart. III 58, 10: truces (cf. u. 5) in alta ualle mugiunt tauri 13 S: Verg. ge. II 81 sq.: exilit ad caelum ramis felicibus arbos mira-

---

$\Omega = A'(Aa)B'(BC)F(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi u$] 5 Neque *Ω Pph.* Nec *Victorinus* () 6 Nec *FRγδπ* Neque *A'B'λ'u* orret *F* 7 ui*t*at *R* superbia *B* 8 lumina *R a. ras.* 9 Erga *C* aut] ut γις 10 Altos *B* marita*t* *C* populos *δ* *uu.* 11 *sqq. sic disposuit Fabricius* 13. 14. 11. 12 *codicem quendam Altorfensem secutus* 11 seducta *l ante corr. et ras.* ualle] *omis. a pr.* mugentium $C_2\delta$ 12 errantes $C_2\gamma\delta_2 a_2 u$ errantis *cett.* $C_1\delta_1 a_1 Ac.$ 13 Inutilisque *B'λ'* In*uti*lisq *R* Inutilesque $A'C_2F\gamma\delta u$ Inuictusq ; *π, sed* ictu *in ras.* amputantes *B* amputas *γ*

feliciores inserit,
aut pressa puris mella condit amphoris,
aut tondet infirmas ouis;
uel cum decorum mitibus pomis caput
Autumnus agris extulit,
ut gaudet insitiua decerpens pira,
certantem et uuam purpurae,
qua muneretur te, Priape, et te, pater
Siluane, tutor finium.
libet iacere modo sub antiqua ilice,

---

turque nouas frondes et non sua poma **15 S**: Verg. ge. IIII 140: spumantia cogere pressis mella fauis **16 S**: Ou. Ib. 44: pecore infirmo = ouibus **17** sq. **S**: Colum. r. r. X 43: cum satur Autumnus quassans sua tempora pomis ‖ idem III 21, 3: undique uersicoloribus pomis grauidus conlucet Autumnus ‖ Ou. fast. I 209 sq.: at postquam Fortuna loci caput extulit huius et tetigit summo uertice (cf. c. I 1, 36) Roma deos ‖ Ou. tr. I 9, 45 et Sil. VIII 250: caput extulit ‖ Sen. Herc. fur. 594: illustre laetis (al. latis) exeris terris caput **17 S**: Sen. Herc. fur. 223: multo decorum praeferens auro caput ‖ Prud. cath. 3, 76 sq.: hinc quoque pomiferi (cf. Hor. c. IIII 7, 11) nemoris munera mitia proueniunt **19** 'Hor. in odis: ut — pyra' **T**: gloss. Mai class. auct. VIII p. 530 **20 S**: Ou. met. VIII 676: et de purpureis collectae uitibus uuae ‖ libell. de gen. nom. ed. Haupt p. 94: purpureis gemmauit pampinus uuis **21** 'munero, sed Hor.: muneretur te Priape' **T**: Diomed. p. 382 **23** sqq. **S**: Ouid. am. III 5, 1 sqq.: Nox erat et (epod. 15, 1) somnus lassos summisit ocellos: ... colle sub aprico creberrimus ilice lucus stabat et in ramis multa

---

$\Omega = A'(Aa)B'(BC)F(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi u$] **14** Felicioris R_1 Feliciores *cett.* R_2 *uid. gramm. Aufsätze 308* **16** tondit *a* ouis $FR_1\delta\pi$ oues $A'B'R_2\gamma\lambda'u$ **17** uel] Aut *R* cum] *omis.* δ_1 (*et z*) decoris u_1 mitibus] mentib. *l pr.* militibus *B* capud *u* **18** Autunpnus *u* aruis extulit $R\gamma\delta_2$ *uar.* a_2 *uar.* uuis extulit π agris extulit $A'B'\delta\lambda'u_2$ *Pph.* agnis extulit *Ac.* extulit agris $F\varsigma$ agris u_1 () **19** Aut $a\varsigma$ Et π_2 gaudens $F\delta_1\pi_1$ ('gaudens uel gaudet' *schol. b mg.*) gaudet *cett.* $\delta_2\pi_2$ insiciua *gloss. Mai* insit//a (u *superscr.*) *R* decerpit *π uar.* **20** purpure C_1 purpurae *cett. Ac.* () **21** muneretur *te* priape *R* muneret *F* (*et ϱp*), *cf. Diomed. loc. supra citat.* muneretur *cett.* **22** Saluane R_1 //tutor *a* **23** *nouum epodum incipiunt* $A'C\gamma\lambda'$ *Pseudacr.* INTRODVCIT QVENDAM (QVEMDAM *l*) FENERATOREM (FOENERATOREm *a*) LOQVENTEM ET (*omis.* λ') LAVDANTEM (*omis.* λ') VITAM (*omis.* λ') QVIETAM (*omis.* λ' QVIĘTĒ *A* QUIETĒ *a*) ET NON TAMEN SVVM PROPOSITVM (EST *add. A*) DESERENTEM (SUŪ & tam̄ PROPOSITŪ NON DESERENTEM *C*) $A'C\lambda'$ () *inter uu.* 22 *et* 23 *linea uacua* γ. *nulla interruptio in* $BFR\delta\pi u$ *schol.* γ *Porph. sed ad marginem* ψ *eadem exhibet quae* λ' *uid. Epileg.* **23** antiqua] alta *C* aliqua ς (*L pr. b pr. r*)

modo in tenaci gramine.
labuntur altis interim ripis aquae,
queruntur in siluis aues,
*frond*esque lymphis opstrepunt manantibus,
somnos quod inuitet leuis.
at cum tonantis annus hibernus Iouis
imbres niuesque comparat,
aut trudit acris hinc et hinc multa cane

---

latebat auis. area gramineo suberat uiridissima prato, umida de guttis lene sonantis aquae. ipse sub arboreis uitabam frondibus aestum ...|| Sen. Phaedr. 508 sqq.: hinc aues querulae fremunt ramique (al. ornique) uentis lene percussi (al. percussae) tremunt ueteresque fagi. iuuit aut amnis uagi pressisse ripas, caespite aut nudo leuis duxisse somnos, siue fons largus citas defundit undas siue per flores nouos fugiente dulcis murmurat riuo sonus **24 S**: Sen. Phaedr. 1044: musco tenaci **25** sqq. **S**: Ou. fast. III 17 sq.: umbrosae salices uolucresque canorae fecerunt somnos et leue murmur aquae **25** sq. **S**: Ou. am. III 1, 3 sq.: fons sacer in medio speluncaque pumice pendens, et latere ex omni dulce queruntur aues **25 S**: Lucr. II 362: flumina ... summis labentia ripis || Ou. am. II 17,31: ripa labuntur eadem **26 S**: Ou. fast. IIII 166: querentur aues **27 S**: Theocr. 1,1 sq.: *ἁ πίτυς ... ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται* || Prop. IIII (V) 4, 4: multaque natiuis obstrepit arbor aquis || Nemesian. buc. 1,30 sq.: nobis ne uento garrula pinus obstrepat || Ou. fast. VI 9 sq.: est nemus arboribus densum, secretus ab omni uoce locus, si non obstreperetur aquis || Censorini fragm. c. 14, 5 H.: calentibusque lympha fontibus semper **28 S**: Theocr. 8, 78: *ἁδὺ δὲ τῶ θέρεος παρ' ὕδωρ ῥέον αἰθριοκοιτεῖν* || Stat. s. I 3, 42: teneros inuitant (nigros mutantia codd.) murmura somnos || Ou. met. XI 604: inuitat somnos crepitantibus unda lapillis || Stat. Theb. I 389: inuitat tenuis ad dura cubilia somnos || Senec. Phaedr. 520 || Verg. ecl. 1, 55 **29 S**: Mart. I 49, 19 sq.: at cum December canus et bruma impotens Aquilone rauco mugiet (cf. c. III 29, 57) **31** sqq. **S**: Ou. rem. am. 201—204: nunc leporem pronum catulo sectare sagaci, nunc tua frondosis retia tende iugis, aut pauidos terre uaria formidine ceruos, aut cadat aduersa cuspide fossus aper **31** sq. **T**: Seru. ad Aen. I 378 **31** eodem modo Auienus dicit ʻmulta capraʼ, ʻmultus caperʼ, ʻmulta serpensʼ

$\Omega = A'(Aa)B'(BC)F(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi u$] **24** Momodo *δ* **25** ripis *A' B corr.* $C\gamma\delta_2\lambda'\pi_1$ riuis *B pr.* $FR_2\delta_1u$ //riuis *π* risis (v suprascr.) *R cf. R c.* III 29, 24 () *uid. Epileg.* **26** Quaeruntur *ARδπψl pr.* insiluis *in ras. δ* auis *BR* **27** Fontes *Ω Porph. schol. γλφ* frondes *Markland prob. Peerlkamp Lehrs Eckstein uid. Epileg.* lymphis $B'FR\delta\lambda_2\pi al$ limphis *Au* lynphis *γ Ac.* lyphis λ_1 opstrepunt ς (*b*) obstrepunt *Ω* mantibus *B* manant C_1 manantes *l pr.* **28** Sonnos *u* leuis *CRγπ* leues *cett.* **29** Aut *B' u Pph.* At *cett.* hiberni *B'* hiberni' C_2 hibernus *cett.* **30** imbresq̧, *B* **31** acris $A'B'R\gamma\delta\pi l_2$ *Seruii cod. M* acres *Fu Seruii codd. plurimi* agris *λ'* multo *π uar. s corr.*

apros in obstantis plagas,
aut amite leui rara tendit retia,
turdis edacibus dolos,
pauidumque leporem et aduenam laqueo gruem
iucunda captat praemia.
quis non malarum, quas amor curas habet,
haec inter obliuiscitur?
quodsi pudica mulier in partem iuuet
domum atque dulcis liberos,
Sabina qualis aut perusta solibus
pernicis uxor Apuli,

---

33 sq. **S**: Mart. III 58, 26: sed tendit auidis rete subdolum turdis ‖ XI 21, 5: quam quae rara uagos expectant retia turdos **33 T**: fragm. Sangall. VI p. 639 K. **S**: Ter. Phorm. 330: non rete accipitri tenditur ‖ Verg. Aen. IIII 131: retia rara **34 T**: Caesius Bassus p. 265 Victorinus p. 139 **35 T**: Fortunat. p. 287 fragm. metr. Sangall. VI p. 639 K. omissa uoce 'gruem' cf. Pseudophiloxenus p. 10, 13: aduena: *μέτοικος* idem p. 10, 2 add.: *ἔπηλυς* **37 S**: Ter. eun. I 1, 32: neque, praeterquam quas ipse amor molestias habet, addas 'malarum quas ... curas' Lucretiana constructio est, uid. Munro ad Lucr. I 15 **39** sq. **S**: Verg. ge. II 523 sq.: interea dulces pendent circum oscula nati, casta pudicitiam seruat domus ‖ cf. adnot. ad c. II 14, 21 ‖ in rem **S**: Soph. El. 71 sqq. **40—45 S**: Ou. medic. fac. 11 sqq. **40 S**: Prud. perist. II 84: nudare dulces liberos **41** sqq. **S**: Stat. s. V 1, 121 sqq.: ipsa dapes modicas et sobria pocula tradit exemplumque ad erile monet, uelut Apula coniunx agricolae parci uel sole infecta Sabino, quae uidet emeriti iam prospectantibus astris tempus adesse uiri, propere mensasque torosque instruit expectatque sonum redeuntis aratri **41 S**: Theocriteum *ἁλιόκαυστος* id. 10, 27 et Lucr. V 251 sq.: perusta solibus ‖ Quintil. declam. p. 38 ed. Obr.: frigoribus ac solibus perusta ‖ Sen. Med. 484: a perustis Indiae populis **42 S**: Grattius cyneg. 120: pernix Lucania ‖ Auien. orb. terr. 946: pernix Durateum gens **42 T**: Seruius ad georg. III 230 et schol. ad Heirici uit. s. Germani IIII 297 **43** sq. **S**: Rutil. Lup. I 21: fer fortiter demum laborem; iam breui domum uenies expectatus; excipiet te defatigatum diligens atque amans uxor; ea sedulo ac blande praeministrando detrahet languorem et simul seniles nutriendo recuperabit uires

---

$\Omega = A'(Aa)B'(BC)F(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi u$] **32** obstantes *Fδau Seruii codd. plurimi* obstantis *cett. Seruii cod. H* **33** amitę *π* rara tetendit *Fδ ante ras.* ra(r)ta *l* tendet *fragm. Sangall.* **34** Turdis// *R* edactibus *C* **35** -que *omis. δ* laqueo] ////// *φ* **36** Iocunda *Cu* premia *R2γλu* remia *R1 uu.* **37—40** *omis. B* $\Omega = A'(Aa)CF(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\pi u$ **37** quas amor] Roma quas *Scrinerius Housman* **39** Quod si *uel* Quodsi *Ω* Quid si *C2 Haupt uid. Epileg.* inparte *A Ac.* dulces *γδu* dulcis *cett.* **41** *post* aut *in R circiter tres litterae uidentur erasae esse*

sacrum uetustis extruat lignis focum
lassi sub aduentum uiri,
claudensque textis cratibus laetum pecus
distenta siccet ubera,
et horna dulci uina promens dolio
dapes inemptas apparet:
non me Lucrina iuuerint conchylia
magisue rhombus aut scari,
siquos Eois intonata fluctibus
hiems ad hoc uertat mare;
non Afra auis descendat in uentrem meum,
non attagen Ionicus

---

43 S: Hieronym. epist. 66, 13 V.: ligna concidas, focum extruas **46 S**: Lucret. I 259: uberibus ... distentis ‖ Verg. ecl. 4, 21 sq.: distenta ... ubera ‖ Ou. met. XIII 826: distentum ... uber ‖ Verg. ecl. 9, 31: distendant ubera ‖ Colum. r. r. III 21: distenta ... ubera ‖ Lucan. IIII 314: distentas siccant pecudes **48** cf. Colum. r. r. XI 3, 1: hortorum ... aeque curam suscipere debebit, ut et cotidiani uictus sui leuet sumptum et aduenienti domino praebeat, quod ait poeta, inemptas ruris dapes ‖ Verg. georg. IIII 132 sq.: seraque reuertens nocte domum dapibus mensas onerabat inemptis ‖ Claudian. in Ol. et Prob. coss. 204: inemptas apparet dapes ‖ Stat. s. I 6, 94: dapes inemptas ‖ Prud. cath. IIII 58: cernit forte procul dapes inemptas ‖ Paulinus c. 4, 15: adsit laeta domus epulisque adludat inemptis ‖ Mart. IIII 66, 5 sq.: saltus aprum (cf. u. 32), campus leporem (u. 35) tibi misit inemptum, silua graues turdos (u. 34) exagitata dedit **49** sq. **S**: Petron. 119 uu. 33 sqq.: ingeniosa gula est: Siculo scarus aequore mersus ad mensam uiuus perducitur atque Lucrinis eruta litoribus uendunt conchylia cenas, ut renouent per damna famem ‖ Mart. XIII 82, 1: ebria Baiano modo ueni concha Lucrino **49—52 T**: Prisc. VIIII 37 XI 34 **50. 53 S**: Petron. 93, uu. 3—7: atque Afrae uolucres placent palato, quod non sunt faciles ... ultimis ab oris attractus scarus atque arata Syrtis siquid naufragio dedit, probatur **51 S**: Valer. Fl. II 365 sq.: magnis cum fratribus Eurus intonat Aegaeo **53 S**: Plaut. Pers. 98: quod eat in uentrem uolo **54 S**: Mart. XIII 61: inter sapores fertur alitum primus Ionicarum gustus attagenarum ‖ Hieronymus epist. ad Saluinam 79 t. I A p. 504: procul sint a conuiuiis tuis Phasides aues, crassi turtures, attagen Ionicus

---

Ω = *A'*(*Aa*)*CF*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*πu*] **43** () extrudat *δ* **44** sub ad uentu *l* **45** -que *om. u* texis *C* cratib, *δ* letum *u* **47** horna *A'Rγπ2* orna *CFδλ'π1u* **48** inemptas] ineptas *δς* (*L corr. bg*) **49** non me] Nonne *lu* conchilia *A'Cδu* **50** Magisq; *a* rhombus *ARπu* rohmb' *C* rombus *Fγλ'a* romb;, r *in ras.*, *δ* scari] *scari C* scauri *R2λ'π2u* *u.* **51** *redit cod. v* **51** eois, is *in ras.*, *δ* **52** Hiems *A'l* Hiemps *R* Hiemps *cett. Ac.* uertit *aliquot codd. Prisciani* **53** affra *v* **54** atagen *πu*

iucundior, quam lecta de pinguissimis
  oliua ramis arborum,
aut herba lapathi prata amantis et graui
  maluae salubres corpori,
uel agna festis caesa Terminalibus
  uel haedus ereptus lupo.
has inter epulas ut iuuat pastas ouis
  uidere properantis domum,
uidere fessos uomerem inuersum boues
  collo trahentis languido,
postosque uernas, ditis examen domus,
  circum renidentis Lares.'
haec ubi locutus faenerator Alfius,
  iamiam futurus rusticus,
omnem redegit Idibus pecuniam,
  quaerit Kalendis ponere.

---

58 S: Mart. X 48, 7 sq.: exoneraturas uentrem mihi uilica maluas attulit **59** S: Ou. fast. II 655: spargitur et caeso communis Terminus agno **60** S: Mart. X 48, 14: haedus inhumani raptus ab ore lupi **63** sq. T: Seru. ad ecl. 2, 66 S: Porph. comparat Verg. ecl. 2, 66: aspice aratra iugo referunt suspensa iuuenci **65** sq. S: Mart. III 58, 22 sq.: cingunt serenum lactei focum uernae et larga festos lucet ad Lares silua **65** S: Tib. II 1, 23: turbaque uernarum, saturi bona signa coloni **67** cf. Columella r. r. I 7, 2: uel optima nomina non appellando fieri mala faenerator Alfius dixisse uerissime fertur

---

$\Omega = A'(Aa)CF(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\nu\pi u$] **55** *uocem* iucundior *antecedenti uersui adscribunt* $R\gamma\nu$, *omisit* δ_1, Iocundior $u\delta_2$ *mg.*, Iucundior *cett.* lecta] lęta A_1 de pinguissimis] deposcimus A'_1 de pinguissimus l_1 depingissimis R **57** Ạut δ lapathi $A'CR_2\delta\lambda'\nu$ lapati u laphati $F\gamma\pi$ lap//athi R, ⎵ *ab alt. m.* **59** cesa $\gamma\nu u$ terminabilib; δ *ante ras.* **60** haedus $C\lambda a$ hedus $AFR\delta\nu\pi lu$ edus γ hereptus A **61** ępulas F aepulas λ ut] et $C_2\gamma a$ *corr.* ouis $C_1\lambda$ iouis l oues *cett.* C_2 **62** domum properantes u properantis $CR\nu\pi$ properantes *cett.* **63** fessos, *primum* s *in ras.*, R **64** trahentis ς $(\mu\varrho)$ trahentes Ω laᴎguido, ᴎ *in ras.*, δ **65** Postosq. R Positosque *cett. Ac. uid. Epileg.* **66** renidentis δ_1 *aut pr. ut uid.* π ς $(\mu\varrho g z)$ renitentis R renidentes *cett.* δ_2 lares *in ras.* δ **67** Haec ubi lo δ *in ras.* loquutus a faenerator $C\nu$ foenerator $\gamma a l$ fenator δ_1 fenerator *cett.* δ_2 alpheus u alphius ν alfius *cett. Pph. Ac.* **69** redegit Ω *Pph. Ac. schol.* γ relegit λ *corr.* l *p. ras.* () **70** Querit Au calendis $F\pi$ kalendis *cett.* ////ponere δ (*de* supra ////)

III.

Parentis olim siquis impia manu
  senile guttur fregerit,
edit cicutis alium nocentius.
  o dura messorum ilia!
quid hoc ueneni saeuit in praecordiis?
  num uiperinus his cruor
incoctus herbis me fefellit, an malas
  Canidia tractauit dapes?
ut Argonautas praeter omnis candidum
  Medea miratast ducem,

Epod. 3. **1—4 S**: Naeuius in Apella fr. 1 R.: ut illum di perdant (al. feriant), qui primam holitor protulit caepam **1 sq. T**: Seru. de m. Hor. IIII p. 471 **1 T**: Diom. p. 528 Victorin. (de m. Hor.) p. 169 sq. K. **2 S**: Apollin. Sid. carm. 2, 229: post guttura fracta Iugurthae ‖ ibid. 303: fracturus guttura lictor ‖ 5, 355: cui guttura fregit **4 S**: Sen. Herc. Oet. 1732: o durum iecur! ‖ iam Porph. affert Verg. ecl. 2, 10 sq.: Thestylis et rapido fessis messoribus aestu alia serpullumque herbas contundit olentis **5 S**: Petron. 17: maior enim in praecordiis dolor saeuit ‖ Sen. ep. 95, 25: garum...non credis urere salsa tabe praecordia?

Epod. 3. *Ω* = *A*′(*Aa*)*B*′(*BC*)*F*(*φψ*)*Rγδλ*′(*λl*)*vπu*] EXECRATVR (EXS: *u*) QVOD (q, *B*) APVD (APVT *C* ap̄ *B*) MAECENATEM (MECENATEM *Aλ* MECENATEN *C* MECENATÃ *l*) ALIVM (ALLIUM *λ l corr.*) EDERAT (COMEDERAT *λ* COMEDERIT *l*) (EXECRATVR ALLIVM QVOD APVD MECENATEM COMEDERAT *u*) ET AESTV (ESTV *Aλu*) TORQVEBATVR (TORQUEBETUR *λ*) *AB*′*λ*′*u*, *B*′ *add.*: METRVM QVOD SVPERIVS; *in B add. alt. m.*: DE ALLIO HERBA NOCENTIORE CICVTIS · AD · C · (*sic δz*, · G · *R omis. Fλ*′) MAECENATEM (MECENATÃ *l* MECENATEM *Fδλ*) TERNARIVS IAMBICVS BINARIVS IAMBICVS EPODICOS (IAMBICEPODICOS *R* EPODICVS *F*) (*in λ*′ *hic tit. post illum*) *FRδλ*′ EXECRATUR QUOD APUD MĘCENATEM ALIVM EDERAT ET ÆSTVABAT · G · MĘCENATĒ IAMBICE PODICOS *a* AD MECENATEM TERNARIVS IAMBICVS EXECRATVR QVOD APVD MECENATEM ALLIVM COMEDERAT ET ESTV TORQVEBATVR *γ sine titulo vπ*

1 Parentes *v ante ras.* olim] *omis. γ* **3** Edat $\pi_2 u$ Edit *cett. test. Pph. Porph. Ac. Pseudacr. schol. codicum vbaα etc.* () allium *B corr.* $R_2 \gamma \delta_2 \lambda' v \pi_2 \psi_2 a_2 u$ *schol. γvb* alium *cett.* *B pr.* $\delta_1 \pi_1 \psi_1$ *Pph. Ac.* **5** seuit *R p. ras.* $\delta_1 u$ inp̃cordiis *δ* (*etiam l*), iis *in ras. δ* precordiis *AFγvu* **6** Num uiperin *in ras. δ* uiperin[u]s *a* **7** an malas *omis. B*′ *exh. cett.* C_2 **8** tractauit] tractabat *R* tractabat *v* *uu.* **9—22** *omisit B* **9** argo nautas/// *δ* preter *Aγ* omnis *Rπς*(*αμϱb*) omnes *cett.* **10** mirata *π p. ras.* miratast π_1? mirata est *cett.*

ignota tauris inligaturum iuga
  perunxit hoc Iasonem;
hoc delibutis ulta donis paelicem
  serpente fugit alite.
nec tantus umquam siderum insedit uapor
  siticulosae Apuliae,
nec munus umeris efficacis Herculis
  inarsit aestuosius.
at siquid umquam tale concupiueris,
  iocose Maecenas, precor
manum puella sauio opponat tuo,
  extrema et in sponda cubet.

IIII.

Lupis et agnis quanta sortito optigit,
  tecum mihi discordia est,

---

14 S: Sen. Med. 1025: ego inter auras aliti curru uehar **15** sq. **S**: Val. Fl. I 682—684: stabulis et messibus . . . Calabri populator Sirius arui incubuit **15 S**: Sen. Oed. 47: grauis . . . incubat terris uapor **16 S**: Homeri (Il. IIII 171) *πολυδίψιον Ἄργος* **17 S**: Auien. or. mar. 163: usque in columnas efficacis Herculis **20—22 S**: anthol. Lat. Burm. II p. 563: puella nec iocosa te leui manu fouebit **21** sq. **T**: Porph. ad epod. 14, 13 sent. **S**: Antiphan. apud Athenaeum XIII p. 572 b. c.: *διὰ ταῦθ᾽ ὁ πόρνος οὗτος οὐδὲ τῶν πράσων ἑκάστοτ᾽ ἐπεδείπνει μεθ᾽ ἡμῶν· τοῦτο δ᾽ ἦν, ἵνα μή τι λυπήσειε τὸν ἐραστὴν φιλῶν* || Xenoph. sympos. 4, 8: *ὁ Νικήρατος κρομμύων ὄζων ἐπιθυμεῖ οἴκαδε ἐλθεῖν, ἵνα ἡ γυνὴ αὐτοῦ πιστεύῃ μηδὲ διανοηθῆναι μηδένα ἂν φιλῆσαι αὐτόν* **22** in re simili **S**: Tib. I 9, 56: tecum interposita languida ueste cubet

Epod. 4. sent. **S**: Anacr. fr. 21 B.: *ὁ πονηρὸς Ἀρτέμων κίβδηλον εὑρίσκων βίον κτλ.* (cf. adnot. ad u. 3) **1** sq. **S**: Paulin. Nol. c. 21, 538 sq.:

Ω = *A′(Aa)CF(φψ)Rγδλ′(λl)πu*] **11** inligaturum *Rv* illigaturum *cett.* *iuga l* **13** ultra *C ante ras.* paelicem *FR* pelicem *cett. Pph. Ac.* **15** unquam *C* **16** Siticulose *δ* **17** munus] minus *C* herculis efficacis humeris *u* umeris *R Pph.* humeris *cett.* **18** estuosius *u* **19** Aut *u* Quod *ς (σ)* unquam *C* **20** maecenas *CRδa* mecenas *cett.* praecor *R δ ante ras.* **21** suauio *Cv Porph. Pseudacr.* auio *π pr.* sauio *cett. π corr.* () obponat *Porph. ad ep.* 14 conponat *u* **22** Extremo *C pr.*

Epod. 4. *Ω* = *A′(Aa)B′(BC)F(φψ)Rγδλ′(λl)vπu*] AD SEXTVM MENAM LIBERTINVM. VEDIVM (MEDIV̄ *C* SALVIDIENVM *coni. Rührmund*) RVFVM EX SERVITVTE MIRATVR VSVRPASSE EQVESTREM (ΔEQUESTRẼ *l*) DIGNITATEM VSQVE AD TRIBVNATVM MILITVM (MIL *au*) *A′B′λ′u; a add.:* IN SEXTVM POMPEIVM MENAM IAM-

Hibericis peruste funibus latus
  et crura dura compede.
licet superbus ambules pecunia,
  fortuna non mutat genus.
uidesne, sacram metiente te uiam
  cum bis *trium* ulnarum toga,
ut ora uertat huc et huc euntium
  liberrima indignatio?
'sectus flagellis hic triumuiralibus
  praeconis ad fastidium
arat Falerni mille fundi iugera,

---

quantum etenim discors agno lupus et tenebris lux, tantum dispescunt uia diuitis et uia Christi ‖ c. 24, 448: nec enim ulla nocti et lumini concordia est, lupus nec agno congruit **1 T**: Diomed. p. 528 **S**: Hom. Il. XXII 262 sqq.: *ὡς οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά, οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν, ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμπερὲς ἀλλήλοισιν, ὣς οὐκ ἔστ' ἐμὲ καὶ σὲ φιλήμεναι* ‖ Ou. Ib. 43 sq.: pax erit haec nobis, donec mihi uita manebit, cum pecore infirmo quae solet esse lupis ‖ Plaut. merc. I 2, 25 = 134 sqq.: 'periimus.' — 'principium id inimicis dato.' — 'at tibi sortito id optigit.' **3 S**: Anacr. 21, 10: *πολλὰ δ' ἐν νώτῳ* (al. *δὲ νῶτον*) *σκυτίνῃ μάστιγι θωμιχθείς* ‖ Cat. 25, 10 sq.: ne laneum latusculum ... inusta turpiter tibi flagella conscribillent **4** cf. Cledonii ars uol. V p. 42 K. sic: et compedem singularis numeri dixit [sc. Hor.], cum sit pluralis **5 S**: Claudian. in Eutrop. I 306 sq.: erecto pectore diues ambulat **6 S**: Vell. Pat. II 53, 2: aut quando Fortuna non mutat fidem? ‖ Ambros. epist. class. I 37, 13: contractus non mutat genus ‖ Stat. s. III 3, 144: mutauitque genus **7 S**: Cat. 34, 18: metiens iter annuum **8** Porph. ad epist. I 18, 30: arta toga, quae bis ulnarum non sit ut in epodis dixit **9 S**: Sil. It. VIIII 360: huc atque huc it summa seges **11 S**: Sedul. paschal. carm. V 153: sectus terga flagellis ‖ Prud. cathem. VII 139: tectus flagellis ‖ Mart. X 5, 14: seueri sectus Aeaci loris

---

Ω = *A'*(*Aa*)*B'*(*BC*)*F*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*νπu*]

BICE IN SEXTVM POMPEIVM LIBERTVM *Fγ* IN MECENAM (ME//*NAM*// *δ*) SEXTI POMPEI LIBERTUM *δz* IN SEX̄ · POMPEIŪ · SEX LIB̄ · METRUM IAMBICUM *R* metrum quod superius (supra *a*) *add. Ba titulum omis. νπ*

1 quantū *l ante ras. et corr.* sortio (t *supra*) *a* sortitio *R ante ras. Seruius ante ras.* optigit *A'CRγλ'ν Ac. Seruius* obtigit *Fδπu Pph. expos. metr. Diomed.* obtegit *B* **2** michi *u* **3** p̧ ustae *l* perustæ *π ante ras.* funibus] finibus *a1 l pr. ν2 uar.* (*et L1*) solibus *ν2 uar.* **5** peccunia *u* **6** motat *C* **7** mentiente *R1 δ ante ras. π l1* mertiente *B* metiente *cett. R2* **8** trium *Barth* ter *Ω Ac. uid. Epileg.* //u// (*l supra*) narum *R* uinarum *B* **9** euntium] ntium *in ras. δ* **10** Liber//rima *δ* **11** trium iuralibus *A* trium uirabilibus *δ a. ras. l pr.* **12** Preconis *Fγδu* **13** mile *R1*

et Appiam mannis terit
sedilibusque magnus in primis eques
Othone contempto sedet.
quid attinet tot ora nauium graui
rostrata duci pondere
contra latrones atque seruilem manum,
hoc, hoc tribuno militum?'

V.

'At o deorum quicquid in caelo regit
terras et humanum genus,

---

14 S: Stat. s. II 2, 11 sq.: qua limite noto Appia longarum teritur regina uiarum || Ou. ex P. II 7, 44: nec magis est curuis Appia trita rotis || Hieronym. comment. in lib. Eccles. cap. 10 t. III c. 471 B.: uias publicas mannis terant **20 S**: Sen. Herc. fur. 99: hoc, hoc ministro noster utatur dolor

Epod. 5. **T**: Porphyr. ad serm. I 8, 24: et alibi dictum est Gratidiam nomine fuisse Neapolitanam unguentariam, quam Canidiam hic appellat, et ut ueneficam carpit, ut maxime in epodo carmine ad rem **S**: Ou. met. VII 180 sqq. her. 6, 89 sqq. Verg. ecl. 8, 64 sqq. **1 sq. T**: Seru. ad Aen. VII 363 VIIII 582 Donat. ad Ter. Andr. IIII 1, 43 = 667 Prisc. XVII 171 **1 T**: Seruius de m. Hor. IIII p. 471 Seru. ad Aen. VIIII 144 Diom. p. 528 cf. Cledonii ars. uol. V p. 74: unde errauit

---

Ω = *A′*(*Aa*)*B′*(*BC*)*F*(*φψ*)*Rγδλ′*(*λl*)*νπu*] **14** teret *B* ter*it R* **15** eques] et eques *A′λ′* equis *C pr.* **16** Ottone *u* contenpto *u* **17** totos ana uium *R*1 **18** pendere *C pr. ut uid.* **19** latranes *γ*

Epod. 5. PVERVM PRAETEXTATVM (PRET : *γ* PT : = PRIT : *l* P̄T : *B′au* PRETEXATV̄ *λ*) DEFOSSVM (DEFOSUM *λ*) INDVCIT A (AD *γ*) CANIDIA QVO NECATO (NEGATO *AB*) ALFIO (ALPHIO *B* ΔLЄIO *l lacuna in λ*) VARO (*lacuna in λ* aleiouaro *u*) DARET POTIONEM (POTIONE *λ*) DELINIMENTORVM (DELIRAMENTORVM *γa* delim̃torũ *u*) *A′B′γλ′u*, *B′ add.*: · M · QVOD SVPERIVS, *λ′u quae legimus in F* IN GRATIDIAM (gracidiam *u*) CONVERSO NOMINE · TERNARIVS (T̄NΔ · R · S · *δ*) IAMBICVS (· L · B · C · *δ* · I · B · C · *z*) BINARIVS (· B · N · *δ*) IAMBICVS (· I · B · C · *δz*) EPODICVS (IAMBICEPODICOS *R* · I · B · C · EPODICOS *δz*) *FRδλ′uz* (*in δ post* NOMINE *haec leguntur*: T̄NA · R · S · L · B · C · B · N · I · B · C · EPODICOS) *titulum omiserunt νπ*

1 At *R* quidquid *π*1 *Pph. Diomed.* quidquit *C* quicquid *cett.* quisquis *Donati edit.* celo *u* regit *A′B′Rγδ*2*λ corr. ν Pph. Porph. Ac. schol γ* regis *Fδ*1*λ′πa*2 *uar. u Donati edit.* () **2** terra *γ*

quid iste fert tumultus, et quid omnium
  uoltus in unum me truces?
per liberos te, si uocata partubus
  Lucina ueris adfuit,
per hoc inane purpurae decus precor,
  per improbaturum haec Iouem,
quid ut nouerca me intueris aut uti
  petita ferro belua?'
ut haec trementi questus ore constitit
  insignibus raptis puer,
inpube corpus, quale posset impia
  mollire Thracum pectora,
Canidia, breuibus inplicata uiperis
  crines et incomptum caput,
iubet sepulchris caprificos erutas,

Horatius qui dixit: at o deorum Iuppiter ‖ **S**: Liv. XXIII 9, 3: iurantes per quicquid deorum est **2 S**: Prud. perist. II 204: lux est et humanum genus **4 S**: Symmach. rel. 47, 1: truces uultus **5. 8 S**: Ter. Andr. 538. 540 = III 3, 6. 8: per te deos oro ... perque ... gnatam tuam et gnatum meum **9 S**: Sen. controu. IIII 6: quid alterum nouercalibus oculis intueris? **10 S**: Callim. hymn. in Cer. 51 sqq.: τὰν δ' ἄρ' ὑποβλέψας χαλεπώτερον ἠὲ κυναγὸν ὤρεσιν ἐν Τμαρίοισιν ὑποβλέπει ἄνδρα λέαινα ὠμοτόκος, τᾶς φαντὶ πέλεν (codd. πέλειν) βλοσυρώτατον ὄμμα **11—13** 'ut — constitit puer — corpus' **T**: Prisc. VI 65 **11 S**: Ou. trist. III 11, 54 et in Ibide u. 114: ore tremente **15** cf. Porph. ad serm. I 8, 25: et alibi dictum est Gratidiam nomine fuisse Neapolitanam unguentariam, quam Canidiam hic appellat et ut ueneficam carpit maxime in epodo carmine **S**: Ou. a. a. II 376: breuis ... uipera

---

Ω = *A'*(*Aa*)*B'*(*BC*)*F*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*vπu*] **3** et quid *FRγδvπu* aut quid *A'B'λ'* (et *σg*) *Pph.* () **4** Voltus *FRγδπ* Vultus *A'B'λ'vu* unum etruces *δ*1 **5** apartubus *δ ante ras. π ante ras.* (*et z*) **6** affuit *A'γu* adfuit *cett.* **7** purpure *γ* dec'p̄cor *δ* **8** inprobaturum *F item δ, sed* ru *in ras.*; īprobaturum *B* imbrobaturum *R*1 improbaturum *cett. R*2 **9** ut] *ut R* *me*//*in*tueris *δ* aut uti] quam uti *u* aut ut *A'*1*C* **11** haec] haec & *Fδ*1*π* trementi] //rementi (t above) *R* (&trementi *R*1 *ut uid.*) //trementi *δ* (&trementi *δ*1 *ut uid.*) quęstus *Cl* questus *cett. sed in δ* e *in ras.* **12** pueri̇ *δπ* **13** Inpube *FRγδλπ Ac.* Inbube *Pph.* Īpube *B* Impube *A'Cvlu* posset] sol& *B* inpia *λ* impia *cett.* **14** trhacum *δu*, *sed in δ* trh *in ras.*; thracum *cett.* traecū *schol. λ* **15** implicata *γδvu schol. λφ* inplicata *FRπ Pph. Ac.* illigata *A'B'λ'* (*et σg Monac. II Argentor. II*) inligata *Porph.* **16** capud *u* **17** sepulcris *Cπ pr. au* sepulchris *π corr. cett.*

iubet cupressus funebris
et uncta turpis oua ranae sanguine
plumamque nocturnae strigis
herbasque, quas Iolcos atque Hiberia
mittit uenenorum ferax,
et ossa ab ore rapta ieiunae canis
flammis aduri Colchicis.
at expedita Sagana per totam domum
spargens Auernalis aquas
horret capillis ut marinus asperis
echinus aut currens aper.

---

18 S: Verg. Aen. III 64: maestae uittis atraque cupresso || VI 216: feralis ... cupressos **19** sq. **S**: Prop. III 6, 27—29: illum turgentis ranae portenta rubetae et lecta exectis anguibus ossa trahunt et strigis inuentae per busta iacentia plumae **19** ὤεα χελύνης commendat Nicander alexiph. 555 || Iuu. 1, 70 **20 S**: Lucan. VI 689 et anthol. Lat. 762, 39: strix nocturna **21** sq. **T**: Seru. ad Aen. VIIII 582 **S**: Verg. ecl. 8, 95 sq.: has herbas atque haec Ponto mihi lecta uenena ipse dedit Moeris: nascuntur pluruma Ponto **21. 24 S**: Manil. V 34: Colchidis et magicas artes qui uertere Iolco (codd. colchon) ... **23 S**: Luc. VI 552 sq.: morsusque luporum expectat siccis raptura e faucibus artus || Apul. met. III 17: extorta ferarum dentibus trunca caluaria **26 S**: Verg. Aen. IIII 512: sparserat et latices simulatos fontis Auerni **27** sq. **S**: Aus. epist. 22, 2, 11 sq.: horrens capillis ut marinus asperis echinus aut uersus mei || Sil. I 421 sqq. de apro: fulmineus ceu Spartanis latratibus actus, cum siluam occursu uenantum perdidit, hirto horrescit saetis dorso et postrema capessit proelia || Stat. Theb. XI 530 sq.: fulmineos ueluti praeceps cum comminus egit ira sues strictisque erexit tergora (codd. pectora) saetis || Ouid. hal. 60 sq.: actus aper saetis iram denuntiat hirtis et ruit oppositi nitens in uolnera ferri **28** echin.] Graecum prouerbium: ἐχίνου τραχύτερος uid. Erasm. adag. p. 474 curr. ap.] **S**: Verg. Aen. I 324: spumantis apri cursum

---

$\Omega = A'(Aa)B'(BC)F(\varphi\psi)R\gamma\delta\lambda'(\lambda l)\nu\pi u$] **18** cupressus $FR\delta\lambda'\nu\pi$ *Pseudacr.* cupressos *cett. uid. Epileg.* cupresses *Pph.* funebris $A'B'R_1$ funebres *cett.* $R_2\,a_2$ **19** cuncta *B* oua ranae] o uarane *A* rane γ rana *B* sangine *B* **20** strigis uocturnae $A'B\lambda'$ (*et* σ) strigi nocturnae *C* nocturne strigis γ_1 nocturnę *strigis* δ (strigis δ_2 *in ras.*) nocturnae strigis *cett.* **21** iolcos $R_1\nu$ *pr. Seruii Reginensis cons. Porph.* ioleos *Seruii Parisinus* hiolcos $A'BR_2\gamma$ hiolchos δ_2 *schol.* γ colchos $F\delta_1\lambda'\pi u$ *Ac.* cholchos *Pph.* colcos $C\lambda$ *corr. Pseudacr.* () atque $FR\gamma\delta\nu\pi u$ *Pph. Ac.* aut $A'B'\lambda'$ (*et* σ) **22** ferox *R* **23** ieiune $A\gamma$ leoninę *B* leuinę *C pr. aut*$_1$ ca//nis *C* **24** cholchicis πa **25** Aut λ' *et* A_1 *ut uid.* A//t *A l omis.* a_1 Atq. *u* At *cett.* a_2 saga////per *u* **26** auernalis $A'B'R\nu\pi_1$ auernales $F\gamma\delta\lambda'\pi_2 u$ **27** capillus *l pr.*

abacta nulla Veia conscientia
  ligonibus duris humum
exhauriebat ingemens laboribus,
  quo posset infossus puer
longo die bis terque mutatae dapis
  inemori spectaculo,
cum promineret ore, quantum extant aqua
  suspensa mento corpora:
exsecta uti medulla et aridum iecur
  amoris esset poculum,
interminato cum semel fixae cibo
  intabuissent pupulae.
non defuisse masculae libidinis
  Ariminensem Foliam
et otiosa credidit Neapolis
  et omne uicinum oppidum,
quae sidera excantata uoce Thessala

30 S: Auien. phaen. 68 sq.: cum duris uersare ligonibus arua conueniat **31 S**: Tac. G. 46: ingemere agris **33** sq. 'mutatae — spectaculo' **T**: Prisc. VII 41 **37 S**: Seren. Sammonic. 848: iecur exsectum ‖ 429: (splen) exectus ‖ Sen. Med. 732 (734) sqq.: miscetque et obscenas aues maestique cor bubonis et raucae strigis execta uiuae uiscera ‖ Prop. III 6, 28: lecta exectis anguibus ossa **40 S**: Theocr. 1, 91: *τάκεαι ὀφθαλμώς* **43 S**: Ou. met. XV 711 sq.: in otio natam Parthenopen ‖ Sil. XII 31 sqq. de Neapoli: nunc molles urbi ritus atque hospita Musis otia et exemptum curis grauioribus aeuum **45** sq. **S**: Aristoph. nub. 749 sq.: *γυναῖκα φαρμακίδ' εἰ πριάμενος Θετταλὴν καθέ-*

Ω = *A'*(*Aa*)*B'*(*BC*)*F*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*νπu*] **29** Veia] uela (tâ *B*) *B'* ueia *cett.* **30** duris] diris *C* *u*. **31** *qui ut titulus litteris rubris uncialibus scriptus fuerat in R*1, *erasus et additus a R*2 **31** Exauriebat *Cδa* **32** Quo, o *in ras.*, *π* infosus *R*1 **33** Longe *C* mutate *λ* dapes *Fδλ'* **34** Inemoris (ualde) pectaculo *γ* Inemori *A'CRδ*2*λπ* *p. ras.* Inemori (ri) *u, punctis et 'ri' altera atramento adscriptis* Īnemori *B* Inmemori *Fδ*1*π* *ante ras. a*2 (*schol. F* 'indigno memoria') *Prisciani unus cod.* memori *Prisciani codd. plerique* Immemori *l ante ras.* Imemori *l p. ras.* expectaculo *ψ* **35** prominet *δ*1 extat *B* exstant *ν* **36** Suspensa// *δ* corpore *C pr.* **37** *incipit altera manus in γ* exs. uti] exectati *B* Exsecta *FRγδλ'νπa corr. u Pph. Ac. schol. γ schol. ψ* Execta *A'B'* Exsucta *λ*2*ς* Exucta *C*2*ς* () *uid. Epileg.* **39** fixe *BF* cybo *F* **40** populae *Bλ pr. ψ pr.* papulae *l*1 **41** mascule *A* **42** Arimenensem *A'B'* Arimiminensem *λ'ψ ante ras.* Arimensem *γ* **43** ociosa *C* **45** Que *Aγ*1 sydera *γ* thesala *Bδ pr., corr. ead. manu* tessala *u*1

lunamque caelo deripit.
hic inresectum saeua dente liuido
Canidia rodens pollicem
quid dixit aut quid tacuit? 'o rebus meis
non infideles arbitrae,
Nox et Diana, quae silentium regis,
arcana cum fiunt sacra,
nunc, nunc adeste, nunc in hostilis domos
iram atque numen uertite.
formidulosis cum latent siluis ferae
dulci sopore languidae,

λοιμι νύκτωρ τὴν σελήνην || Sen. Phaedr. 790 sq.: at nos solliciti lumine (al. numine) turbido tractam Thessalicis carminibus rati || 420 sq.: sic te regentem frena nocturni aetheris detrahere numquam Thessali cantus queant || Claudian. in Ruf. I 146 sq.: noui, quo Thessala cantu eripiat lunare iubar || Symmach. epist. VII 19: quis Colchus (cf. c. II 13, 8. epod. 17, 35) aut Thessalus cantu aut manu has offensiones leuasset? || Verg. ecl. 8, 69: carmina uel caelo possunt deducere lunam || Plat. Gorg. p. 513 a: τὰς τὴν σελήνην καθαιρούσας τὰς Θετταλίδας **46 S**: Tib. I 10, 60: e caelo deripit ille deos **47** sq. **S**: Mart. IIII 27, 5: nigros conrodit liuidus ungues || Petron. fr. 3 B.: pollice ... usque ad periculum roso || Prop. II 4, 3: inmeritos corrumpas dentibus ungues **49—53 S**: Ou. met. VII 192. 194 sq. 198: Nox, ait, arcanis fidissima ... tuque, triceps Hecate, quae coeptis conscia nostris adiutrixque uenis ... adeste **51** sq. **S**: Theocr. 2, 10 sq.: ἀλλὰ Σελάνα φαῖνε καλόν. τὶν γὰρ ποταείσομαι ἅσυχε δαῖμον || Sen. Med. 6 sq.: tacitisque praebens conscium sacris iubar Hecate triformis || Stat. Th. X 365: arcanae moderatrix Cynthia noctis || Apul. de magia 31 **54 S**: Verg. Aen. IIII 611: accipite haec meritumque malis aduertite numen **55 S**: Prud. contra Symm. II 874 sq.: semita quam pecudes et muta animalia carpunt quaeque latent siluis || ad sent. Verg. Aen. IIII 522 sq. || Verg. ge. IIII 468: et caligantem nigra formidine lucum || ad rem **S**: Lucan. III 411

Ω = *A'*(*Aa*)*B'*(*BC*)*F*(*φψ*)*Rγδλ'*(*λl*)*νπu*] **46** celo *u* decęlo *φ* diripit *γu*1 deripit *cett.* () **47** inresecto *u* seua *C δ*1?*u* libido *B* **48** Canidiā *v* Canida *π pr.* **49** quod tacuit *λ'* o rebus meis *in ras. δ* **50** infidelis *B* arbitrię *C* **51** regit *l pr.* *uu.* **51** *sqq.* *Peerlkamp sic ordinat:* 51. 52. 55. 56. 53. 54 **52** Arcana//cum *R* Archana *Fγνlu* cum] dum *C* dum ς (*v*) cui *coni. Jever* **53** hostilis *A'B'λ'* hostiles *FRγδνπu* domus *γ* (*et Argent. II a manu secunda*) *Pseudacronis lemma in cod. v* domos *cett.* (*et Argent. II a manu prima*) damus *Pph.* **55** Formidulosis *B'π* Formidolosis *A'FRλ'v Ac. schol. γ* Formidulosae *C*2*δ*2 (*in δ* dulosae *in ras.*) Formidolosae *a*2*u* Formidolose *γλ*2 () cum *A'B'Rγδ*2*λ'v Ac.* dum *Fδ*1*πu* latent// *δ* **56** Dulcis opere *B'* langidę *B*

senem, quod omnes rideant, adulterum
  latrent Suburanae canes
nardo perunctum, quale non perfectius
  meae laborarint manus.
quid accidit? cur dira barbarae minus
  uenena Medeae ualent,
quibus superbam fugit ulta paelicem,
  magni Creontis filiam,
cum palla, tabo munus inbutum, nouam
  incendio nuptam abstulit?
atqui nec herba nec latens in asperis
  radix fefellit me locis.
indormit unctis omnium cubilibus
  obliuione paelicum.
a! a! solutus ambulat ueneficae
  scientioris carmine.

Q · ORATII FLACCI EPODON · EXPLICIT · || INCIPIT CARMEN SAECVLARE LEGE FELICITER || AD APOLLINEM ET DIANAM PROSE UT RITE || TETRACOLOS *R*

EPODON EXPLICIT INCIPIT CARMEN SECVLARE *Pseudacr.* (*cod. A*).

Q. HORATII FLACCI EPODON EXPLICIT INCIPIT CARMEN SECVLARE (CARMEN SECULARE LEGE FELICIT̃ · CARm̃ SECUlARE *a*) QVOD PATRIMI ET MATRIMAE (PATRIMĘ *γ*) CANTAVERVNT (CANTARVNT *γ*) AD CHORV̄ PVERORVM PVELLARVMQ; (IN CHORO PVELLARVM ET PVERORVM *γ*) AD APOLLINEM ET DIANAM PROSEVTICE TETRACOLOS *γ a*

ORATII · FŁ EPODON EXPLICIT · INCIP̄ || CARMEN SAECULARE (SECULARE *d*) IN APOLLINE̅ (APOLLINE · *d*) ET DIANÃ · P · S · EUTIC̆ (· P · S · || EUTIC' *δ*) TETRACOLOS *δ'*

Q. hORĀ FLĀC EPOδON EXPtl · UETTIUS AGORI' BASILI' MUORTIUS ŪC ET int EX COm̄ δOM̄ ESCOn̄S ORD̄ LEGI ET UT POTUI · EM̄DAUI CONFERENTE MIHI MAGISTRO FELICE ORATORE URB̄ ROM̄ · INCIP̄ · SCŁARE CARM̄ QD̄ PATRINE CANTAUEŘ · AD CHORŎ PUEROR PUELLARŪQ · *λ*

Q. hORAT FLAC̄C̄ EPODON EXPŁ; UETTIUS AGORI' BASILIUS || MAUORTIUS UIC̆ ET IŁŁUS EXCOM̄ DOM̄ EXCONS ORD̄ || LEGI ET UT POTUI EMENDAUI CONFERENT̃E MIhI || MAGISTRO · FELICE ORATORE URB ROM̃; INCIP̃ SĘCU || LARE CARMEN · QUOD PATRINE CANTAUER̄ AD ChORUM || PUERORŪ PUELLARŪQUE; *l*

Q. Oracii Flacci Epodõ explicit || Veti' Agori' basili' mauci ṽc & ĩ || ł. excom̃ doñ excons ord' legi et || ut potui em̃daui. cõferente m || magist° felice oratore urb; Incip̃ || Sclare carm̃ Q patne cantauer̃ || ad chorꝫ || puerorꝫ pu||ellar̃q : *q*

Eadem fere subscriptio extat in g Bruxellensi Reginensi Taurinensi Cheltenhamensi; eandemque in σ fuisse, sed cum folio illo, quod epod. 17, 1 *usque ad carminis saecularis initium continuit, periisse ueri simile est.*

Q. HORATI FLACCI
CARMEN SAECVLARE.

Phoebe siluarumque potens Diana,
lucidum caeli decus, o colendi
semper et culti, date quae precamur
  tempore sacro,
quo Sibyllini monuere uersus
uirgines lectas puerosque castos
dis, quibus septem placuere colles,
  dicere carmen.

Carmen saeculare et a codicibus manu scriptis et a ueteribus grammaticis post librum epodon ponitur **1—4** praem. 'asmate eo quod inscribitur carmen saeculare cuius initium' **T**: Victorin. p. 171 **1** sq. **S**: Verg. Aen. VIIII 405: a s t r o r u m d e c u s e t n e m o r u m L a t o n i a c u s t o s ‖ Sen. Phaedr. 406 sqq.: r e g i n a n e m o r u m, s o l a q u a e m o n t i s c o l i s e t u n a s o l i s m o n t i b u s c o l e r i s d e a, ... o m a g n a s i l u a s i n t e r e t l u c o s d e a c l a r u m q u e c a e l i s i d u s e t n o c t i s d e c u s **1** praem. 'hi versus, qui carmen saeculare appellantur, Sapphicum metrum habent ...' **T**: Diomed. p. 529 **S**: Lucan. III 402 sq.: n e m o r u m q u e p o t e n t e s S i l u a n i ‖ Auson. epigr. 1, 1 (p. 194 Sch.): P h o e b e p o t e n s n u m e r i s **2** **S**: Sen. Oedip. 409: l u c i d u m c a e l i d e c u s ‖ id. Herc. fur. 592: c a e l i d e c u s ‖ Herc. Oet. 1518: o d e c u s m u n d i, r a d i a t e T i t a n **2** sq. **S**: Ou. met. VIII 349: P h o e b e ... s i t e c o l u i q u e c o l o q u e **6** **S**: Cat. 34, 3 sq.: D i a n a m p u e r i i n t e g r i p u e l l a e q u e c a n a m u s **7** **S**: Callim. hymn. in Dian. 187 sq.: *πολίων δέ τοι εὔαδε Πέργη, Τηΰγετον δ' ὀρέων*

Ω = *A'*(*Aa*)*B'*(*BC*)*F*(*φψ*)*Rγδ'*(*δd*)*λ'*(*λl*)*νπu*] **1** ·hoebe *γ* ·ębae *ν* Phoebę *δ'* Foebe *A* Poebe *C* Phoebi R_1 Phębe *u* **2** celi *Aλ* **3** dateq. *R* **4** Tempore sacro *Ω Pph. Victorinus* tempore prisco *Porph. quae lectio orta est ex c.* IIII 2, 40: tempora priscum **5** Quo $\gamma_2 \pi \varphi_2 d_2 l_2 u$ Quos $F R_1 \delta'_1 \nu$ *Ac. Pseudacr.* Quod $A' B' R_2 \gamma_1 \delta_2 \lambda' \nu$ *uar.* ( ) sibyllini *Bπ* sybillini $R \varphi_2 \psi a$ sibillini *Aγλ'u* sybilli φ_1 sybellini *ν* sylḅllini *δ*, *sed* ,lli *in ras. ab alt. m.* syllibini *d* monuere *in ras.* *δ* monuere *R* **6** lectas] letas *λ'* lectas *δ* laetas *δ'* (*et β m uar.*) **7** Dis *AB'Fλ'u* Dis *π̣* Di *λ* *p. ras.* ν_1 *ut uid.* Das R_1 *ut uid.* Diis $R_2 \gamma \delta' \nu_2 a$ *Pph.*

alme Sol, curru nitido diem qui
promis et celas, aliusque et idem
nasceris, possis nihil urbe Roma
uisere maius.
rite maturos aperire partus
lenis, Ilithyia, tuere matres,
siue tu Lucina probas uocari
seu Genitalis:
diua, producas subolem, patrumque
prosperes decreta super iugandis
feminis prolisque nouae feraci
lege marita,
certus undenos deciens per annos
orbis ut cantus referatque ludos

---

11 sq. **S**: Rutil. Namat. 1, 81 sq.: omnia perpetuo quae seruant sidera motu, nullum uiderunt pulchrius imperium ‖ Apollinar. Sidon. carm. VII 503: nil te (scil. Roma) mundus habet melius ‖ Pausan. VIII 33, 3: *Βαβυλῶνος . . . ἥντινα εἶδε πόλεων τῶν τότε μεγίστην ἥλιος* ‖ Antip. in anth. Pal. VIIII 58, 7 sq.: *νόσφιν Ὀλύμπου Ἅλιος οὐδέν πω τοῖον ἐπηυγάσατο* ‖ Liuius praefat. 11 **13 S**: Nemesian. cyn. 132: fecundos aperit partus matura grauedo **15 T**: Seru. ad ecl. 4, 10: ʻsiue te Lucinam probas uocari seu te penitus Iunonem' quod ex h. l. et c. I 21, 3. 4 conflatum est ad rem **S**: Cat. 34, 21 sq. de Diana: sis quocumque placet tibi sancta nomine **20** Porph. maritam legem pro maritali Plautina auctoritate dictum esse putat, uid. Epid. 180 = II 1, 11 ‖ Prop. IIII 11, 33: faces maritae **21—24** Censorinus de die nat. c. 17, 9: adeo ut Horatius Flaccus in carmine, quod saecularibus ludis cantatum est, id tempus hoc modo designauerit: certus — frequentes **21 T**: Seruii Leidensis ad ecl. 4, 5

Ω = *A′(Aa)B′(BC)F(φψ)Rγδ′(δd)λ′(λl)νπu*] **9** Aālme *l* **10** caelas *CFRdl2 ut uid.* telas *B* aluisque *R* **11** nichil *λφu* **13** apperire *δ′* parthus *l1 aut pr.* **14** Lenis ilythya, *sed* enis ilythy *in ras., δ* Ilith : tuere] ylythy ịạcuere *γ* ilithyia *Rγλal?* ilitia *d* ilithya *π* ilithia *Fνu* ilethyia *Cl* ilethya *B* ylethya *A* **15** tu *om. u pr.* **16** genitalis *Ω, nisi quod alis in ras. δ, Pseudacr.* *uu.* **17—20** *del. Peerlkamp, idem sic ordinabat uersus:* 16. 25—28. 21—24. *G. Hermann uero sic:* 16. 21—24. 17—20. 25 *sqq.* **17** Ṣ[d]iua *δ* sobolem *Cγu gloss. Γ recte cett. Pph.* **19** plolisq. *l pr.* feraci, ci *in ras., δ* **21** Certe[lo] sunt denos *B* Certos *AR1λ′ Censorinus* ut denos *λ′* () deciens *R* decies *cett. Pph. Censorinus* **22** Orbes *Censorinus* cantus] quantus *u pr.* referatq; *d*

ter die claro totiensque grata
  nocte frequentis.
uosque ueraces cecinisse, Parcae,
quod semel dictumst stabilisque rerum
terminus seruet, bona iam peractis
  iungite fata.
fertilis frugum pecorisque Tellus
spicea donet Cererem corona;
nutriant fetus et aquae salubres
  et Iouis aurae.
condito mitis placidusque telo

---

25. 27 S: Tib. IIII 1,118 sq.: maiora peractis instant, compertumst ueracibus ut mihi signis **25** sq. **S**: Verg. ecl. 4,47: concordes stabili fatorum numine Parcae || Ou. tr. V 3, 25 sq.: scilicet hanc legem nentes fatalia Parcae stamina bis genito bis cecinere tibi **26** sq. 'quod — seruet' **T**: Seru. ad ecl. 4,47 **S**: Sen. Herc. fur. 294: erumpe rerum terminos tecum efferens || Claudian. in Rufin. praef. 17: qui stabilem seruant Augustis fratribus orbem **27** sq. **S**: Accius Hecub. apud Priscian. VI 80 p. 264 H.: ueter fatorum terminus sic iusserat || Vergil. Aen. IIII 614: et sic fata Iouis poscunt, hic terminus haeret **27 S**: Lucr. I 77: atque alte terminus haerens **29** sq. pseudohom. hymn. XXVIIII 7 sqq. Gemoll: *ὃν κε σὺ θυμῷ πρόφρων τιμήσῃς . . . βρίθει μέν σφιν ἄρουρα φερέσβιος ἠδὲ κατ' ἀγροὺς κτήνεσιν εὐθηνεῖ* **29 S**: Sall. Iug. 17, 5: ager frugum fertilis, bonus pecori **30 S**: Tib. I 1, 15 sq.: flaua Ceres, tibi sit nostro de rure corona spicea **31** sq. **S**: Val. Fl. VI 340: Edonis nutritum missile uentis **32 S**: Apollon. Rhod. II 524 sq.: *τοῖο δ' ἕκητι γαῖαν ἐπιψύχουσιν ἐτήσιαι ἐκ Διὸς αὖραι* || incerti grat. actio Constantino Augusto c. 13: Iuppiter moderator aurarum **33** sq. **T**: Seru. ad ecl. 5, 66 idem ad Aen. III 138 mythographus tertius tract. 8, 16 ap. Mai class. auct. III p. 228; Porph. scribit: uidetur autem et Homerus sic de illo sensisse, cum ait pestem Graecis ab eo inmitti, praeterea affert Plaut. merc. 678—680 = IIII 1,12—14 **33 S**: Prud. contra Symm. II 681: aut quid mite sibi placidumue poposcit?

Ω = *A'*(*Aa*)*B'*(*BC*)*F*(*φψ*)*Rγδ'*(*δd*)*λ'*(*λl*)*νπu*] **23** claro *ν ut uid.* totiens *Rδ'*$_2$*νπ p. ras. au Censorinus* tociens *γ* potiens *Fδ'*$_1$*π ante ras.* totidem *AB'λ'* **24** frequentis *Rδ' ν pr. π pr.* frequentes *cett. δ*$_2$ *ut uid. ν corr. π corr.* **25** ueracis *R*$_1$ porcę *l pr.* parce *d* parcę (1 uates) *B* **26** Quosd *γ* Quo *u*$_1$ dictumst] dictus *R*$_1$ dictũst (e) *R* dictum// *u* dictum *C*$_1$*Fδ*$_1$*ν*$_1$*π* dicunt *Ac.* dictum est *cett. C*$_2$*δ*$_2$*ν*$_2$ *Pph. schol. γ* habilis *Pph.* **27** seruet *Ω Pph. Porph. schol. Γ* seruat *y Seruii Leidensis* () **28** Iungite iam fata *γ* facta *Pph.* **29** peccorisque *λ* pecoriq; *ν*$_1$ perique (co) *R, sed tertia manus add.* s *supra* i **30** cererem *R* coronam *γ* **31** Nutri////ant, ◡ *ab alt. manu, R* fetus et] *in a* us et *in ras.*, fetus// et *R* faetus *ACλνu* foetus *γδ'π* aque *d* **33** -que *omis. δ pr.* tęlo *F*

supplices audi pueros, Apollo;
siderum regina bicornis audi,
  Luna, puellas:
Roma si uestrum est opus Iliaeque
litus Etruscum tenuere turmae,
iussa pars mutare lares et urbem
  sospite cursu,
cui per ardentem sine fraude Troiam
castus Aeneas patriae superstes
liberum muniuit iter, daturus
  plura relictis:
di, probos mores docili iuuentae,
di, senectuti placidae quietem,
Romulae genti date remque prolemque
  et decus omne;
quaeque uos bobus ueneratur albis
clarus Anchisae Venerisque sanguis,

---

37 T: Sil. V 151: u e s t r u m o p u s e s t **41** 'ardentem — Troiam' T: Seru. ad Aen. I 242 **45** S: Aus. edyll. 4, 79 (= p. 39 Sch.): ut regat i n d o c i l e m m i t i s c e n s u r a i u u e n t a m **46** S: Pind. Ol. 5, 22: *φέρειν γῆρας εὔθυμον ἐς τελευτάν* **47** S: Ou. fast. III 86: arma ferae genti r e m q u e d e c u s q u e dabant **49** T: Prisc. VII 82 **50** S: Theocr. 24, 71: *γύναι, Περσήιον αἷμα* ‖ Verg. Aen. VI 835: s a n g u i s m e u s ‖ Stat. Th. III 239: uos, o superi, meus ordine s a n g u i s

---

Ω = *A'*(*Aa*)*B'*(*BC*)*F*(*φψ*)*Rγδ'*(*δd*)*λ'*(*λl*)*νπu*] **34** appollo *δ* **35** Sidereum *δ'* **36** puellis (a *supra* i) *π* **37** Roma// *l* est *omis. schol. ν lemm.* **38** ætruscum *δ* turmeæ C **39** urbem *FRδ'νπa* orbem *Pph.* urbes *AB'λ'* **41** troiā, o *in ras.*, *π* **42** ęnęas *u* aeneas *R* æneas *in ras. δ* supestes *γ* **43** muniuit, it *in ras. δ*, munu(i)nt *R* minu(i)it *l ut uid.* mo(v)niuit *π* *uu.* **45. 46** *inuerso ordine leguntur in u* **45** Di *B'FRγνπ* Dii/////// *l* Dii *λ* Dii *cett.* **46** Di *B'FRγνπ* Dii *A'λ'δ'u* senectuti *A'B'FR p. ras. λ'π p. ras. u* senectutis *R ante ras. γδ'νπ a. ras. schol. γ*: 'senectutis placide quietem] et senectutem date *περιφραστικῶς* quae quiescit quia malorum impatiens est' placide *γd* quiętem *Fd* **47** Romule *λd* remque] que *om. νu, eras. λ* prolemque *omis. C* **49** Quae que// *R* Queque *γ* Quique *C* Quaeque *cett. Pph. Prisc.* bobus *Bδ'νau test. Priscianus* bubus *ACFRγλ'π Pph. Ac.* ueneratur// *R* albis *loco raso δ* **50** anchise *Ad* anchysę *π1* ueneris//q. *R* sang(v)is *B*

impetret, bellante prior, iacentem
  lenis in hostem.
iam mari terraque manus potentis
Medus Albanasque timet securis;
iam Scythae responsa petunt superbi
  nuper et Indi.
iam Fides et Pax et Honor Pudorque
priscus et neclecta redire Virtus
audet, apparetque beata pleno
  Copia cornu.
augur et fulgente decorus arcu
Phoebus acceptusque nouem Camenis,
qui salutari leuat arte fessos
  corporis artus,
si Palatinas uidet aequos aras,

---

51 sq. iam Porph. affert Verg. Aen. VI 853: parcere subiectis et debellare superbos **51 S**: Tac. ann. XII 33: sed tum astu locorum fraude prior, ui militum inferior **52 S**: Ou. tr. V 2, 35 sq.: ille deus, bene quo Romana potentia nixa est, saepe suo uictor lenis in hoste fuit **53** sqq. **S**: Ou. tr. II 227 sq.: nunc petit Armenius pacem, nunc porrigit arcus Parthus eques timida captaque signa manu **55** sq. **S**: Apoll. Sid. epist. VIII 9, u. 20: dum responsa petit subactus orbis ad sententiam **S**: Verg. Aen. VI 792 sqq.: Augustus Caesar, diui genus, aurea condet saecula qui rursus ... super et Garamantas et Indos proferet imperium **57** sq. **S**: Verg. ecl. 4, 6: iam redit et uirgo (*Δίκη*), redeunt Saturnia regna **59** sq. 'apparetque — cornu' **T**: floril. Cusanum 'pleno — cornu' **T**: mythographus II 165 p. 131 Bode **S**: Boeth. de phil. consol. II 2 uu. 5 sq.: tantas fundat opes nec retrahat manum pleno copia cornu **60 S**: Ou. met. VIIII 88: diuesque meo Bona Copia cornu est **61** sq. Phoebus ἀργυρότοξος Homericum est **62** item Orph. hymn. 34, 6 Phoebus est *Μουσαγέτης* **63** sq. **S**: Tib. IIII 4, 9 sq.: sancte (sc. Phoebe) ueni tecumque feras, quicumque sapores, quicumque et cantus corpora fessa leuant

---

Ω = *A′*(*Aa*)*B′*(*BC*)*F*(*φψ*)*Rγδ′*(*δd*)*λ′*(*λl*)*νπu*] **51** Impetret *A′ B* R_2 δ'_2 π_1 *l ante ras.* u_2 Inpetret *γ* Imperet *F* R_1 δ'_1 *λνπ p. ras. l p. ras.* u_1; *C euanuit* **52** Loenis *λ′* Lętus *B, C euanuit* **53** potentis *R* ν_1 *π* (*et μ*) *Pph.* potentes *cett.* ν_2 **54** albanas////q. *R* securis *B pr. ut uid.* *R* π_2 (*et* L_1) secures *cett. B corr.* π_1 (*et* L_2) *inter uu.* **54** *et* **55** *B pr. exhib. u.* **57** **55** iam] Ima *R* Iam// *ν* scythae *FRγνπl* scithae *A′B′λu* scytę *δ* scite *d* **57** honor *A′B′Rγνu Ac.* honos *Fδ′λ′π uid. Epileg.* pudos *ς* (*r uar.*) **58** neclecta *d* neglecta *cett.* **59** plena *florileg. Cusanum* **62** Poebus *δ′* Phebus *C* Phębus *u* aceptus *ψ* **63** salutare *B* fessos *R* **65** palatinas, p *in ras.*, *δ* aequŏs *ξ* = *fragmentum Scheftlarense* aequus *Ω* (aequſ *B*) aras *R*

remque Romanam Latiumque felix
alterum in lustrum meliusque semper
  proroget aeuom.
quaeque Auentinum tenet Algidumque,
quindecim Diana preces uirorum
curat et uotis puerorum amicas
  applicat auris.
haec Iouem sentire deosque cunctos
spem bonam certamque domum reporto,
doctus et Phoebi chorus et Dianae
  dicere laudes.

---

66 S: Enn. ann. 1 sq.: audirest operae pretium, procedere recte qui rem Romanam Latiumque augescere uoltis **67** S: Ou. fast. I 87 de Kal. Ian.: salue, laeta dies, meliorque reuertere semper! **67** sq. S: Sen. dial. VI ad Marciam de consol. 5, 2: in aeuum omne sis prorogatura **75** S: Stat. s. V 3, 56: Phoebi . . . chorus ‖ V 3, 91: doctique cohors Heliconia Phoebi **76** S: Verg. ecl. 6, 6 et Tib. I 3, 31 et Paulin. Nol. append. carm. 3, 11: dicere laudes

---

Ω = A′(A a) B′(B C) F(φ ψ) R γ δ′(δ d) λ′(λ l) ν π u] *γ δ_2 uar. ν π a uar. schol. Γ Porph. λ uar. u uar.* arces *A′ B′ F δ′ λ′ u Pph.* ( ) *uid. Epileg.* **66** lacium *λ* latinã *γ* **67** in lustrum] illustrũ *l* **68** Proget *R pr.* Proroget *F R corr. γ δ′ π a u gloss. Γ Pph. Porph. schol. F ꝑ. Ac.* Prorogat *B′ ν l_1 cons. Pseudacr.* Prerogat *A λ* euum *u* in aeuum *F* aeuum *cett.* **69** auentinũ tenet algidumq. *δ in ras.* aduentinum *γ* alcidum *F l u* **70** Quindecem *A′ B′ λ′* Quin decem *l* **71** Curat *Ω Porph.* Curet ς ( ) uoti *l* **72** Applicat *A′ B′ δ′ λ′ u_1 Pph. Porph. schol. Γ* Adplicat *F R γ corr. ν π Pseudacr.* Aplicat *γ pr.* Applicet *λ_2 u_2 ς* (*β μ h n s_2 ν uar.*) Adplicet *γ uar.* ( ) auris *A′ B′ R γ π_2* aures *F δ′ λ′ ν π_1 u Pph.* **73** Hec *d* -que *omis. ν_1* **75** phebi *B* phębi *A u* c^h^orus *u* diane *R*

EXPLICIT CARMEN SECVLARE FELICITER. AMEN *A* CARMEN SECVLARE EXPLICIT *γ* Q. HORATII (ORATII *R*) FLACCI CARMEN SAECVLARE (SECVLARE *λ*) EXPLICIT *R λ′ φ* CARMEN SECVLARE FINIT~ *ψ*

· L · FLACCI HORATII LIBER CARMINŨ · IIII · EXPLICIT · INCIPIT DE ARTE POETICA · *C*

Q · HOR̄ · F · SCLARE CARM̄ EXPLIC̄ ‖ INCIPIT SERMONŨ LIB̄ PRIMUS · *u*

Q. HORATII · FL CARMEN SAECVLARE · (SEC: *d*) EXPLIC̃ · ‖ INCIPIT EPISTOLARUM LIBER · *δ′*

EXCERPTA CRVQVIANA.

Q. HORATIVS | FLACCVS, | EX | ANTIQVISSIMIS | VNDECIM LIB · M · S · ET SCHEDIS | aliquot emendatus, & plurimis locis cum Com-|mentariis antiquis expurgatus & editus, opera | IACOBI CRVQVII Messenij apud Bruganos | politioris litteraturæ professoris publici. | *Eiusdem in eundem enarrationes, obseruationes, & variæ lectiones,* | *cum aliis quibusdam & indice locupletißimo.* | ANTVERPIAE, | Ex officina Christophori Plantini, | Architypographi Regij · M · D · LXXVIII. 4°.

Praef. p. (5). V. V. CLARISSIMIS BVRGIMAGISTRIS, AMPLISSIMOQVE SENATVI Brugano, Iacobus Cruquius Messinius S. P.

p. (12): ...Quam cùm hanc tum illam vitæ viam cùm nemo ex antiquis scriptoribus Horatio velut in tabulis effigiatam intuentibus feliciùs exhibeat, nemo vitia accuratiùs insectetur, nemo bonos mores viuaciùs edoceat, eum Commentariis antiquis ex pluribus scriptis manu magno studio consarcinatis, & nostris aliquantò planiùs, vt arbitror, quam priùs elucidatum & illustratum vobis, Amplissimi patres, dedico & gratitudinis ergô mancipo; ... Kalend. August. Anno cIↃ. IↃ. LXXVIII. Brugis Flandrorum.

p. (13.) AD LECTOREM BENEVOLVM.

IN ANTIQVIS Commentariis iam pridem in quartum Odarum, Epodos & Satyras euulgatis, lector candide, nōnullos intelligo, & non postremæ notæ viros subsannare, atq. adeò reiectare dictionem hanc, Commentator, quasi minus idoneam, nec satis, vt enarratorem notet, Latinam: quod, etiamsi non penitùs infitier; tamen si diligentius animaduertant nostrum ea in re consilium & epistolam ad lectorem olim lib. Odarum quarto præpositam candidiùs pellegant, æquiores certè nobis eos fore crediderim. Nam quis eum nominet honorificè, quem ne nouit quidem? vt taceam ea quæ euolui in Horatium scripta vix vllo honore digna, sed ita lacera, manca, mutila, lacunosa, & tantum non carie, vetustateque deperdita, vt ex iis vix hos Commentarios consarcinauerim. Quid? quòd auctoris nomen opera nulla consequi potuerim? In editis olim per Henricum Petri operibus Horatij, inter innumeros ferè explanatores legere quidem est virorum doctissimorum Acronis & Porphyrionis numeros & nomina, sed in plerisque eis adscriptis miror atque detestor non oscitantiam typographi, vt quem fortasse mucosum fecit lucri crassus color, sed ineptos cuculos, qui tantos viros non reueriti, suæ

stupiditatis labe non puduit aspergere. Facilè coniicio eos in eiuscemodi librarios incidisse, quales per aliquot annos validè nos exercuerunt; at hoc vehementer abominor, tam præcellentibus scriptoribus eos tantam barbariem nuncupasse. Quod certè ne facerem, & iudicarem ex doctis enarrationibus nihil quàm cucullata superesse commenta (præter admodum pauca à nobis magno labore nunc ab aliis separata,) ea non enarratoris, sed Commentatoris esse volui. Deinde cùm quatuor legerim Horatij interpretes, Porphyrionem, Acronem, Modestum, & Scaurum; nec vllis Blandiniis, Tonsanis, aut aliis scriptis appositum nomen alicuius: quid cui, quæso, adscriberem? Fecerint hoc alij typographi, vt suos typos plausibiliores redderent; nostrum sanè non fuit tam stultè te lectorem ludere, tibiq́ue pro thesauris carbones ostentare. Ceterùm te, amice, monitum volui nostra culpa versus Horatij in tribus Odarum primis ad nostram lectionem non esse emendatos; nam typis præfectus ad exemplar sibi propositum suum satis officium fecit, non etiam ad correctionem nostram, quod fore mihi persuaseram nescius artis typographicæ, quam nunc video primùm rectam quidem curare ad exemplar præsens characterum positionem, non etiam ad notas interpretationis, quam legere vt laboriosum, ita nimis essent editioni ingrata moræ dispendia. Quare vt in commune consulerem, curaui initio ea ad manum esse, in quibus præsertim in iam dictis libris Odarum à vulgatis editionibus propè dissentimus. Itaque nostros labores boni consule & vale.

Q. HORATII FLACCI ODARVM LIBER PRIMVS.

I 1, 7. p. 3^b. ***Hunc si mobilium.*** sic habent 4. cod. Blandinij. reliqui, nobilium. sed aliud mihi placet magis, . . .

13. p. 4^a. *dimoueas.* demoueas, legit Lambinus; quod & si non improbem, tamen seruo antiquam lectionem, tum propter consensum omnium co-|dicum scriptorum, tùm quòd parum interesse videam.

33. p. 5^a. *nec Polyhymnia.* sic habent cod. Bland. vetustissimi:

35. p. 5^b. *Inseres.* sic habẽt duo Bland. & cod. Carr.

I 2, 31. p. 9^b. cãdenteis habent omnes [1]) scripti cod. atq. ita esto synchusis. alij ma-||(p. 10^a)lunt legere candenti, quod non damno.
lunt le-

46. p. 10^b. *Quirini.* cod. Carr. [2]) habet Quiri-|no, sed o, mutatam ini, indicat & superscri-|ptio τὸ Romano, & aperta litura.

I 3, 16. p. 13^b. *freta.* cod. Carr. habet fretum.

19. *turgidum.* Bland. cod. omnes habent turbidum, cũ Mart. & Carr. quod mihi videtur aptius,

36. p. 14^b. Cod. Bland. Mar. Carr. hic habent, perrupit [3]) Acheronta, sine copula que.

37. 4. Bland. habent, nil mort. ardui est.

---

1) c$\overset{n}{a}$dentes *cod. Carr.* = *Diuaei.* 2) quirini *cod. Carr. ante corr.* quirinj *cod. Carr. p. corr.* 3) prerupit *cod. Carr.*

I 4. p. 16ª. In inscriptione vulgati codices aliqui habēt, ad P. Sextium. sed legendum esse ad L. Sextium, vt habēt cod. Bland. iam certum est ex Dione,

Ex Blandinio codice an-|tiquissimo, non sine magna molestia, restitui hãc oden diuisis suis modis & numeris, à nemine ad-|huc obseruatis nec cognitis, quod sciam. quæ hunc in modum distingui & legi debet, *διαῤῥήτως*.

SOLVITVR acris hiems grata vice
Veris & Fauoni:
Trahuntq́; siccas machinæ carinas.
Ac neque iam stabulis gaudet pecus,
Aut arator igni,
Nec prata canis albicant pruinis.
Iam Cytherea choros ducit Venus
Imminente Luna,
Iunctæq́; Nymphis Gratiæ decentes
Alterno terram quatiunt pede,
Dum graueis Cyclopum
Vulcanus ardens vrit officinas.
Nunc decet aut viridi nitidum caput
Impedire myrto,
Aut flore, terræ quem ferunt solutæ.
Nunc & in vmbrosis Fauno decet
Immolare lucis:
Seu poscat agnam, siue malit hædum.
Pallida mors æquo pulsat pede
Pauperum tabernas,
Regumq́; turreis. ô beate Sesti;
Vitæ summa breuis spem nos vetat
Inchoare longam:
Iam te premet nox, fabulæq́; manes,
Et domus exilis Plutonia:
Quò simul mearis,
Nec regna vini sortiere talis:
Nec tenerum Lycidam mirabere
Quo calet iuuentus
Nunc omnis: & mox virgines tepebunt.

12. p. 17ᵇ. *Seu poscat agnam.* sic habēt duo codices Bland. quos secutus sum. Carr. codex habet, *Seu poscat agnam, siue malit hædos.*[1])

I 5, 14. p. 19ᵇ. *vuida.*[2]) secutus sum in hac voce codices Bland. & Diuaei. ceteri habent humida.

I 6, 7. p. 21ª. verùm cùm viri quidam docti de aditu hoc dici non posse aduerte-|rent, legunt *duplicis*, id est, versuti & callidi, pro Epithetis Homericis Vlyssi datis. Quam quidem sententiam etsi non improbem, tamen consen-|sum omnium, quos vidi, scriptorum codicum in *τῷ* dupliceis[3]), nolui vili facere.

16. p. 21ᵇ. *Tydiden.*[4]) sic habēt 3. cod. Bland.

---

1) hędos *cod. Carr.* 2) uuida *cod. Carr.* 3) duplices *cod. Carr.* 4) Tydeiden *Cruquiana cf. c.* I 15, 28 Tydeides.

I 7, 7. p. 23b. *Vndiq. decerptam.*[1]) Quos legi codices scriptos, om-|nes habent, *Vndiq. decerptam fronti præponere oliuam.*

11 p. 24a. *percussit.* sic legi-|tur in omnibus scriptis cod. & vera est lectio ...

24b. *Tiburtini luc.* sic habent 4. codices Blã-|dinij. ex quibus propter antiquitatem restituen-|dus est Virg. cũ Seruio 7. Aeneid. ...

14. *pomaria.* cod. Carr. habet pomœria[2]): quæ di-|ctio non minùs accõmoda mihi videtur, quàm τὸ pomaria: sed iudicet lector eruditus.

15. *deterget.*[3]) sic omnes Bland. Carr. Mald. Sil. Busl. sed Mart. habet detergit: sed priorem lectionem seruaui.

17. *Perpetuos.* tres Bland. habent perpetuo;

I 8, 15. p. 27b. *virilis cultus.* erat enim amictu puel-|lari ad Lycomedem deductus, vt suprà notatum est. cod. Bland. antiquiss. habet expressè suprà no-|tatum, virileis esse accusatiui casus: quod si ad-|mittendum quis duxerit, necesse erit referre ad Lycias cateruas, non etiã ad τὸ cultus metri causa.

I 9, 14. p. 29b. *quem fors dierum* ... Fors, legendum est ex omnibus scriptis antiquis: est autem Fors τύχη δαίμονος, id est, Dei voluntas, numen diuinum, Deus ipse naturæ auctor & conseruator.

23. dereptum, autem legendũ est ex codicibus Bland. duobus, non direptum, vt vulgo.

I 11, 1. p. 32a. *quæsieris scire.* ex scriptis Bland. & Mart. codice cõ-|iunctim legenda sunt, quęsieris scire. nefas enim per se ponitur per tmesim, vt est in Bland. atq; ita quærere, velle est, siue contendere.

2. *Leuconoë.* codex Mart. habet Leucothoë.

3. *vt melius.* ... videtur mihi Horatius alludere ad etymon vocis Leuconoë, quo nomine hanc ora-|tionem, vt melius quicquid erit pati, iudicaui per-|tinere ad verbum sapias; ita vt intermedia circũ-|scribantur parenthesi, quæ sic scripta inueni in Blandinio codice vetustissimo, Mart. Maldeg. Sil. ...

4. p. 32b. *seu plureis hie.* hæc per parenthesin legenda iam nunc monui ex cod. suprà scriptis ...

5. mei autem Blandinij habent, qui, nimirùm Iupiter debilitat &c. atq; ea lectio, meo iudicio, sanior est:

I 12, 3. p. 35a. *quem Deum.* cod. duo Bland. cum Mart. Mald. & Diu.[4]) habent dium. alij Deum, quod rectum est. *recinet.* sic habet cod. Bland. antiquissimus, atque etiam (u. 2) *sumes.* sed nescio quis pro e, secunda vocali macu-|lata conatus est formare i, tertiã vocalẽ, sed non ita dextrè vt deprehendi nequeat. alij habent su-|mis, & recinit.

13. *parentis laudibus.* sic habet cod. Bland. vetustiss. reliqui omnes parentum, sed aliã magis probo:

13. p. 35b. *quid prius?* omnes cod. scripti hic interrogationis notam habent, nimirũ pro vulgata lectione, putà, parentum: Nam in an-|tiquiss. Bland. ad marginem quoque adscriptũ est, vel parentum, qua gratia non parùm miror ex-|punctam non esse genuinam lectionem, parentis.

---

1) deceptam (acceptam) *cod. Carr.* 2) pomeria *cod. Carr.* 3) deterget (i) *cod. Carr.* 4) dñ (= deum) *cod. Carr.*

31. p. 36ª. *quod sic voluere.* 1) sic Diu. per lituram; reliqui omnes, quia sic volue-|re, habent.

55. p. 37ª. *oræ.* sic habent omnes cod. scrip. quos vidi.

I 13, 6. p. 38ª. *manent.* sic habent omnes manusc.

19. p. 38ᵇ. *diuulsus.* diuolsus, habent cod. Bland.

I 14. p. 39ᵇ. *ô nauis.* in duobus cod. Bland. hui⁹ odes inscriptio est, Ad rempublicā; in tertio, Ad nauē M. Bruti reparantem ciuile bellum, seu rempublicam. alij carent inscriptione.

I 15, 2. p. 41ᵇ. *Helenam.* sic habent cod. Maldeg. Mart. & antiquiss. Bland. alij habent Helenen, cum vulgatis.

20. p. 42ᵇ. , post collines & de-|turpabis puluere. scribit Lamb. in cod. Tornes. se ‖ (p. 43ª) inuenisse cultus adulteros. Ego quoq. in duob. cod. Bland. & Maldeg. eam vocem inueni (inuenisse); sed re-|liqui cū antiquiss. Bland. habent crineis, ... 2)

22. Ceterùm in tribus Cod. Bland. ponitur, tuę genti. ceteri gentis habent.

24. *Teucer te Sthenelus.* variāt hic scripta. cod. 3. Bland. cum Maldeg. habent Teucer te Sthenelus. alij Teucer & Stene. 3)

28. *Tydides.* sic scribitur in Bland. vide oden 6. suprà.

I 17, 8. p. 46ᵇ. *colubras.* sic habent 4. Bland. cū Diuæi & Maldeg. Siluiíq. nec mutare volui propter antiquitatem.

9. *hœduliæ.* Hærent hic omnes enarratores ... at Lambinus tamen mauult hœduliæ, eò quòd in scriptis ferè omnibus offenderit hœ-|diliæ, vt & ego quoq. in meis 4) præterquā in duo-|bus Bland. in quibus liturę sunt indicio manifesto ‖ (p. 47ª) prius scriptum fuisse hœulię, & priorem pediculum litteræ u. mutatum (prius) in d. ab eo qui hœdilia quidem ab hœdo, non etiam hœ|duliæ ab hœ|dulo deriuari posse didicerat, vel audierat.

I 18, 2. p. 48ᵇ. *mœnia Catili.* omnes scripti codices habent Catilli, per. l. geminatum,

5. ... hæc vox *crepat,* quæ sine vllis lituris est integra in 4. Bland.

11. p. 49ª. *discernunt.* duo cod. Blan. habēt discurrunt,

15. *& tollens.* sic omnia scripta.

I 19, 11. p. 50ª. *& versis ani.* tres Bland. cod. habent, auersis;

12. p. 50ᵇ. *attinent.* vnus cod. Bland. habuit attinet, quod litura indicat.

I 20. p. 51ª. VILE *potabis modicis* ... De profectione in Apu-|liam mentio fit in Diuæi codice.

I 21, 5. p. 52ᵇ. *coma.* sic habent cod. Mart. Mal-|deg. Diu. Sil. sed 4. Bland. comam. quod nō placet.

I 22, 2. p. 53ᵇ. *Mauris iaculis.* sic ha-|bent 4. Blād. & Diu. & ea genuina lectio est,

11. p. 54ª. *expeditis.* sic habent 4. Bland. alij verò, expeditus.

14. *Daunia.* Daunias habent 4. cod. Bland.

I 23, 1. p. 55ª. inuleo habent omnia nostra scripta.

5. *mobilibus ver. in.* More-|tus de litteris inter ceteros optimè meritus non improbat hanc lectionem, *nam seu mobilibus vitis inhorruit ad*

---

1) [q]//// sic voluere *cod. Carr.* 2) Crines *cod. Carr.* 3) Teucer˙ et stelenus *cod. Carr.* 4) edilia *cod. Carr.*

ventum foliis, inuentam, vt ait, in anti-|quis quibusdam libris. Ego sanè in vllis aut scrip-|tis aut aliis eam non comperi. Quare omniū con-|sensu codicum quos videre contigit, hanc nostrā seruandam censeo.

I 24. p. 56ᵃ. Postremo nimia quasi lamentatione iā defatigato, miro artificio consolationem parat, vel Musa, vt aiunt quidam, vel Horatius, ei quidem conceden-|do, Quintilium quàm ipsi, flebiliorem esse nemi-|ni, sed id ferendum esse, quod aliter fieri nequit. hanc sententiā desiderare videntur interpunctio-|nes abruptę tam in scriptis manu libris, quàm vul-|gatis. Verùm quia in omnibus scriptis præterquā Diuæi & Maldeg. legitur lugubris, in casu gig-|nendi, non insulsé, vt mihi quidem videtur, licebit hac interpunctione omissa, hæc verba, *Quis desiderio sit.* &c. dare Horatio, ...

2. p. 56ᵇ. *lugubreis.* omnes scripti codices, præter Maldeg. habent lugubris, vt sit casus geni-|tiui, quod & in Bland. antiquiss. adnotatum vidi, & conueniat cum τῷ cantus, in hanc sententiam: ô Musa Melpomene, cui pater dedit cum cithara vocem liquidam, præcipe quis sit modus cantus lugubris, desiderio, id est, ad desiderandum tam caput carum, id est, amicum. hoc est, doce quantū deceat modestè lugendo, desiderare amicum.

9. τὸ bonis, habent omnia scripta, non etiā, τὸ quidem, vt vulgati codices.

13. p. 56ᵇ. *Quid si Threicio.* ... ||(p. 57ᵃ) In omnib' manuscrip. prętérquā Mart. legitur, *Quid si Thre.* Deinde, *num vanæ re.* Mart. autem sequitur vulgatos, putà, *Quod si,* &c. Deinde, *non vanæ re.* Equidem crediderim legendum, *Qui si Thre.* &c.

I 25, 2. p. 58ᵃ. *ictibus crebris.* omnes scrip. habent iactibus, præter Diuæi, qui sequitur vulgatam lectionem,

5. *facilis.* sic habent Bland. quos sequor. alij, facileis [1]), cū vulgatis.

I 27, 9. p. 61ᵃ. *vultis seueri.* ... Sunt qui non ἐρωτηματικῶς, sed ex hypothesi hæc dicta ac-|cipiunt, perinde acsi dicat, si velitis me vnà vo-|biscum potare & non abire, valeant iurgia, valeāt clamores, & facetè agamus, &c. verùm vt hanc nō reiicio, ita aliam ex scriptis antiquis apponendam censui.

18. p. 61ᵇ. omnes quos vidi scripti lib. habent, ha. præter vnum Bland. in quo scriptum est, ah. sed non sine litura. & quia hæc quæ tractā-|tur amatoria sunt, iocosa & ludicra, nec multùm dolenda, secutus sum scripta potiora.

19. Cod. Bland. vetustiss. cum Maldeghe. & alio Blandinio, habent, laborabas, quos non sum se-|cutus propter incommodam sententiam. Alij ferè omnes habent laboras [2]), sine prępositione in.

24. p. 62ᵃ. Chimęra [3]) legitur in omnibus scriptis quæ secutus sum,

I 28, 18. p. 64ᵇ. *auidum mare.* omnes lib. scripti sic habent, præ-|ter Sil. qui habet pauidis.

19. *mista senum ac iuu. d.* densentur habent 4. cod. Bland. id est, conglobantur, & sine delectu cumulatim moriuntur.

30. p. 65ᵃ. *negligis.* aut inter-|rogatiuè, vt Blād. hęc legēda sunt, negligis [4]) cōmit-|tere? vili pendis nocere posteris tuis hoc sepe-|liendi

---

1) faciles *cod. Carr.* 2) laboras *cod. Carr.* 3) chimera *cod. Carr.* 4) neglegis? *cod. Carr.*

munere mihi denegato? fors & debita iura sepulturæ te maneant &c. aut assertiuè, vt tres cod. Mart. Sil. Maldeg. quorū postremus habet forsan [1]), reliqui omnes, fors &. alij coniunctim, alij diui-|sim.

I 29, 16. p. 66ᵇ. *meliora tendis.* sic habent omnes scri-|pti cod. quos vidi; non autem temnis, vt quidam voluerunt.

I 31, 14. p. 68ᵇ. *Atlanticum.* vnus cod. Bland. habet Atlantidum,

18. *ac precor integra.* sic legendum est, vt habent scripti cod. non, at, vt habent vulgati; ... Quidā scri-|pti habent atque, quod ratio carminis non admit-|tit.

I 32, 1. p. 69ᵇ. *poscimur.* sic Bland. cod. tres habent. quartus autem poscimus, cum aliis, sed adnotatum, aliàs poscimur, & vni ex tribus hæc adscripta est enar-|ratio: ô barbite, poscimur à Mæcenate, id est, pre-|catur nos Mæcenas, vt si quid in occulto scripsi-|mus, in publico canamus. in alio autem codice, qui habet poscimus, aliàs poscimur, adscriptū est; poscebatur enim sua dicta edere: quæ verba quo-|que legere est in vulgato Acrone, à quo non mul-|tùm dissentit Porphyr. vulgatus, inquiens, si quid lusimus, exigitur à nobis vt canamus. Ab hac ita-|que lectione nō ausim discedere propter antiqui-|tatem codicum;

I 33, 11. p. 71ᵃ. *aënea* [2]). sic habent omnes scripti lib. alij aë. diuisis, alij ę in diphthon-|gum contractis.

I 35, 15. p. 75ᵇ. *cessanteis ad arma* ... Huius autem interpretationis, quæ dissentit ab aliis, mihi cau-|sa fuere Commentarij Blandinij, in quibus of-|fendi, frequens ad arma, id est, bellicosus: nec displicet expositio; quamquā non improbem vul-|garem, quæ vult hāc epizeuxin, ad arma, ad arma, pertinere ad acuendos animos.

17. p. 76ᵃ. *sæua Necessitas.* sic vulgati codices, quibus consentiunt scripti duo Mart. & Maldeg. eámq. lectionem comprobat Lamb. Ceterū 4. Bland. Diuæ. & Sil. habent serua Necessitas, sed eam reiectat Lamb. at Bland. codicum vetustas non nihil me nutare facit, quorum adnotationes (in aliis certè incon-|stantes) hic vno consensu de seruitute loquuntur, quam necessitati debere nos volūt.

19. p. 76ᵇ. *aëna* [3]). sic Bland. non etiam ahena, vt vulgati.

20. *liquidúmq. pl.* Bland. cod. antiquiss. ha-|bet expuncto q liuidum.

33. p. 77ᵇ. Heij [4]), habent omnia scripta prater Diuæ.

36. *vnde manū* [5]) *iuuentus.* sic habent omnes cod. præter Diuæ.

39. *diffingas recusum.* hanc lectionē habet vnus cod. Bland. duo verò cū Diu. & Sil. diffingas retusū. Maldeg. & Mart. defingas retusum ... Equidē quod sentio paucis vt dicam, diffingas ser-|uandum duxi, cùm propter cod. plurium consen-|sum & antiquitatē, tum quòd in scriptis adnota-|tionibus offenderim, ferrū confusum & cōmassa-|tum, quod quidē diffingendū est, id est, variè & in diuersa arma fingendum formandúmq. ex massis siue ferri laminis,

I 36. p. 78ᵇ. Pro Pomponio Numida, in ‖ (p. 79ᵃ) Epigraphe repo-
Epigraphe
sui Plotiū Numidam, ex vno cod. Blād. quod in his verbis, custodes Numidæ deos, &c. scriptū inueni, ut videre licet in cōment.

---

1) Fors et *cod. Carr.* 2) ænea *cod. Carr.* 3) ęnea *cod. Carr.* 4) 'Ode 35. leg. *heū.*' p. 14. heheu *cod. Carr.* 5) unde manus *cod. Carr.*

8. *non alio.* sed sub eodē. hoc modo inueni in cod. Bland. expressum:

8. *pueritiæ* [1]). sic habent expressè omnia scri-|pta: quare crediderim synęresin potiùs quàm syn-|copen esse, sicut in voce pituita obseruari solet in carmine Horat. nisi cùm pituita molesta est. sed quantitas i ante t mihi suspecta est.

10. *Cressa nota* ... cōtrouersum autē solet hic esse Cressáne an Thressa legendū sit ... Equidem nihil muto propter cōsensum omniū codicū manus.

I 37, 9. p. 81ª. In tribus cod. scrip. Mart. Mal-|deg. Sil. legitur, congrege coniunctim; quam le-|ctionem seruaui tanquam genuinam, ...

I 38, 1. p. 82ᵇ. *odi.* in antiquiss. cod. Bland. hic suprà notatum est, sperne.

7. *sub arta.* sic habēt Cod. Bland. arta, sine c vbique: quos secutus sum.

Q. HORATII FLACCI
ODARVM LIBER SECVNDVS.

II, 1. p. 85ª. Horatiū malunt alij respicere consulatum Q. Cęcilij Metelli Numi-|dici cum M. Iunio Silano, anno 643. ex fastis vi-|ri doctissimi Caroli Sigonij: Quorum sententiæ sine controuersia subscribendum iudico, eò quòd in Diuæi cod. litteris vetustate propè oblitteratis scriptum offenderim, ex Metello, id est, ex eo tem-|pore quo Metellus fuit consul contra Iugurtham [2]).

28. p. 86ᵇ. *retulit.* per vnicum t in omnibus scriptis.

38. p. 86ᵇ. *Ceæ.* [3]) sic sine diphthō-|go in principio, Ceæ, scriptum est in omnibus no-|stris scriptis.

II 2, 2. p. 88ª. Quid enim venerit ei [4]) in mentē quando pro, abdito, contendit acriter legendum esse, abditæ, sine exemplari scripto, profectò me latet:

13. p. 89ª. *dirus.* quasi dei ira natus, in-|quit Festus. Codex Bland. 1. & Maldeg. habent, durus.

17. p. 89ᵇ. *Phraaten.* alij Phraorten legendum putant: Equi-|dem secutus sum manuscriptos codices omneis, ... Omnes Bland. & a-|lij 4. cod. habent Phrahates [5]) per aspirationem in medio: atque eam iudico genuinam lectionem, ...

18. *dissidens plebi.* verior, meo iudicio, lectio est codicum Bland. dissidens plebis,

II 3. p. 91ª. AEQVAM *memento reb. in ard.* In antiquis-|simo codice Bland. ex apicibus, lituris & al-|terius Bland. collatione in quo scriptum reperi ad Bellium, facilè deprehendi in locum litteræ G irrepsisse litteram D, propter affinitatem; ita vt pro voce Gellius, hactenus legatur Dellius. Quare vulgatam inscriptionem ad Dellium curaui mutandam in hanc, ad L. Gellium;

---

1) puericię *cod. Carr.* 2) .i. ex illo tempore q̊ metellus fuit consul *cod. Carr.* 3) ceę *cod. Carr.* 4) ei] *Lambino* 5) phra///aten *cod. Carr.*

9. p. 91ᵇ. *quo pi-|nus.* ...omnia scripta habēt, quo, quod interpretatur Comment. per relationē, id est, in quo gramine. Lamb. legit, quà, & fortasse rectius.

11. *quid? obliquo la.* sic legitur in duobus Bland. in an-|tiquiss. non sine turpi litura. in altero expressè cū suppositis punctulis sine litura.

14. *breuis flores amœnos.* variant hic scripta: sed plurium consensum sequor.

II 4, 6. p. 93ᵇ. *Tecmessæ.* m littera liquescit metri causa. in vno cod. Bland. scriptum est Te-|messæ.

18. p. 94ᵃ. *dilectam.* sic habent sine vlla litura aut macula omnes mei scri-|pti lib. non delectam, quam reiiciendam puto: ...

19. ... Auersam autem habent omnia scripta, nō etiam aduersam, vt cod. vulgati.

II 6, 5. p. 98ᵃ. *Tibur Arg.* aliter Argiuo, in codic. Blād. vetustissimo.

19. p. 98ᵇ. *fertili Baccho.* metonymia pro vite fertili.

non ‖ (p. 99ᵃ) *inuidet.* non cedit, æqualis est in nobilitate cum vino
inuidet
Falerno. cod. duo Maldeg. & Mart. habent, fertilis Baccho:

II 8, 2. p. 103ᵃ. *Barine.* in codicibus Bland. huius odes inscriptionem inueni ad Iuliam Barinen, &c. vt videre est in Epigra-|phe.

II 9, 7. p. 105ᵃ. *quer-|queta.* sic scriptū habent Bland. quod magis pro-|bo, quàm querceta, vt vulgò.

9. Vr-|gues, habent Bland.

II 10, 2. p. 107ᵇ. vrguendo habent Cod. Bland. quos sequor propter dictionis plenitudinem.

12. p. 108ᵃ. *fulgura monteis*[1]). sic habent omnes scripti lib. non fulmina, vt vulgati.

II 11, 17. p. 110ᵃ. *Euius.* sic inueni in Bland. vetustiss. sed à sciolo supraposita nota aspirationis. alij omnes habent Euhius[2]), ...

II 12, 2. p. 112ᵃ. *dirum Annib.* Bland. 4. Sil. Maldeg. Diuæi lib. habent durum. v-|nus Mart. dirum.

12. p. 112ᵇ. *minacium.* sic habent cod. Bland. omnes, quos se-|cutus sum. Mart. Maldeg. Diuæi habent minan-|tium[3]).

13. *Ly-|cymniæ.* sic cod. Bland. antiquiss. Alij duo Licym-|niæ. sed Diuæi, Mald. Mart. Sil. Liciniæ[4]), vt vulga-|ti.

25. *flagrantia*[5]), omnes habent scrip. lib. prȩter Diu. in quo est scri-|ptum fragrantia, quod plus probat Lamb. quàm ‖ (p. 113ᵃ) aliud: at plureis tamen codices sum secutus, ...
aliud

II 13, 8. p. 115ᵃ. *ve-|nena Colcha*[6]). sic habent duo cod. Bland. antiquiss. sine vlla litura, alter per lituram. sic & Maldeg. cū singulis punctis sub ı & c. & Diuæ. per liturā.

13. Diuæ. cod. habet, quod quisque; reliqui, quid.

14. *Bosphorum.* sic habēt omnia scripta, a-|lia per ph, alia per f litteram:

23. p. 115ᵇ. discriptas habent 2. cod. Bland. alter purè, alter cum litura. Mart. descriptas. alij omnes, discretas.

---

1) fulgura montes *cod. Carr.* 2) euchius *cod. Carr.* 3) minancium *cod. Carr.* 4) liciniȩ *cod. Carr.* 5) fragrancia *cod. Carr.* 6) cholchica *cod. Carr.*

38. p. 116b. τὸ laborem, vt habet Lam-|binus, in nullis scriptis inueni.

II 14, 5. p. 118a. Codex vnus Bland. habet trecenis; quem sequor: alij omnes tricenis, præter Maldeg. qui habet, trecentis.

27. p. 119a. tinguet habent cod. Bland.

superbo, habent omnes lib. scripti sine vl-|la litura;

II 15. p. 120a. Ceterùm le-|ctorem celatum nolui, hanc oden à superiori in-|diuisam legi in codicibus Blandiniis.

II 16, 2. p. 123b. Codex Diuæi habet pressus.

II 17, 14. p. 127b. *Gygas* 1). sic ha-|bent sine vlla litura aut macula omnes lib. scripti quos mihi videre contigit. Lamb. & Muret. ex A-|pollodoro restituerunt Gyas: quod non improbo quidem, sed vndecim aut plurium consensum co-|dicum mutare nolui, ...

19. *natalis horæ.* duo cod. Bland. habent, letalis horæ; ...

32. p. 128a. duo cod. Bland. legunt nos humiles. quod non displicet quidem, sed humilem malim,

II 18, 7. p. 130a. *Laconicas* ... vnus cod. Maldeg. hic habet Laconicas (*corr.* Laconias), cui in Lucret. subscribit Gifanius vir in primis doctus, ídque ex veteri lib.

8. *clientæ.* sic legitur in duob. Bland. sine vlla litura: in tertio autē sciolus aliquis deleta di-|phthongo, post e vocalē posuit *s* consonantem.

30. p. 130b. τὸ sede, habent cod. Mart. Maldeg. & Sil. &, meo quidem iudicio, multò con-|uenientius quàm, fine;

II 19, 15. p. 134b. *non leni ruina.* sic habent tres Bland. quos sequor.

20. p. 135a. Codex Maldeg. habet hîc, sine fronde. Bland. vnus sine fune, sed secutus sum veterem lectionem.

23. p. 135b. *Rhecum.* sic habet cod. Bland. antiquiss. sed non sine litura: ... Alij omnes cod. habent Rhetum. 2)

II 20, 11. p. 137b. *supernè.* 3) sic habent omnes lib. scripti.

Q. HORATII FLACCI

ODARVM LIBER TERTIVS.

III 1, 19. p. 141a. *ela-|borabunt.* sic habēt omnes scrip. lib. quos vidi, non elaborarunt, vt vulgati.

35. p. 141b. *demittit.* sic habent 2. cod. Bland. cum Maldeg. reliqui dimittit.

43. p. 142a. *delinit.* sic 1. Bland. cum Diuæi, Mart. Maldeg. Sil. duo alij Bland. habent delenit.

43—44. *Falerna vitis.* sic 3. Bland. quos sequor. alij Falernæ 4) vites, sed nō aptè. alij Falernę vitis, rectius, metri causa.

III 2, 1. p. 144a. *amicè.* 5) sic habent omnes manuscripti sine vlla litura aut macula.

5. *sub diuo.* sic habēt omnia no-|stra scripta.

10. p. 144b. *lacessat.* tres Bland. hab. lacesset. re-|liqui lacessat, rectiùs meo iudicio.

---

1) gigas *cod. Carr.* 2) Rhoetum *cod. Carr.* 3) superne *cod. Carr.* 4) falernę vites *cod. Carr.* 5) amice *cod. Carr.*

14. cod. Mart. habet, prosequitur.

21. *penna.* pinna habet Bland. antiquiss.

III 3. p. 148a. IVSTVM *& tenacem propositi virum.* In an-|tiquiss. cod. Bland. hæc Ode nec inscriptione, nec litteris maiusculis à præcedente separata est seiunctáque,

6. p. 148b. *magna Iouis manus.* omnes scrip. lib. nostri habent, magna manus Io-|uis.

10. *enisus.* variant hîc scripta: quædā inuisus[1]), alia innixus. antiquiss. Bland. cum 4. aliis habet enisus,

12. p. 149a. Quidam cod. scrip. habēt, bibet[2]).

53. p. 150a. Cod. Mald. habet mundi, quem secutus sum pro-|pter apertam sententiam: reliqui omnes habent mundo, cum vulgatis;

66. p. 150b. *ductore.* sic habet cod. Maldeg. quem secutus sum. reliqui omnes legunt auctore, cum vulgatis,

69. p. 151a. *non hoc iocosæ conueniet lyræ* ... omnes cod. nostri scripti habent, non hoc iocosæ conue-|niet, non etiam, hæc conuenient, aut conueniunt, vt ait Lambinus.

III 4, 10. p. 154b. *al-|tricis.* soli natalis. duo Bland. & Mart. habēt nu-|tricis[3]).

15. *Bantinos.* sic habent Blād. omnes & Diuæ. sed Maldeg. Bathinos. Mart. Bal-|thinos. Bland. Plinio consentiunt lib. 3. cap. vn-|dec.

31. p. 155a. *arenteis*[4]). cod. Bland. & Maldeg. legunt vrenteis,

38. p. 155b. *abdidit.* Bland. vnus cū. Maldeg. habet reddidit. alij omnes, abdidit.

47. *turmas.* vnus cod. Mart. hic habet turbas, vt suprà, immanémque turbam, non turmam.

51. p. 156a. *tendentes.* vnus Bland. legit intenden-|tes.

69. p. 156b. *centimanus gigas.* sic habent omnia scripta, sed ex scripto A-|pollodori legendum est Gyas.

III 5, 10. p. 159b. *& nominis & togæ.* polysyntheton facit ad au-|xesin. sic habet cod. Bland. antiquiss. hæc autē cu-|mulatim posita, ancilia, nomē, toga, æterna Vesta, Iupiter, Roma, faciūt ad exaggerationē militaris ignauiæ sub Crasso,

21. τὸ direpta, habēt omnia quę vidi scripta:

23. cod. Bland. habet, clusas, antiquo more.

27. *dampnum.* sic scriptum est vbique in antiquis lib.

51. p. 160a. *propinquos.* cod. Bland. vnus & Maldeg. habent, amicos.

III 6, 9. p. 162b. Cod. Bland. Diuæ. Malde. Sil. habent Monæsis[5]) in ca-|su genitiuo. Mart. Monæsus. at sequor plurium cod. cōsensum.

22. p. 163a. *fingitur artubus*[6]). duo cod. Bland. cū Diuæ. & Maldeg. sequūtur hanc lectio-|nē. vnus Bland. & Sil. fingitur artibus. Mart. fun-|gitur artubus:

30. p. 163b. pro, seu, Codex vnus Bland. ha-|bet, cum.

III 7, 4. p. 165a. Cod. Bland. cum Maldeg. & Sil. habent fi-|dei. Mart. fide. Diuæ. fidi.[7]) at sequor tamen Bland. per synæresin.

---

1) Innisus *cod. Carr.* 2) bibet *cod. Carr.* 3) nutricis *cod. Carr.* 4) arentes *cod. Carr.* 5) monesis *cod. Carr.* 6) artubus *cod. Carr. corr.* 7) fidi = fidei! *cod. Carr.*

III 8, 5. p. 167ª. *docte sermones.* Mæcena-|tis laus à linguarum peritia ad beneuolentiam conciliandam. sermonis, in Bland. codicibus per l maiusculum scriptum est, quod ferè vel, eis, vel, es, notat: ceteri scripti habent, sermonis.

10. *dimouebit.* sic habent omnia quę vidi scri-|pta quæ secutus sum.

27. p. 168ª. *rape.* sic habet Maldeg. reliqui omnes cape.

III 9, 5. p. 168ᵇ. *donec non alia.* omnia scripta nostra habent, alia, præter Maldeg. quæ habēt, aliā, cū vulgatis.

III 10, 6. p. 170ᵇ. *situm.* Bland. 3. ha-|bent satum, vt & Comment. sed reliqui, situm, quos sequor euphoniæ causa.

8. *puro numine Iup.* sic habent omnia nostra scripta, non etiam, lumine,

III 11, 21. p. 173ª. *Tityósque voltu.* sic habent codic. Bland. de Tityo ode 4. huius lib.

30. *nam quid potuere maius impiæ?* sic habent codices Bland. vt interrogationis nota subsequatur τὸ impiæ: reliqui variant, & notam interrogationis subdunt τῷ maius.[1])

52. p. 173ᵇ. *scalpe quer.* sic legitur in Bland. codicib. & rectè ex sententia Diomedis Grammatici, qui sculpo verbum credit vix esse Latinum. tres tamen manu scripti Diuæi, Mart. Maldeg. habent sculpe.

III 12. p. 174ᵇ. *miserarum est.* ve-|hementer admiror hoc genus carminis Gramma-|ticos nullos aduertisse non vnius esse sed diuersi generis, ne antiquos quidem: ait enim Diome-|des, quem Perottus aliiq́ue sequuntur, esse mono-|colon: at credo tamen eis non minus ad manus fuisse scriptos codices, vt nobis sunt hodie, ex qui-|bus vel minimo labore licuisset versus discretos diiudicare: sed arbitror eis hoc contigisse, quod multis aliis, Acronemq́ue non verum suæ senten-|tiæ auctorem habere, qui Sotadicum hoc metrū, siue rhythmicū numerosumq́ue seu Synapheiā nominat, non addita metri ratione alia quàm cō-|stare ex ionicis à minori, versu trimetro tetrame-|tróque: Qui cùm sint naturæ eiusdē, voluerit hoc carmen esse monocolon. at aliud longè nobis ob oculos ponunt tres scripti codices Bland. antiquiss. Maldeg. & Mart. sed hic nostra ope nonnihil ad-|iuti in pedibus ordinandis. Est itaque Metrū hoc tricolon, constans ex duobus prioribus Sapphicis trimetris acatalectis, tertio Anacreontio dime-|tro catalectico, quarto Adonio; hoc modo: Mise-|rarum est: neque amori: dare ludum: neque dul-|ci: mala vino: lauere aut ex: animari: metuenteis: patruæ: verbera linguæ. & c. vt videre licet in Ode à nobis disposita.

9. p. 175ª. *simul vnctos Tib.* necesse est me lectori ante annos decem fidem datam in præfa-|tione in 4. odarum nunc liberare in huius odes versuum dispositione legitima, quam Lambinus hic temerè peruersam calumniatur, nec aliud ad-|fert, quo id doceat. in primis omnes nostri codi. scripti in ea sine vlla macula aut litura consentiūt, adeò vt nō dubitem Lambini quoque scripta pro-|batiora à nostris in ea non dissentire: deinde ordo versuum, quem ad finem subdit Acron vulgatus, sequitur manu scripta.

15. p. 175ᵇ. *alto.* Bland. antiquiss. legit. *arto*[2]). pro denso, quod fortassis est aptius.

---

1) ˜maius.' *cod. Carr.* 2) arto *cod. Carr.*

III 13. *Bandusiæ*[1]). sic habent omnes lib. manuscrip. quos legi. alij le|gunt Blandusię, cum vulgatis.

8. p. 176^{b}. *suboles.* sic legē-|dum notaui ad oden 3. lib. 4.

III 14, 6. p. 178^{a}. Codic. Bland. duo cum Maldeg. & Mart. pro τῷ diuis, habent τὸ sacris.

11. *ominatis*[2]). habet antiquiss. Bland. cum Diuæi & Sil. quam le-|ctionem omnino credo seruandā, reclamantibus omnibus aliis manuscriptis quę legunt, *nominatis.* non dubito namque sciolum aliquem metri sci-|licet gratia apposuisse τὸ n. at si quis tamen pluriū motus auctoritate codicū scrip. (nā præter meos septem, numerat Lambinus alios octo, in quibus τὸ nominatis scriptum est) ei auctor fuerim, si no-|minatis malit, vt interpretetur nominatis, id est, || (p. 178^{b}) odiosis ... ve-|rùm aliam lectionem magis probo.

22. p. 179^{a}. *myrrheum* ... Bland. omnes habent Mureum.

III 15, 2. p. 180^{a}. *fige modum.* vnus cod. Mart. habet pone modum. reliqui fige.

16. In vno cod. Bland. & Mart. scriptū est, vetula.

III 16, 13. p. 183^{a}. Omnes scrip. lib. præter Diuæ. habēt exitio[3]), quos secutus sum.

25. p. 183^{b}. *con-|temtæ dom.* ... Non parum profe-|ctò doleo, virum doctissimum hîc esse vehemen-|tiorem, exacerbaríque in eos qui ex lectione scri-|ptorum cod. non malè hic legi posse aiunt, cōten-|tæ;

26. *impiger*[4]). sic habent omnia nost. scrip.

III 17. p. 185^{a}. Non iniuria certè Petrus Crinitus in Horatij vita, nonnullos ait me-|moriæ mandasse Horatium vixisse annum supra septuagesimum, vt videre licet in Horat. vita ter-|tio loco his Commentariis apposita ex codicibus Bland.

III 19, 24. p. 189^{b}. *non habilis.* cod. Bland. antiquiss. legit, non habili. quæ mihi lectio videtur aliam superare; nô enim puel-|la seni, sed contrà, senex inhabilis est puellæ, & multùm ineptus eius amoribus: & hoc nomine dicit Telephum spissa coma nitidum esse, & ha-|bilem Chloæ puellę seu Rhodæ, vt habent aliqui cod. scripti, quia pares cum paribus rectiùs con-|ueniunt: Quem in amore ait se feliciorem, quòd Telephum quidem Chloë petat, amorem verò Glyceræ erga se esse lentum.

27. *Chloë.* duo cod. Bland. cum Mart. & Sil. habent Rhode.

III 20, 3. p. 190^{a}. *post paulò.* sic habent scripta Bland. cum Diuæ. & Sil. reliqua, pòst paulum. Præterea antiquiss. Bland. ad marginem paginæ habet, dura post, est anastrophe. Quod si ita est, rectius, pau-|lum, legemus, vt determinet τὸ inaudax, cum de-|minutione: sed ea adnotatio videtur esse scioli ali- || (p. 190^{b}) cuius ignari, pòst paulò, & pòst paullum, Latinè ex æquo poni.

III 23, 2. p. 194^{a}. *Phidyle*[5]). sic habent omnes Bland. cod. per y in secunda syllaba, quos secutus sum, vt sumta vox sit παρὰ τὸ φείδυλος, quod parcum signat & tenuem. Alij cod. partim Phillide legunt, partim Phidile.

7. p. 194^{b}. *robiginem.* sic legunt Bland. cod. quæ vera & antiqua vox est, vt alibi notaui:

---

1) blandusiae *cod. Carr.* 2) † nominatis *add. cod. Carr.* 3) excidio *cod. Carr.* 4) impier *cod. Carr.* 5) philidę *cod. Carr.*

19. *mollibit*[1]). placabit. cod. vnus Bland. cum Maldeg. & Mart. habet molliuit; deinde Maldeg. & Mart. habent aduersos.

III 24, 4. p. 197^{a}. *& mare publicum.* sic habet cod. Bland. vetustissimus cum hac adnotatione, id est, latè pa-|tens, cui cum Sil. consonat alius Bland. sed tertius Bland. legit Ponticum, & supra scriptum, vel A-|pulicum. Maldeg. sine litura, Apulicum. Diuæi, Ponticum, & supra, vel Punicum: Alij omnes Ponticum.

49. p. 198^{a}. *summi materiem.* sic ha-|bent omnes lib. scripti quos secuti sumus.

60. p. 198^{b}. *hospites.* sic habent Blãd. cum Maldeg. Sil. alij hospitem.

III 25, 2. p. 199^{b}. *aut quos.* sic habent omnia no-|stra scripta, non, & quos, vt libri vulgati.

6. *consilio*[2]) *Iouis.* sic omnes ma-|nuscripti nostri, per s, non per c consonam.

12. p. 200^{a}. *vt mihi deuio.* redditio compara-|tionis. Cod. Diuæ. Sil. & Mart. habent, ac[3]) mihi deuio.

III 26, 9. p. 201^{a}. *tenes.* protegis & amplecteris. tres scripti lib. Bland. vnus, Maldeg. & Mart. habent, regis.

III 27, 4. p. 203^{b}. *fetaq́;.* vnus Bland. habet, pę-|stáque. alius Bland. fertáq.

7. p. 204^{a}. *ego quid timebo.* variant hic cod. Bland. antiquiss. habet cui, cum litura, & suprà notatū, aliàs, quid. alius habet, cur. tertius cum reliquis omnibus ha-|bet, quid, quos secutus sum ...

15. *vetet.* sic habent omnia scripta, non vetat;

22. p. 204^{b}. *orientis Austri.* sic habēt omnes & scripti & vulgati libri quos vidi,

48. *tauri.* Bland. omnes habent, monstri. cū. adnotatione, aliàs tau-|| (p. 205^{a}) ri. sed Mart. Maldeg. & Sil. monstri, sine adnotatione.
ri. sed
Diuæ. habet, tauri, cum vulgatis:

57. *vilis Europæ pater.* Erasmus primus, quod sciam, indicauit hic Europę casus esse datiui, quē subse-|cutus est Glareanus: ego certè ita scriptum inue-|nio in omnibus cod. Bland. & Diuæ.[4]) itaq; iam o-|lim vulgati libri, in quibus Europe, per e vocalem legitur, sunt emendandi, vt sentētia sit, pater vilis Europę, ...

III 28, 6. p. 206^{a}. *& veluti*[5]). sic habent duo Bland. & Diuæ. sine vlla litura,

7. *deripere*[6]). sic in omnibus manuscriptis præter || (206^{b}) Mart. vbi diripere ponitur.

9. *inuicem.* Mart. habet in viceis, separatim. Maldeg. inuiceis coniunctim, sed ineptè.

III 29, 17. p. 209^{a}. omnes cod. scrip. ha-|bent Andromedæ[7]).

35. p. 209^{b}. *delabentis.* sic est in omnibus anti-|quis lib. quos vidi.

41. *irritat.* ... quasi inritat, per ectasin pęnultimę syll. sic enim non semel scriptū inueni politissimè;

III 30, 12. p. 212^{b}. *regnauit populorum.* sic tres Bland. an-|tiquissimus sine vlla litura cum Sil. sed duo alij Bland. per lituram.

---

1) molliuit^{bit} auersos *cod. Carr.* 2) concilio *cod. Carr.* 3) at *cod. Carr.* 4) europę *cod. Carr.* 5) ////^{7} veluti *cod. Carr.* 6) de^{c}ripere *cod. Carr.* 7) andromedè *cod. Carr.*

Q. HORATII | FLACCI CARMINVM | LIBER QVARTVS, EX ANTIQVISS. | MANVSCRIPTIS CODICIBVS CVM | commentarijs falsò adhuc Por-|phyrioni & Acroni | adscriptis, | OPERA IACOBI CRVQVII MESSINII | apud Brugenses litterarum Professoris | publici editus. | *Eiusdem in eundem Adnotationes.* | BRVGIS FLAND. | Ex officina Huberti Goltzii, | M. D. LXV. 8°.

p. 3. IACOBVS CRVQVIVS | D. FRANCISCO AB HELFAVT | D. PETRI APVD GAN-|DAVOS PRAESVLI | DIGNISSIMO | S. P.

QVVM non adeò nuper in ædi-|bus Adolphi Mekerchi viri do-|ctissimi post cenam, ita vt fit, ani-|maduerterem Præsul amplissime, magno | te animo efferre, nec non ad cælos vsque, vt fertur, tollere tam præclaram hoc tem-|pore doctorum virorum operam, cum in litteris erigendis stabiliendísque, tum in rebus fidei & religionis Christia-|næ excolendis & promouendis, ne ea aliquando penitus tota collabatur: non potui ego pro tua, qua omnes amplecte-|ris, humanitate tecum non agere famili-| arius, & de litteris, quę mea est professio, te interpellare, nec non vehementius conqueri in Bibliotheca Blandinia, tuæ fidei & custodiæ concredita, hactenus delitescere Horatianos codices scriptos manu, in quos aliquando fortè incidi o-|pera D. Antonij a Prato monasticæ apud ||
vos
(p. 4) vos professionis viro in disciplinis non infeliciter versato, quantum ex primo congressu conijcere potui. Eos inquam codices quum graui dolore deplora-|rem malum aliquem & Musis omnibus inauspicatum genium supprimere, il-|lúmque auctorem tam grauem iniquè studiosorum vsibus inuidere vnà cum annotationibus scriptis, continuò tua Humanitas ingenti certè affectu mihi il-|lorum inspectionem non tantùm permit-|tendam esse censuit, verùm etiam paullò pòst, quatuor codices antiquissimos ad nos Brugas admodùm studiosè deferri curauit communicauítque, ea lege si quid in illis offenderem doctis hominibus di-| gnum, vt idipsum situ, squalore, & pul-|ueribus detersum tineis eriperem, euul-|gatúmq; manibus eruditorum contrecta|ri vellem. Quod profectò negotium tua, Præsul humanissime, & studiosorum gra-|tia etsi non gra uatim susciperem, vt eti-|am aliqua ex parte rempublicam littera-|riam iuuare possem, tamen quum in illis scriptis nihil nisi crassi barbarismi & solœ-|cismi insolentiores occurrerent legenti || (p. 5) mihi, de remitten-
mihi
dis illis codicibus apud me cogitare cœpi, quoniam contentio-|ne maiore, & animi iudicio acriore in il-|lis castigandis opus esse deprehenderem: adeò vt non iniuria Petrum Nanni-|um virum in primis eruditum, dixerim deterritum, præsertim ætate iam ingra-|uescente, ab editione Acronis, quam in suis miscellaneis ex eisdem codicibus, aliquādo pollicitus est Horatij studiosis. Rursus quum formidarem ne nimis oti-|osè mea neglecta functione litteraria, in communem reprehensionem inciderē, déque meo capite futura comitia vere-|rer, propter eum quem sæpe doleo men-|tis stuporem innasci animis hominum, honesti fuga laboris, cum vehemēti qua-|dam abominandáque corporis καχεξίᾳ, omitto tuam auctoritatem, quæ mihi lō-|gè difficiliora imperare potest: nolui di-|gnissime Præsul, vel maximo nominis mei periculo, tuæ petitioni refragari, vt, si nō alia ratione, saltem hoc grati animi be|neficio vestram in honesta studia propen-|sionem, & testarer posteris, & immortali-|tati consecrarem.

Interim illud a te pe-||(p. 6)tam, &, si pateris, orabo vt tuus ille nobi-|lis
tam
& verè magnus animus erga litteras litteratósque omneis propensissimus, qui mihi ad hos labores auctor fuit, etiam patrocinio atque protectioni esse non re-|cuset, contra eos potissimùm quibus ho-|nesti conatus & liberales semper sunt odio. Accipe itaque Præsul nobilissime hūc ingenij nostri primum fœtum, eúm-|que, pro candore animi tui, boni consule tanquam arrhabonem perpetui erga te officij & obseruationis. Vale littera-|rum Mecænas præclariss. Brugis Flan-|drorum. XI. kal. Aprileis Anno ꝺƀ. Iƀ. LXV.

p. 7. IACOB. CRVQVIVS | MESSINIVS LECTO-|RI CANDIDO.

... Tandem quum ad librum hunc quartum oda-|rum peruentum esset, ecce, tunc commodum codices quaternos bene vetustos & manuscri-|ptos fato quodam, bonoque & felici genio, at-|que ad eam rem quam parabam accommoda-|tissimos, ex Bibliotheca Blandinia Gaudaui sum || (p. 8) consequutus ... Hæc enim vul-|gata exstat lectio in codici-
conse-
bus impressis:

Tibi telas, operosæque Mineruæ,
Studium aufert Neobule Liparæi nitor Hebri.
Eques ipso melior Bellerophonte,
Neque pugno, neque segni pede victus,
Simul vnctos Tyberinus humeros lauit in vndis.

Quam sic restitui ex manuscriptis,

Tibi telas, operosæque Mineruæ
Studium, aufert Neobulæ Liparei nitor Hebri,
Simul vnctos Tyberinus humeros la= ||
uit in
(p. 9) *uit in undis, eques ipso melior Bel=*
lerophonte, neq̃ pugno, neq̃ segni pede victus.

Qui versus iam olim me solicitum tenuere. pro-|pterea quod in metris Despauterianis aliquādo legi, La-uit. Bel-lerophonte diuisim scandi, contra vulgata exemplaria, deinde quòd nō dif-|ficulter vidi in trāspositione versuū quod displi-|ceret. Verùm non antè fui ausus illis violentas ac iterum medicas adhibere manus, quàm ad meam sententiam confirmandam Codicibus antiquis manuscriptis adiuuarer, vbi me non alienis soleis, vt fertur, vsum, testari & Codices & viri poterunt doctissimi. Equidem fateor Codices Horatianos lectionem versuum satis continere integram: at annotationes idem pro-|fiteor ita mutilas, truncas, monstrosásque, vt neque pes neque caput vni reddatur formæ. Quod sanè ego non aliunde factum deprehē-|di facilè, quàm quòd barbarissimo eo sæculo, quo talia scripta sunt, rudes omnino, & ab o-|mni humanitate alieni Doctores exstiterint, qui suis discipulis, quò plus sapere scilicet vide-|rentur, aliena quæ inuenerunr (*sic*) purè, latinè, & doctè scripta, pro suis ineptè, indoctè, barbarè commutata, ne dicam peruersa prorsus, atque labefactata, asini nimirum suis asellis tribulos proponebant: quòd, quæ eruditiora paulló-|que elegantiora essent a suis auditoribus intel-|ligi non facilè posse, nec eius sæculi palatis la-|ctucas conuenire pro comperto haberēt, quip- || (p. 10) pe quas & fastidirent ipsi, & fenum potius
pe qua
car-|duósque, quàm mollia gramina, mitiáque & dona cerealia mallent.

Nec est quòd hac in re quisquam sibi persuadeat, me veteris alicuius ægroti somnia referre, aut ea dicere, quæ parum sint veritati consentanea. nanque in annotatio-|nibus trium illorum codicum quos Blandinios suprà dixi, sæpenumero trium commentariorū ternas sententias deprehendi mutilas, truncas, inuersas, deprauatas, quas hac apposita parti-|cula, Aliter, consignatas offendi, vt plerunque ex tribus codicibus, tres dictiones in vnam sen-|tentiam cogere diuisas mihi fuerit necesse. Quam ob rem nequeo satis demirari, atq; adeò detestari illius inscitiam ne dicam an impuden-|tiam nescio, quisquis fuerit, qui primus hæc scripta, nullo delectu coaceruata, in publicum dari curauerit, nisi vel cupiditate vanæ alicuius gloriæ, quam profectò præstitisset melioribus augurijs auspicari, vel in gratiam fortassis auari alicuius Typographi, festinarit cæcos hos ede-|re catulos. Atqui vt hoc donem Typographo, quis eam opinionem non explodat exsibilétq; ac propemodum tota Anticyra dignam iudicet, qua hactenus vel a viris doctissimis, nescio profectò quibus præstigijs, creditum est, hanc craben[1]) prius quidem Acroni, postea verò, quasi ex eodem lebete recoctam, Porphyrioni propinandam esse, nisi *ψωραγριῶν*, infecto planè, atque insipido palato aliquis. ...

(p. 12) ... Ceterùm te commonitum volui amice lector, mihi cum antiqua inscriptione omnino non cō-|uenire, quia nota magis nulli domus est sua, quàm mihi exploratum est ea quę hactenus edi-|ta sunt, neque Acronis esse, neque Porphyrio-|nis, sed subrepta ex his, corruptáque, cuius rei testes oculatos habeo viros eruditos non pau- ‖ (p. 13) cos. cos. Porrò labores alienos auctori asscribere nō suo, neque consilium in se, vt inquit ille, ne-|que modum habet vllum. Prætereo barbariem insulsam, interpolatam descriptionem, aliena multa a doctis auribus, & inepta vocabula plu-|rima, quæ gloriæ & existimationi tantorum vi-|rorum parùm commodè tribui possunt. Postre-|mò, quàm sunt multa, proh dolor, in Acronianis illis commētarijs, Porphyrianísque, passim a vi-|ris peritis asteriscis notata, obelis confossa, li-|turis deleta, denique cancellata atque erasa? vt certo certius credam, si detur illis aliquando ad nos ab inferis redire, neminem cōmentatorum illorum pro suis hæc agniturum. Quare vt in commune omnibus commentatoribus consule-|rem, quos tres inuenio in vita Horatij 'manuscri|pta, Porphyrionem, Helenium[2]), Acronem, & Iulium Modestum, hoc Commentatoris voca-|bulum his annotationibus proprium feci, pro-|pterea quòd annotationes essent asscriptæ mar-|gini in quatuor codicibus Blandinijs sine alicu-|ius auctoris nomine, qua gratia non parua su-|spicione moueor, vt iudicem has ex varijs com-|mentatorum dictis & sententijs esse sartas, quæ nisi habito meliori exemplari distingui non po-|terunt aut secerni. Vale.

Q. HORATII FLACCI

CARMINVM LIBER QVARTVS.

10. p. 19. *Purpureis ales.* hic locus diu mul-|túmque mihi molestus fuit. Primùm lectionē hanc seruandam omnino non dubitaui, & com-

---

1) cramben *corr. p.* 144 2) , *del. p.* 144.

mentatorem nostrum satis appositè interpreta-|ri, præsertim omnibus antiquis codicibus ma-|nuscriptis in hoc consentientibus. Rursum quandoquidem nihil sit a sensibus magis alie-|num, quàm cygnum dicere purpureum, deinde quùm sit absurdum dicere illud ignorauisse Horatium in naturis rerum perspicendis [1]) saga-|cissimum; principiò legi, furfureis, quamproximè accedens ad hanc purpureis: sed quia fur-|fures nō omnes sunt eiusdem generis, euolui eos auctores qui de naturis rerum, quíque de animalibus & regionibus varijs scripserūt, nun-|qua regio aleret ita cygnos purpureos, aut, si ma|uis, nigros, sicut certò cognouimus coruos inue|niri albos: interea temporis dum hæc mecū co-|gito, ad nos deferuntur Dionysij Lambini in Ho|ratium cōmentaria, quę quum studiosè & auidè legerē, persuasus hunc locum nō magis subter-|fugere posse virū illum & doctissimū & in Ho-|ratio versatissimū, quā multa alia, quæ deprehē-|derā castigatissima, tādē offendi pro, purpureis, ‖ (p. 20) repositum, marmoreis, repositum nec id ineptè, nec sine approbatione, vt ait, doctorum virorum. Atqui quòd priores syllabæ marmor [2]) nimis abcederent a purpur, quàm vt librarium culpandum ducerem, non potuit mihi probari tam e lon|-ginquo petita mutatio: Quid multis? magnis [3]) tandem laboribus hoc assequutus sum, Pli-|nium in naturali historia scribere, Cythera, olim Porphyrim nominatam fuisse: continuò in Mela eandem sententiam cùm inuenirem [4]), sine vllo scrupulo eam dictionem, purpureis, vt genuinam & Horatianā in sua sede statueudam (*sic*) putaui, tantisper dum illa cogeretur alij suum locum concedere: quod profectò nemo mihi facilè persuaserit futurum nisi velimus Horati-|um vel ignorasse purpuram, vel nescisse olores esse candidos. Non eo inficias illius loco re-|poni licere Porphyreis, vicinitatémque littera-|rum inter Porphyra, & purpura, non difficulter errori patrocinium inuenturam, sed reclaman-|tibus vel antiquissimis codicibus, nolui in ve-|nerandam antiquitatem sæuire temerè: quis enim, non ad colorem purpureum, sed ad insu-|lam Porphyrim Veneri sacram, non videat allu-|sisse poëtam? vt purpurei olores sint Cytheræi, hoc est Veneri sacri.

11. p. 20. *Comis=* ‖ (p. 21) *sabere.* ita habent tres codices manu- *sabere.* scripti Blā-|dinij, non comessabere, vt habent vulgares editiones

20. p. 21. *Ci-|trea.* ita habēt duo codices Blandinij antiquissi-|mi, ex quibus hanc dictionē reposui. qua in di-|ctione, Cypria, hîc nunquam mihi feci satis, ... (p. 22) ... donec deprehenderem in duobus codici-|bus Citrea, & in tertio non sine lituris Cyprea: deinde opitulata mihi est annotatio licet barba-|ra ac ferè vetustate deleta. Trabem verò, inquit, Cithream, per aspirationis notam, aut pro dif-|ficili, aut nobili posuit, aut pro amœnitate Ve-|neris odoratam, vt ædificantis diuitias ostenta-|ret. sed quæ diuitiæ in Cypro-? quis odor me-|morabilis aut in caudice aut ramis? quis vsus illius in sacris?

---

1) perspiciendis 1578 p. 214ª 2) marmar *corr. p.* 144 3) magnis — assequutus] Hoc assecutus 1578. nominatam fuisse continuò] nominatam: protinus 1578 4) sine — hoc] reuersus ad Bland. codices quod antea non obseruaram, vidi in τὸ purpur, apertas maculas τοῦ porphy. quare sine vllo scrupulo τὸ porphyreis, vt genuinam & Horatianam dictionem in sua sede statuendam putaui, allusione ad insulam Porphyrim Veneri sacram, vt sint porphyrei olores, id 1578.

22. p. 24. *Lyráque & Berecynthia* [1]). sic habet codex Blandinius antiquissimus.

IIII 2, 3. p. 32. *Nititur pennis.* tres codices manu-|scripti Bland. hîc habent, & vbique in alijs odis, pinnis, pro pennis.

6. *Quum super notas saliere ripas* [2]). hanc lectionem habet codex Blandinius vetu-|stissimus: quam ego, vt veram & apertam, o-|omnino iudicaui non esse mutandam, etiam si reclamet adnotatio scripta, sed non sine lituris: nam hoc modo cessat ordo vocum perturbatior inter prouocabulum et id quod ante cedit in an-|tiqua lectione, puta, *Monte decurrens velut am-|nis imbres quem super notas aluere ripas.* Deinde verbum Salio, aptè in hac lectione quadrat amni decurrenti cum impetu imbrium suas ri-|pas egredientium.

7. *feruet.* vnus codex hîc habet feruit, antiquo more.

23. p. 35. *Educit.* extollit: sic scriptũ inue-|ni in vno codice antiquissimo cōtra vulgatā edi-|tionē *deducit,* non aptam etiā teste Lambino.

36. p. 36. *Sygambros.* hanc lectionem antiquā mutare nolui, quòd sibi consonarent codices Blandinij tres, tùm quòd ex ea, ut genuina, nihil vidi suboriri posse vel difficultatis, vel obscu-|ritatis, propter litterarum G & C inter se con-|sensum:

49. p. 37. *Téque dum procedis.* sic legitur in tribus codicibus Bland. Deinde (50) hunc versum, *Non semel dicemus Io triumphe,* habet vnus codex huic præpositum *Téque dum pro-* || (p. 38) *cedis.* verùm quod *cedis.* locus non careret multis litu|ris & notulis, seruaui cõmunem lectionē, quia dilucidior videretur, & minus perturbata.

IIII 3, 14. p. 41. *Suboles.* sic inueni in tribus co-|dicibus Blandinijs, idq́ue ex sententia Festi re-|ctius,

IIII 4, 6. p. 52. *Porpulit.* [3]) sic scriptum in-|ueni in duobus codicibus Bland. cui lectioni subscribit Lamb. ex veterib. codicib.

22. p. 53. *Nec scire fas est omnia.* in duobus codicibus Bland. legitur *Nescire fas & c.*

42. p. 55 (*corr.* 54). *Afer vt Italas.* hæc lectio satis placet, si, vt, interpretemur, postquam: & equitauit, pro, equitauerat: verùm quia in vno codice inueni hanc lectionem, quam videtur Glareanus reij- || (p. 56 cere: (*lege* 55)) cere: *Dirus per vrbeis Afer it Italas, &c.* deinde supra verbum, it, notatum, statim fugit; po-|stremò, hanc adnotationem, *post cladem fratris fugam describit Annibalis:* libuit hic sciscitari le-|ctoris opinionem: num hic ordo & sententia multum absint a re præsenti: puta, ille dies pul-|cher, tenebris fugatis Latio, qui primus risit propter adeptam victoriam, testis est &c.

48. *Fana deos habuere rectos.* hîc in antiquissimo codice Bland. ex vsu frequenti litteris propemodum deletis, coniectura vix assequutus

---

1) *Berecyntia* 1578 p. 215ª. 2) *quem super notas.* In euulgatis ante annos decem adnotationibus, censui legendum ex Blandinio cod. vetustiss. *Cùm super notas saliere ripas;* & per tmesin ordinandum hoc modo, Cùm imbres, id est, aquæ pluuiæ super saliere notas ripas, id'que ad euitandum vocum ordinem perturbatiorem: verùm quia video doctis hoc velut minus proprium non placere, Commentatorémque sequi aliam lectionem, non grauatim mutaui sententiam. 1578 p. 217ᵇ. 3) propulit *corr. p.* 144.

sum hæc verba: *ex inuersis, quorum templa violata sunt in Italia a Poenis, exinde recti es-|se cœpere Dij Romani:* ...(p. 56) ... Quòd autem Commentator, rectum, interpretetur, propitium, non memini me legisse:

65. *Merses.* duo codices Bland. ‖ (p. 57) habent *mersus,* hăbent

73. *Perficiunt.* sic habet codex an-|tiquiss. Bland. quem ceteris probatiorem iudi-|co,

76. *Per acuta belli.* idem codex hîc habet, peracuta, vnica dictione composita:

IIII 5, 7. p. 63 (*loco* 62). *Gratior it dies.* vnus codex Bland. habet, *Gratior & dies* ... Idem codex hîc habet, *effulsit:* alij duo *adfulsit.*

12. *Distinet a domo.* ita scribitur in tribus codicibus Bland. rectius meo iudicio quàm detinet;

14. *Littore demouet.* tres codices habent *Dimouet.*

34. p. 64 (*loco* 63). *Defuso pateris.* sic codex antiquissimus habet: alij duo se-|quuntur vulgatā lectionē.

IIII 6, 11. p. 70. *In puluere.* hanc præpositionem *in* reperi in duobus codicibus Bland. quam arbitror non o-|mittendam.

21. p. 72. *Ni tuis victus Venerísque.* codex antiquissimus Bland. habet, *flexus.*

28. p. 73. *Leuis.* imberbis. Ti-|bullus, Solis æterna est Phœbo Bacchóque iuuen|ta; nam decet intonsus crinis vtrumque Deum. Codex Bland. antiquiss.[1]) habet, *Lætus Agyieu.*[2])

31—32. p. 74. *Claris patribus.* claris, positîuus pro clarissimis positus est: sicut inueni in annotatio-|nibus manuscriptis.

IIII 7, 13. p. 80. *Damna tamen.* hîc aduertat lector, quantum ei debeamus, qui ex an-|notationibus scriptis, ijsq́ue barbaris, nobis pro vero Acrone obtrusit iam olim vulgata commen-|taria, qui videre non potuit, quæ quibus essent reddenda. nam hanc annotationem Commenta-|toris, *Quia conditionem mortalitatis temporibus anni comparauit,* &c. apposuit his verbis odes præcedē-|tis, *Celerémque pronos voluere menseis.* quod illi[3]) ma- ‖ (p. 81) nifestum erit, si vulgata Acronis commentaria euoluat: nō nifestum illum dico easdem annotationes non intellexisse.

15. p. 81. *Quò pius Æneas.* Codex Bland. antiquiss. habet *Quò pater Æneas.*

17. *Summæ.* habet idem codex *Vitæ.* atqui communis lectio magis placet metaphoricōs a numero & calculis.

19—20. p. 82. *Amico quæ dederis animo.* verba Commenta-|toris hîc satis apertè ostendunt *Dare amico animo* esse indulgere genio, & hilariter viuere.

IIII 8, 1. p. 87. Hanc lectionem Horatianam, scilicet *Commodus,* & non *Commodis,* vt vulgò legitur, docet Lambinus esse veram multis exemplis. sic etiam habent tres codices Blandinij.

---

1) antiq. 1578 p. 229ª. 2) Agylleu. olim cum viris doctissimis pro Agylleus, scripsi Agyieus, contra consensum omniū scriptorum codicū ... (229ᵇ) ... Cōmentator autē tam in contextu quā enarratione potius Acronē & Porphyr. vulgatos quàm antiqua scripta sequitur quæ in contextu omnia consonant, sed in annotationibus, Blādinij habent, Agylleus, id est, villanus, quia in villis & vicis Apollo responsa dabat. 1578
3) cuiuis *corr. p.* 144

8. p. 89. *Sollers.* peritus, in omni re prudens, ait Festus: seu integer, totus in arte, a Sollo verbo Osco. sic habent tres codices Bland.

9. *Non tibi talium.* codex antiquiſs.[1]) habet, *Nec tibi ta=|lium.*

12. *Et pre=|tium dicere muneri.* ab hac lectione ut discedam, ni-|hil esse video quod vehementer vrget, consenti-|entibus potissimū tribus codicibus Bland.

20. p. 90. *Quàm Calabræ Pierides.* habent hîc Commentaria excusa tum Porphyrionis nomine, hæc verba: Sua vult intel-|li[2]) carmina, quia in vrbe Venusina natus est, quæ est in Calabria. (quàm aptus est hic impostor! quasi velit ab Horatio descriptam esse Africani Maioris vitam) tum Acronis, qui Ennium scribit oriundum de Rhudino seu Rhodino oppido Ca-|labriæ. Neutram annotationem comperi in codi-|cibus manuscriptis.

IIII 9, 13—14. p. 98. *Arsit crineis comtos.* adnotationes antiquissimæ hîc ha- ‖ (p. 99) bent, *Arsit crineis,* pro in crineis.
bent.

Ilios & Ilion Troia nominatur, vt habet cōmentator.

26. *Inlacrymabiles.* hîc seruaui antiquā scripturā.

39. *Consulq́; nō vnius anni.* hîc[3]) locus in annotationibus Bland. citra vllū scrupulū nobis argumēto est ea neq; Porphyrionis esse neq Acronis quæ hacte-|nus a doctis pro talibus habētur. sic enim scriptū inueni.[4]) *Acron interpretatur modò Consul est Lollius.* ex quo fragmēto sententiæ facile est conijcere Acro-|nis cōmentaria ab inepto aliquo doctore lecta es-|se, qui scribat Lolliū tunc temporis fuisse Consu-|lem cum Q. Lepido quum hanc oden scriberet Horatius, anno scilicet ab vrbe cond. 733. ante mortem Horatij annos circiter quatuordecim: vt hæc sit sententia, Animus tuus, ô Lolli, Cōsul est nō huius anni tantùm: sed quoties &c. vult enim Acron subintelligi *modò. sed quoties.*

52. p. 100. *Timidus perire.* ita habet codex antiquissimus. Alij duo habent, *timidus peribit.*

IIII 10, 6 p. 101. *Te speculo.* duo codices Blandinij habent *In speculo.*

IIII 12. p. 118. *In=|felix auis.* Commentator hic sequutus est communem opinionem: sed in manuscripto codice ‖ (p. 119) Bland. vetu-
Bland.
stissimo ex characterum frustulis comperi Prognen quidem in Lusciniam, Philo-|melam verò in hirundinem transformatam, eāq́; hîc dici infelicem auem, tum propter stuprum & linguam abscissam, tum quòd suo consilio & opera Itys esset interfectus.

23. p. 123. *Tinguere.* sic habet codex Bland. antiquissimus.

IIII 13, 14. p. 128. *Nec cari lapides.* hanc lectionem cur non mutarim, fecit codex an-|tiquissimus, & interpretatio annotata, scilicet *pretiosi:* sed duo alij cod. habent *Clari.*

IIII 14, 5. p. 135. *O qua sol habitabilis.* exclamatio parę-|netica, continens per enumerationē res fere o-|mneis ab Augusto, & illius auctorirate (*sic*) gestas. hîc ego lectionem Græcā in Commentatore restitui quo ad eius fieri potuit ex characteribus latinis, aut potius Gothicis, adeo numeris erāt similes:

---

1) antiq. 1578 p. 233b   2) intelligi 1578   3) hic *corr. p.* 144
4) , *corr. p.* 144

10. *Genaunos.* sic scriptū inueni in trib. codicibus Bland. sine vlla litura aut macula, quos vix dubito esse Velaunos ... In Annotationi-|bus vnius cod. vidi *Cenaunos.* vicinitate certè lit-|terarum G & C.

11. p. 136. *Breunósque.* sic scribitur in tribus codicibus Bland. quos sequutus sum,

26. p. 137. *Præfluit.* sic ode tertia huius lib. *Præfluunt.* in tribus cod. Bland. quos sequutus sum contra vulgarem lectionem:

28. *Meditatur.* tres codices habent *Minitatur:* sed quia annotatio scripta ha-|bet *Meditatur,* nolui ab ea discedere, quòd existi-|mem illam esse veri interpretis, etiamsi hæc ver-|ba ab inepto adiecta sint, *melius dixisset facit quàm meditatur*, quæ lectio est in vulgatis codicibus Porphyrionis.

IIII 15. p. 142. *PHOEBVS volentem.* Hæc Ode inueni-|tur in codic. manuscrip. adhærere præ|cedenti indiuisa; ea fortasse de caûssa, quòd eisdem numeris & modis esset descripta, & esset eiusdē argumēti.

7. *Derepta.* sic habent duo codices: tertius autem *Direpta,* sed per lituram.

10. p. 143. *Euaganti.* hæc lectio est trium codic. Bland.

11. *Emouitq;* *culpas.* duo codices sic scri-|ptum habent, in tertio legitur *Dimouit:* sed prio-|ri respondent annotationes.

15. *Ad ortum.* vnus codex habet *ad ortus.*

18. *Aut vis eximet.* duo codices cōsentiunt lectioni vulgari, quos se-|quutus sum, ... tertius autē codex, vnde sumta videtur Porphyrionis lectio *exigit*, mē|dosè habet *exegit.*

22. *Edicta rūpent Iulia.* annotationes scriptæ habent in trib. cod. Quia legē de adulterijs sanxit Augustus.

Q. HORATII | FLACCI EPODON | LIBER, | Ex antiquissimis septem codicibus manuscriptis, | cum commentarijs antiquis emendatus & | editus opera IACOBI CRVQVII Messi-|nij, apud Brugenseis politioris litteraturæ | professoris publici. | *Eiusdem in eundem adnotationes.* | ANTVERPIAE, | Ex officina Christophori Plantini, | M. D. LXVII. | CVM PRIVILEGIO.

Q. HORATII FLACCI | EPODON LIBER.

p. 16. IAC. CRVQVIVS.

De inscriptione libri ἐπῳδῶν.

p. 18. ... ego certè hoc argumento statim subscripserim illis, qui hūc inscriptum vidisse se aiunt, Librum quintum odarum, ne Horatium aliquando alium à se fuisse fatendum sit. Quod certè nullis ratio-nibus mihi vnquam quisquam persuaserit reipsa li-|brum hunc ita esse inscribendum: nam huic opinioni obluctantur codices quatuor Bland. antiquissimi, vnà cum duobus codicibus Buslidianis & Carrionis cod. in quibus odas quatuor librorum inuenimus digestas per suas classes, quantum ad argumenti rationem per-|tinet: nam aliæ dicuntur Eroticæ, aliæ Encomiasticæ, aliæ Paraneticæ, &c. vt luce clarius sit, illas ita ordinas-|se viros doctissimos, primos illos commentatores, cer- || (p. 19) toque iudicio
toque
odas ab odis segregasse. Atqui tamen non legimus in his classibus aliqua huius libri carmi-|na, aut contineri, aut illis annumerari: quod profecto ab illis viris factum fuisset, si, cùm illi rei operam da-|rent, aut odarum nomen in hoc libro agnouissent, aut de epodis non rectius, quàm nos, sensissent; vt omit-|tam aliqua huius libri carmina, in iam dictis codici-|bus inueniri neutro, vel ᾠδῶν vel ἐπῳδῶν insignita no-| mine, sed proprijs suis epigraphis separata, quod in li-|bri ipsius expositione demonstrabimus. Porrò si quis dicat has rationes, magnam quidem veri in sese ha-|bere similitudinem, sed neminem eò cogere, vt à sua sententia discedat: huic nos opposuerimus argumen-|tum aliud, tam validum, vt non sententijs omnium modò, sed & studijs hoc confidamus iri cōprobatum: tanta est illius & tam veneranda antiquitas. has enim inscriptiones antiquissimas in codicibus Blandinijs & Buslidiano vno inuenimus, quas ex fragmentis, hinc litterarum, illinc dictionum inter se tandem ma-|gna cura connexarum erutas, hic adscripsimus. Ni-|mirum, *Ad Pettium.* (sic habent quatuor codices Bland. & Busl. non *Pectium,* vt passim legitur,) *de Ina-|chia quam diligebat, Epodos elegiambica siue elegoiam-|bica.* Rursum, *In Gratidiam mulierem fœdam ac libidi-|nosam, Epodos Heroica.* Postremo, *Ad amicos Comicos, Epodos Iambelega.* Quæ

sanè verba ita antiqua sunt, vt arbitrer deinceps futurū neminem, à quo in dubium vocari possit, Epodos ne Horatiana ad formam Epo-|di Pindaricæ exigenda sit, potiùs quàm ad descripti-|onem Diomedis grammatici doctissimi. Itaque nihil vetabit, quin hinc reiectis odarum numeris, in ius suum ἐπῳδοὺς restituamus, inque suam || (p. 12 *corrige* 20) auitam
auitam
possessionem reuerti iubeamus, vnde olim à barbaris hominibus, pręter ius & æquum, eiectæ tur-|piter, exterminatæque fuere, atque inscribamus hoc modo, *Ad Mæcenatem Epodos Iambica, &c.* Quod in singulis epodis facturi sumus non sine certis aliis in commentatore indiciis, nostrum hoc argumentū con-|firmantibus.

(1578. p. 251ª. ... nec ea profectò in re tantoperè laborassem, nisi nos eò rapuissent Blădinij codices, partim propter Oda-|rum nomen ad ἐπωδοὺς ferè singulas in iis omis-|sum, qua gratia censui non Odas, sed Epodous e-|pigraphe propria sigillatim non temerè nomi-|nandas, partim nos impulerūt ad id inscriptiones in iisdem scriptis quædam priùs non lectæ, nimi-|rum, Ad Pettiū Epodos Elegiambica seu Elego-|iambica. Rursum ad Canidiam libidinosam Epo-|dos heroica. postremò, ad amicos Comicos Epo-|dos Iambelega. Ad Inachiā meretricem senarius Epicus, Quadrat' Dactylicus Epodicus. Ad Neę-|ram senarius Epicus, Iambicus binarius Epodi-|cus, &c.)

p. 23. *Non vt adsit.* Ita habent tres codices Blăd. & *vt* interpretatur *si.* Quartus habet, *Non vti sit auxili. vti.* id est, quo.

8. *Luca-|na mutet pascua.* non mutaui vulgarem lectionem, etiamsi omnes codices Blandin. habeant *Pascuis.*

epod. **2,** 5—6. p. 34. *Neque.* hic codices Bland. bis habent, neque;

18. *Autumnus ar-|uis extulit.* cod. quatuor habent, *Autumnus agris extulit.*

20. *Certantem & vuam purpuræ.* ijdem codices ha-|| (p. 35) bent
bent
purpura.

23. *libet iacere modò sub antiqua ilice.* hic secta est hæc Epodos in duobus codicibus Bland. & Buslidiano vno, his verbis: Introducit fœneratorem laudantem vitam quietam, sed tamen propositum non deserentem: quasi alia sit hæc Epodos à priori.

25. *Labuntur altis interim ripis aquæ.* codex antiquissimus habet *riuis.*

69. p. 36. *Om-|nem redegit idibus pecuniam.* sic habent quatuor codi-|ces Blan. & Buslidiani duo cum Carrionis codice, non *etiam relegit.*

epod. **3,** 3. p. 40. *Edit cicutis.* sic habent quatuor codices contra vulgarē lectionē.

21. p. 41. *Sauio.* Sic legitur in scriptis codibus [1]), non suauio:

epod. **5,** 1. p. 59. *Quicquid regit.* sic habent Bland. codices. (3). *Et quid o-|mnium*, non, *aut quid omnium*, vt habent impressi libri.

21. p. 60. *Iolchos,* || (61) non Colchos, vt habent libri impressi ferè
non
omneis con-|tra codices manuscript. Bladinios [2]) 4. atque ita legit Lambinus ex codicibus scriptis.

37. p. 62. *Exsecta.* in hac dictione consentiunt cod. Blandini [3]),

---

1) codicibus 1578 p. 259ª 2) Blădinios 1578 p. 265ᵇ 3) *corr.* Blandinij p. 172

verùm in annotationibus scriptum est, ex-|tracta, quod mihi videtur magis quadrare: ... Lambinus admonitus à Gulielmo Faerno legit exsucta, cui subscribit codex Carrion.[1]) manuscriptus cum adnotatione codicum Blandiniorum suprà dicta. habet enim exucta id est, extracta.

46. p. 63. *Deripit.* sic habent codices Bland. non vt vulgo diri-|pit:

55. p. 64. *formidolosæ.* sic scriptum est in 4. cod. Bland. cum annotatione hac, propter horrorem noctis & ferarum: sed quod parum interesset, & aliam annotationem inuenirem, nolui mutare communē lectionem.

58. Quod autem Subura per vnicum r, scribi debeat, & non Suburra; argumēto nobis sunt omnes antiqui codices manuscripti, idipsum etiam contestante Lambino.

Laborarunt. anti-|quissimus Codex habet *Laborarint.*

Superbam. sic offendi in 4. codicibus Blād. cōtra vulgatam lectionem, superba.

100. p. 67. *Esquilinæ alites.* ita reperi in quatuor cod. Blandi-| nijs; non Esquiliniæ,

epod. **6.** p. 68. *In Cassium Seuerum Iambica | Epodos. 6.*

p. 70. In inscriptione huius epodi tres codices Blandinij consentiunt, quartus sequitur vulgatam lectionem.

p. 71. *Quin huc inaneis, si potes, verte minas.* hanc lectionem habet codex antiquissimus, & codex Carrion. ... hāc etiam lectio-|nem reliqui tres codices Blandin. in annotationibus[2]) agnoscunt, nam vertis pro conuerte, & petis pro impe-|te positum est, inquiunt.

5. *Fuluus Lacon.* duo codic. Blan. habent Laco.

14. *Bupalo.* non autem Bubalo, habent quatuor cod. & Carrion. cum Busli-|diano.

epod. **9,** 17. p. 89. *At huc verterunt.* hæc verba habet co-|dex Carrio. & vnus codex Bland. manuscriptus expres-|sè: alij tres habent, At hunc: alias[3]), At huc. quam notam sequutus sum tanquam magis appositam atque con-|sentientem scriptis annotationibus.

20. *Cita.* duo co|dices habent Sitæ, id est, ad sinistram partē motæ; nam Antonius qui cum suis ab Aegypto venerat, sic naueis suas locauerat, vt facilis pateret fuga. Verùm ego prio-|rem lectionem seruaui, quòd altera non careret litura.

epod. **10,** 7. p. 98. *Quantus.* vnus cod. Blandinius hic habet qualis, sed alia lectio magis conuenit, propter Aquilo-|nis densitatem, qua altas æquet humo turres, tectaque rapta ferat:

19. *Ionius vdo cùm remugiens sinu Notus.* codices Blandinij in hac lectione consonant, quæ mihi probatior videtur quàm vulgata,

epod. **11,** 1. p. 104. PETTI *nihil me.* tametsi parùm intersit, Petti ne, an Pecti, legamus; seruaui tamen Petti, gemino t. propter antiquitatem codicum Blandiniorum & annotationes carminibus ascriptas. *Sicut antea.* an dicat Horatius se non solito more versiculos scripturum, propter decem epodos præcedenteis, quæ omneis æquali filo decur-| runt, quum hæc epodos non vna & simplex, sed mixta sit ex pentemimeri Heroica, & Iambico dimetro?[4])

·i· abstracta

1) exucta *cod. Carr.* 2) inanes ... uerte *cod. Carr.* 3) *corr.* ad hunc aliàs. *p.* 172 4) *add.* 1578 *p.* 280[a]: συναρ-|τητῶς, vt in omnibus

4. *Pueris aut in puellis vrere.* vnus codex Bland. hic habet. *& in puellis,*

11. p. 105. *Contrá ne lucrum.* hic sequutus sum codices Blan-| dinios & annotationes manu sine vlla litura aut macu-|la scriptas contra vulgatam lectionem, quam non im-|probo, puta, Contraque lucrum &c.

epod. **12.** p. 112. QVID *tibi vis mulier &c.* In vno cod. Blandinio, hanc inueni inscriptionem. Ad Canidiam meretricem, primus senarius epicus, secūdus quadratus dactylicus epodicus qui est clausu-|laris, dictus ab Epod. [1]) auctore.

barris habent tres codic. Blandinij, quartus autem habet, bar is, ubi lituræ spatium inter duas illas syllabas, bar is, maius erat, quàm pro vna li-|terula r. Quod mihi in caussa fuit, vt commonerem le-|ctorem, legendum ne esset Bardis, potiùs quam barris, id est, elephantis . . . [2])

3. p. 113. *Nec firmo iuueni neque naris obesæ.* In hac lectione non dissentiunt versus scripti, sed in annotationibus habetur, non firmo iuueni neque &c. obesæ.

22. *Cui properabantur?* vnus cod. Bland. hic habet, *Cui properabuntur?* in futuro pro-||(114)missiuo,
missiuo

epod. **13.** [3])

18. p. 118. *Deformis ægrimoniæ dulcibus allo-|quijs.* ita habent quatuor cod. Bland. sine vlla copula: ... Quod autem Commentator habet dulcibus alloquijs, id est, familiarium sermonibus, &c. || (119) non
non
dubito illud esse supposititium: ipsa tamen verba omittere non potui, quia in tribus cod. sine vlla macula illa adscripta inueni. Sed in quarto cod. ad marginem quidem, hoc scriptum erat, Lætifica te, & mœstitiā ob-|liuiscere vino atque cantu, vt vides in Commentatore: verùm supra hæc verba, dulcibus alloquijs, notata fuit hæc vox, sociorum.

epod. **15,** 17. p. 126. *Et tu quicunq; es.* vulgata editio habet *At tu quicunque es,* quam sequun-||(p.127)tur omneis. At quatuor cod. Blan-
tur om-
dinij habēt, *Et tu &c.* quos sequutus sum,

23. *Eheu translatos.* tres codices Blandin. habent, heu, heu: 4. autem eheu.

epod. **16,** 8. p. 139. *Abominatus.* vnus cod. Bland. hic habet, *abominandus.* sed alterum mihi magis conuenire videtur.

14. *Videri,* ita ha-|bent quatuor codices Bland. cum annotationibus, & Buslidianus cum Carr. codic.

17. *sententia Phocæorum* [4]). hoc modo habent expresse tres codices Bland. cum Buslidia. nimirum vel per *διαίρεσιν διφθόγγου,* || (p. 140) vel à nomine *φοκαεύς.* vel à

21. *ferent.* Hanc lectionem 4. codicum & Carr. seruaui, quia illi respondet in tempore *vocabit.*

---

scriptis libris, vel *διαρτητῶς,* vt à paucis hinc annis viri quidam doctissimi?

1) Epo. *corr. p.* 172 2) *om.* 1578 *p.* 282[b] 3) 2. *niueísque deducunt.* hic versus in omnibus li-|bris scriptis *συναρτητῶς* legitur, sed ab hinc annis aliquot viri doctissimi *διαρτητῶς,* id est, diuisim, le-|gerunt & euulgarunt; 1578 *p.* 284[b]. 4) Phocaëorum *corr. p.* 172

32. p. 141. *Miluio.* Quatuor cod. Blandin. cum Buslid. & Carr.[1]) habent Milüo per diæresin.

33. *Credula nec rauos.* hæc dictio rauus, vel à colore Leonum qui medius est inter flauum & cæsium, vel ab oculis illorum, aptior mihi visa est quàm flauus, præsertim in eam consentientibus quatuor cod. Bland. iccirco illam suo loco putaui non esse mouendam.

51. *Circumgemit Vrsus ouile.* 4. cod. habent ouili.

epod. **17.** p. 150. HOC carmen neque Epodon inscriptam in his cod. || (p. 151)· Bland. inuenio, neq; oden, sicuti nec præcedens: Cuius Lec-
Bland.
torem monitum volui, eiq́ue in memoriam reuo-|catum, ne fortasse eorum me immemorem iudicet, quę suprà cùm de epodis pauca controuerterẽ disseverem-|q́ue, dixi me peculiariter in his cod. notasse carmina in hoc opere quædam neque Epodi, neque Odes habere adscriptam epigraphen.

11. p. 152. *Vnxere.* Lambinus non minus copiosè quàm probabiliter hic asserit legendum esse, *luxere,* quam quidem lectionem non reprobo; verum tamen malui seruare antiquam 4. codic. Blandiniorum & vnius Carr. hac ratione præci-|pue ad id inductus, quòd in duobus cod. Bland. vidi adnotata hæc verba, Vnxere legendum est, & non lu-|xere, quibus verbis nulla caussa præterea ascripta erat,

18. *Relatus,* duo cod. habent relatus, quos se-|quutus sum, cum Lambino: alij duo habent relapsus.

25. p. 153. *Vr-|get diem nox.* duo cod. habent *vrguet.*

33. *Virens.* hoc participium in 4. cod. scri-|ptum, tollere suo loco nolui,

50. p. 155. *Pactumeius.* Sic repperi scri-|ptum in quatuor cod. Blandin. cum Buslid. & Carr. & annotationibus;

65. p. 156. *Infidi.* sic inueni in 4. cod. cum inter-|pretatione apposita.

67. *Obligatus aliti.* sic etiam habent 4. cod.

72. *Nectes.* duo cod. habent nectes, alij duo innectes.

78. *Deripere.* ita scriptum est in tri-|bus codicib. sed quartus habet, diripere.

81. *Plorem artis in te nil agentis exitum.* duo cod. habent, nil agentis exitum; alij duo, nil agentis exitus. in vnis annotationibus scri-|ptum est, nunquid plorem artem meam non habentem in te exitum, quum maiora possim?

p. 157. *Carmen sæculare* ...

5. p. 168. *Quo Sibyllini monuere versus.* quatuor codices Bland. habent vnà cum Car. exemplari, *Quod Sibyllini monuere.*

21. p. 169. *Certus vndenos.* ita scriptum inueni in quatuor codic. Blandin. & Carr.

p. 170. Nam quod nomine Porphyrio. in vulgatis libris habetur, scilicet syllepsis est, ex verbo enim singularis numeri, seruet, pluralis nascitur seruent: hoc ego inueni in vno codice Blan- dinio, adnotatum hoc modo, Sensus est à singulari, ser-|uet, ad plurale, seruate, vt sit Ordo: O vos veraces Par-|cæ, seruate quod dictum est vos semel ceci-

1) miluo *cod. Carr.*

nisse, & ter-|minus rerum stabilis seruet idipsum, & vos Parcæ iun-|gite bona fata iam peractis fatis bonis, & similiter ser-|uet ordo rerum perpetuus hæc fata bona.

27. *Seruet.* habent quatuor cod. Blandinij & Carr. non, seruat.

48. *Quæque vos bobus veneratur albis, &c.* deinde. (51) | *Impetret bellante prior, &c.* hanc lectionem non mutaui, quia in ‖ (p.171) quatuor codicibus eadem erat cum suis annotationi-|bus, & (quatuor) Carr.[1]) codic.

65. *Arceis*, aras habent codices Blandini.

68. *Proroget.* quatuor cod. Bland. hæc verba, *Proroget, curet, appli-|cet,* habent in pręsenti indicandi modo, scilicet, *Prorogat, curat, applicat:*

---

1) Impetret *cod. Carr.*

INDEX VERBORVM.

† significat uarias lectiones notabiliores in contextum non receptas.
* significat coniecturas in contextum receptas.

24*

B.

C.

D.

E.

G.

H.

I.

K.

L.

O.

Q.

S.

V.

X.

Z.

INDEX COMPENDIORVM

α = codex Barcinonensis
α' = codex archetypus αb
$\dot{\alpha}$ = fragmentum Augiense
β = codex Bernensis 21
β'' = liber archetypus codicum $\beta f h$
β' = $\beta + f$
γ = cod. Parisinus 7975
γ' = $\gamma + h$
δ = cod. Harleianus 2725
δ''' = cod. archetypus $\delta d z T$
δ'' = cod. archetypus $\delta d z$
